



*Doct. Josephus Labacz.*

*Marcus Gerbezius Med. Doctor, Ducali  
Carniolia Medicus ord. S. R. I. Academicus Nat. Cu-  
riosus, d. AGESB. LAVS, Operosus Labacensis d. S. N. F. N. T. V. S.  
Aet. XLVII. Anno 1705.*

DEO OPTIMO MAXIMO.

CHRONOLOGIÆ  
MEDICÆ

ANNUS PRIMUS.

SEU

*Constitutio Anni 1697 Philosophicè, Hi-  
storicè, & Medicè Considerata, Descripta, & in  
publicum commodum data*

A

MARCO GERBEZIO Phil. & Med.  
Doctore Labacensi, Inclytorum Carniolix Statuum  
Physico & Medico Ordinario, Sac. Rom. Imp. Academiæ Im-  
perialis LEOPOLDINÆ Nat. Cur Collega, dicto AGESILAO,  
& Operoso Labacensi dicto INTENTO

*Continens*

*Exactam Anni 1697 temporum, auræ, tempestatum,  
& humanorum corporum alterationum apud Labacenses de-  
scriptionem, cum suis historijs Medicis, causis, & Curationibus,  
potissimum ad Modernorum mentem  
adumbratam.*

PERMISSU SUPERIORUM.

---

LABACI, ex Typographéo Mayriano 1699.



REVERENDISSIMO  
ET ILLUSTRISSIMO

PRÆSULI,  
DOMINO DOMINO

ANTONIO

L.B. de GALLENFELS,

Sac. & Exempti Ordin. Cisterciensis  
Celeberrimi Monasterij Sitticensis

ABBATI,  
ET ARCHIDIAcono  
VIGILANTISSIMO,

Sac. Cæs. Majest. Consiliario, & Incl-  
tæ Provinciæ Carniolæ Deputatorum  
Præsidi dignissimo, &c.

*Domino Domino, Patrono gratiosissimo*  
*Salus & Felicitas,*

Reverendiss. Illustriss. & Amplissime  
DOMINE DOMINE  
PRÆSUL, &c.



*A est, ut ipse nôsti, nostri  
hujus ævi perversitas, ut sola quidem,  
quæ nova sunt, ambiat, eis acquisitis  
verò tamen minimè acquiescat, sed in-  
star depravatè appetentis esuriat qui-  
dem noviter adinventæ, mox verò, ac vel primis solum  
labris ea degustavit, si non 'appetitu canino ad instar  
affecti mox ea reiiciat, taxat saltem impudenter, &  
veluti æstimatione indigna rursus ad alia adhuc novio-  
ra intenta repudiat. Et tolerabile istud quidem adhuc*

utcūquē esset, si id solūm ab eruditīs, remquē intelli-  
gentibus accideret: verūm deplorandum venit, quōd  
istud fiat etiam ab hominibus maximē ignorantibus,  
& ab ea professione, cujus fructus sunt inventa  
illa, planē alienis. Ut proinde, qui moderno tempore  
sua adinventā in publicum producere gestit, omnimodo  
necessē habeat, sibi de tali aliquo Protectore prospicere,  
qui validus satis sit, se suāque inventa adversus simili-  
lem malevolorum hominū perversitatem defendere.  
Qualem propterea quia Te Ego Reverendissime &  
Illustrissime Domine Domine PRÆSUL præ Alijs  
esse video, ad Te in nova hujus CHRONOLOGIÆ meæ  
MEDICÆ in publicum editione pro gratioso patrocinio  
præ Alijs non confugere non potui. Tu siquidem ille es,  
qui singulari Tuā sapientiā doctorum ( siqua ex petu-  
lantia, aut invidia mea isthæc probè putata fortè sini-  
strius interpretari præsumerent ) improba ora obtura-  
re præ Alijs capax es. Tu, qui temerarios indocto-  
rum, aut aliorum quorumcūquē contra me ausus,  
Tuā tum Deputatitia, cū Præsidiali, nec non Ab-  
batiali, quā inculpatissimē funderis Authoritate, reprimere.  
Tu deniquē, qui conatus meos hosce Illustrissi-  
mo Tuo Nomine illustrare acceptabilesquē reddere præ  
Alijs potis es. Ad quem ergo alium primum, & præ

*Suscipe Me igitur tam confidenter in Tuum præ-  
sidium ruentem, Chronologiamquè istam meam Medicam  
adversus malevolos strenuè defende, atquè Authori ejus-  
dem mihi Tuo fidelissimo & Archiatro & servo, uti  
hactenus, fave. Meum interea erit pro singulari hæcce  
gratiâ, nec non alijs quamplurimis hactenus & mihi,  
& meis gratiosè præstitis beneficijs, quoad vixero, pro  
Tui conservatione, incolumitate, & felici regimine  
DEUM Ter Optimum Maximum precari.*


**Reverendissimæ & Illustrissimæ**

**Dom. is Tuæ**

*Clientis infimus*

**MARCUS GERBEZIUS.**

**ALLU.**



# ALLUSIONES AGGRA- TULATORIÆ

*Ad Clarissimum Dominum Authorem.*

**I**Ntri-Extrictatum Medicum, dum prodit in orbem,  
Tam labyrinthus erat, quàm labor intus erat :  
Vix tamen ambiguos labyrinthi ingressus es hortos,  
Mox Medicâ patulas invenis Arte vias.  
Jam verò alta petis, tua mens ad sydera tendit,  
Et cupit aëreum noscere solis iter.  
Alta petis, superas in sublunaria vires  
Dum retegis nobis, astra nocere docens.  
Cautè agè : ne tragicè fias novus Icarus orbi,  
Ac iter ad superos Sole jubente luas,  
Sed quid ago ? timor hic de Phœbo est nullus habendus :  
Ingenio tutè scandere ad astra potes.  
Phœbus avus tuus est \* tua nec tentamina carpet : \* Phœbus Æsculaphi  
Astra nepos Phœbi tutus adire potes. & Æsculapius Me-  
Perfice, quod cœptum : influxus scruteris in astris, dicorum parens ab  
Et nova de quovis aëre damna doce. antiquis creditus,  
Gloria Castali dum tales comitabitur ausus,  
Florebit Medico nomen in orbe tuum :  
Tempus edax rerum nequit hos delere labores  
Nec bona fama tuis est moritura libris.

*Hisce Clarissimo Domino Authori, &  
Collegæ Charissimo aggratulari voluit.*

Joannes Benedictus Gründl Phil.  
& Med. Doct. Com. Palatinus  
Cæsar. Academiæ Imperialis  
Leopoldinæ Nat. Curiosorum  
Collegæ, Marpurgi Physicus.

# AD EUNDEM.

**U**Nius ætatis quodvis insigniter actum,  
Sed pro communi, quod scribitur, utilitate  
Æternum. \* Quod dum perpendo, simulq; Sagaci  
Mente revoluo, meam (reliquas nam mille silebo)  
Quomodo personam saluaveris eripiendo  
E morbo, dicam meliùs, de faucibus imis  
Mortis. Prætereaq; typis si cerno relatum  
Intri-Extracatum; nunc & quem denuò prælo  
Comittis librum referentem temporis, auræ,  
Et tempestatum, quin imò corporis omnes  
Humani motus, annexis corde fidelis  
Historijs Medicis, causis, & mille medelis.  
Hæc, inquam, si cuncta probè perpendo, fateri  
Debeo, factorum quòd vir Gerbezus exstes  
Unius ætatis, paritèr; quòd æternorum.  
Et cùm res sic sint: Alios sine, marmora condant,  
Amphitheatra struant, Obeliscos, atq; Colossos,  
Ac statuas statuunt; aliquando mole suâmet  
Isthæc cuncta ruent. Verùm tua scripta per orbem  
Sparsa perennabunt, veluti quæ Bibliothecis,  
Doctorum semper sibi succedaneus ordo  
Conservabit. Et hinc ne desine scribere: Nam sic  
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,

\* *Veget.*  
*l. 2, c. 3.*

*Ita ex inimitabili & sincero affectu cecinit*

Joan. Steph. Florianschitsch de  
Griensfeld J. U. D. Inclyt. Du-  
cat. Carn. Advocat, & Secret.  
Adjunctus,



AD EUNDEM.

Quid sit compōstus morbus ? quā salvitur Arte ?

GERBEZ scripta nuper nos docuere satis.

Quomodo possimus corpus sanare , per annum

Quod premitur morbis , discimus ex Chronica.

Pergas GERBEZI nostræ Podalirius Artis

In medicos usus promere plura. Vale.

*Hiscæ Excellentissimo ac Doctissimo  
Domino Authori applaudit*

Jacobus Heipl Phil. & Med. Doct.  
Inclyt. Styriæ Statuum Medicus  
& Comitatus Cillienf. Phisic. ord.

Eruditissimo Viro MARCO GERBEZIO , Academico  
Operoso Labacensi dicto *Intento* Jo. Gregorius Thalnit-  
scherus Coacademicus dictus *Providus*. S. P. D.

A Rte tuâ quamvis dissectus Nomen adauget  
Gordius , ac orbem jam Tua fama replet ;

Attamen & plures referet modò gloria parta

Plausus , cum dabitur lausq; decusq; decens.

Talem vaticinans sincero pectore sortem

Adijcio modulans fervida vota Tibi.

Intentus solidis tendas \* *Ad Inania nunquam.*

Sis sanus , vitam in tempora multa trahe :

Ægros sic plures valeas ut reddere sanos.

Sic Operosorum Nomina jure feres.

*\* Est Symbolum  
Authoris, ut  
Operosi.*

AD EUNDEM.

**M**Orborum causas deducis ab Aëre primus  
Hinc CHRONICÆ MEDICÆ laus Tibi prima venit,  
Nullus in Arte fuit nostrâ, qui scripsit in Annos,  
Te excepto nullus pensat in Arte dies.  
Aeris ad normam vires, ( qui corpora turbet )  
Observas Gerbez, atq; mederis ei,  
Ingenij ergo Tui per plures mitte per Orbem  
Partus ! & Nobis sis MEDICO - CHRONICUS.

*Prænobili & Excellentissimo Domino  
Auctori ita accinit*

Joannes Sigismundus Franciscus  
Catharin Phil. & Med. Doct.,  
Græcensis Practicus.

---

Prænobili, Excellentissimo & Clarissimo Auctori  
Domino MARCO GERBEZIO Phil. & Med. Doct. &c.  
Primo Præceos meæ Informatori fidissimo, nec non secundo  
ex Academia Operosorum Labacensium scriptori  
dicto INTENTO.

**E**N Phœbi natum ! Patriæ quem nutrit APOLLO,  
Ecce suo qualem in ventre MINERVA tulit.  
Hic verus prodit CHIRON ( GERBEZIUS ) ille  
Doctrinam medicam cum pietate tenens.  
Æolus est, cerebri qui claudit carcere ventos,  
Ætheris influxum qui docet in CHRONICA.  
Vive ergo felix ! & longos scribe per annos,  
TE utraq; Cœli, Orbis Gloria, fama manet.

*In Observantia debite pignus applaudis*

Joan. Bapt. Werloshnigg Styru  
Praspergensis Phil. & Medic.  
Doct., Græcensis Practicus.

AD EUNDEM.

Nil sunt Thesauri, quos terris atra vetustas  
Ufibus humanis insidiosa premit.  
Nil monumenta Virum Doctorum, atque labores,  
Obscura cohibet quos gravis umbra situ.  
Quosq; triparca manus privatos servat in usus :  
Qualiter Hesperidum poma reposta Draco.  
Non Gemmam inventam malefidis obruit umbris  
Vir bonus : Aonidum semper aperta Foris.  
Nam omne bonum, quanto est majus, communius esse  
Tanto etiam multis poscit, & addit opem.  
Hoc præclarus agit Libri Author, dum sua Scripta  
Orbi communicat : hic bonus ergo Vir est :  
Imò inter multos melior, quin optimus, ausim  
Dicere, Gerbezius, qui arte suâ medicâ  
Extinctos propè complures à morte redemit :  
Verùm etiam scriptis proficit ille suis.  
Hinc Tibi cum soli tua tam præclara reperta  
Quòd non servasti, laudis id ampla seges.  
Infremat ast Famæ quisquis sit lividus osor,  
Quam dant Scripta, tuæ, hæc non Tibi probra nocent.  
Invidiæ vanum ride bene conscius ictum :  
Quandoquidem Virtus sufficit ipsa sibi.

*Ita in Observantia Tesseram cecinit*


Joannes Franciscus Papler  
de Altenlack Doctor.

AD EUNDEM.

**P**oscimus ad meritos, sic laude jubente, triumphos,  
Nec patitur residem Fama tacere chelym.  
Ecce Machaonios, Opus Immortale, labores  
Inter Apollineas quod numeretur, opes !  
En ars ! Phillyrides, Amythaoniusq; Melampus,  
Cui sua Pergameus cedit, & ausa senex.  
Quippè quod immittis properat detrudere filum  
Atropos, Ars celeres temperat ista colos.  
Temperat & fatis alias fert provida leges,  
Mortiq; omne trahit sub sua jura genus.  
Aura priùs tacitis struxit quæ funera causis  
Proditur, & Medicis nota fit illa notis.  
Tempora, quæ rapidis decurrunt fluxa quadrigis,  
Sydere sint sano, sint nocuonè ? docet.  
Aëris & genium, tempestatumq; furores,  
Corporeiq; notat quæ sit origo mali.  
Patria ter felix tantâ quæ Dives ab arte !  
Et tanti Mater quæ simul alma viri es !  
Jam tibi, jam longos sponde tutissima soles,  
Certa cui doctâ manat ab arte salus.  
Gaude ! fautori; tuo cane læta triumphos  
Et mecum Pylios grata precare dies.

*Hæc In gratiæ Digni thessera M LVsle faVtoris  
sVI honorl serVV's perpetVV's*

Georg. Sigismund, Pogatschnighk  
Carn. Labac, Phil. Mag. & Med.  
Candidat. Viennæ 14. Jun. 1698



# PRÆFATIO

## AD LECTOREM.

**N**on deessent equidem Lector Benevole ,  
quæ Tibi in comendationem hujus meæ CHRO-  
NOLOGIÆ MEDICÆ præfari possem , veluti inter  
reliqua est sincerissima eorum , quæ in ea Tibi  
traduntur , communicatio : verùm quia novi frustranea  
esse humanis operibus quæcunq; etiam speciosissima enco-  
mia , nisi eisdem opera ipsa respondeant ; neque num cor-  
respondeant , sciri posse , priusquam ea fuerint nonnihil in-  
timitus perspecta : malo te citra multas dilaudationes ad  
opus ipsum relegare. Pervolve illud , & revolve , sed præ-  
sore nonnihil , quàm communiter fieri solet , mente ; &  
cujusnam id æstimationis sit , cuiusve commodi , citra singu-  
lares exegetes assequeris.

Nolim tamen , ut in eo Tibi sive dictionis brevitatis , sive  
historiarum vulgaritas , sive deniq; auræ constitutionis solos  
Labacentes concernentis consideratio quidpiam fastidij pa-  
riat : eò , quòd quoad primum tot prostantes libri Medici-  
me in materia etsi aliàs amplissimâ , curiosissimâq; latiùs ex-  
currere non permittere. Quoad secundum verò historiarum ,  
quas in præmissæ Theoricæ faciliorem intelligentiam indu-  
co , sunt quidem magna ex parte vulgares , seu quæ quoti-  
die accidunt : verùm simul tales , quæ neglectæ , aut malè  
à Medicis tractatæ quotidie necant ; adeoq; maximæ con-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

siderationis. Quoad tertium deniq; fit quidem potissima auræ, quæ apud Labacentes nostros contigit, constitutionis, & inde dependentium humanarum indispositionum consideratio: verum ita, ut ea tamen cuilibet alteri per orbem regioni, locove, cui similis auræ constitutio obtingeret, accommodari citra difficultatem possit; non minus, quam accommodatæ nostris regionibus, & locis ab Hippocrate olim in Thaso & alibi factæ auræ constitutionum observationes deprehenduntur etiamnum veræ, & nostris regionibus locisve, quos inhabitamus, correspondentes.

Applica igitur & tu Lector Benevole Tuæ regioni locove, quem in colis, nostras hæcè in Labacenti aura à me factas observationes, & experieris easdem suis temporibus etiam tuæ, quam inhabitas, regioni, locove corresponduras: Sique quid in eis (quemadmodum de eo prorsus non dubito) utile, & imitatione dignum deprehenderis, utere, & liberè imitare. Cæterum verò diu vive, constanter vale, & eorum Authori fave

MARCO GERBEZIO.

MAR-

MARCI GERBEZIJ Philof. &  
 Medic. Doctoris  
**CHRONOLOGIÆ  
 MEDICÆ**  
 ANNUS PRIMUS.

SEU

*Constitutio Anni 1697 Philosophicè,  
 Historicè, & Medicè, Considerata.*

§ I.



Uanta sit temporum, vel potiùs in tempori-  
 bus auræ quoad frigus & calorem, humidi-  
 tatem & siccitatem, aliàsque quascunque ab  
 alienis ipsi admistis minutissimis corpusculis  
 atomiive impressas qualitates contingentium  
 mutationum, alterationumve in res  
 quascunque, quas sub sole collocavit earum Effector DEUS,  
 vis & potestas, adeó notum existimo, ut eum planè actum  
 acturum arbitrer, qui illud ulteriùs vel verbulo perquirere,  
 aut demonstrare adniteretur. Temporis siquidem, seu auræ  
 mutationum effectus est, quòd ineunte Vere prata virescant,  
 sylvæ folijs vestiantur, viridaria floribus superbiant, & cælum  
 ipsium depositâ hyemali tetricitate novâ quasi, eâque lætissi-  
 mâ facie sublunari isti mundo jucundissimè arrideat. Tem-  
 poris seu auræ mutationum effectus est, quòd Æstate agri

messibus flavescant, Autumno arbores fructibus graventur, Hyems verò demum hiscè omnibus decorem suum adimat. Temporis seu auræ mutationum effectus est, quòd appropinquante brumali rigore grues, cyconix, anseres aliæque exoticæ aves æstivas suas colonias deserant, in Polonia stagna le demergant hirundines, muscæ, serpentes aliq; insecta ad receptacula sua sese recipiant, redeunte verò benigniore aëris temperie rursus pristinas suas oras repetant &c.

*Ver dat habere rosas, flavescit messibus æstas.*

*Sol dat in autumno botros. Fert omnia tempus.*

§. II. Prætermisâ propterea istâ nimis genericâ de Temporum, aërisve mutationum, alterationumve in res quasunque sublunares efficaciam perquisitione in hac nostra medica Chronologia solum de eo solliciti esse decrevimus, quòd citra multas, quamplurimis Scriptorum tamen consuetissimas ambages, & in alienas materias extravagationes demonstramus primò, quamnam vim & potestatem tempora, vel potius in eis contingentes aëris mutationes saltem in humana corpora habeant. Secundò, quænam aëris mutationes contigerint in specie Anno 1697. Tertiò quònam ad eadem modo se sanitatis ratione habuerint humana corpora. Quartò quâ de causâ se taliter habuerint; num nimirum ob *Spiritum* seu aërem, quem attrabentes vivimus; vel potius ob *dietam*, ex quorum duorum defectu & errore communiter oriri morbos *Lib. de Nat. Hom. versu 18.* docuit *Hip.* Et tandem quintò quâ Medendî Methodo, & quibus remedijs ea fuerint rursus ad pristinum suum probæ valetudinis statum reducta. Ut exinde nimirum pateat, si aliquando fortè & in futurum similes aëris constitutiones evenire contingeret, qui exinde morbi humano generi pertinerecendi, quibusq; remedijs percurandi?



§. III. In eo verò demonstrando suppono primò aërem esse corpus ex innumeris, minutissimis, subtilissimisque sui generis particulis conflatum, & propterea maximè mobile, talèque, quod intra quæcunq; alia corpora facillimè sese insinuare valet.

§. IV. Suppono secundò particulas illas aëris non esse tam homogeneas, quàm heterogeneas: puta terreas, oleosas, salinas, igneas, sulphureas, nitrosas, vitriolicas, aluminotas, arsenicales, antimoniales &c. (loquor de aëre, quem incolimus) vi Solis ex terræ visceribus & aquis, imò & alijs corporibus, puta cadaveribus, arboribus, latis, herbis spontè crescentibus &c. Sub exhalationum, halituum, & vaporum forma nunc visibili, nunc invisibili, nunc etiam odoratu perceptibili prolectas; adeoque quoad qualitates seu facultates aërem non semper, neq; ubiq; locorum esse eundem, sed pro particularum eundem constituentium diversitate diversum. Prouti ea de re pluribus hinc & inde, imprimis verò in *Appendice prax. Med. Tract. X. Num. C. & sequentibus Franciscus de le Boë Sylvius.*

§. V. Suppono Tertio aërem vivifico illo, & Universali mundi Spiritu, de quo Genet. 1. *Et Spiritus Domini ferebatur super aquas,* & antiqui Philolophi communiter, omnia vivificante, & in vigore suo conservante, *Archeus mundi, Anima mundi Sol Centralis, Avicula Hermetis, Ignis Sapientie, Natura mundi, Occultus vitæ cibis & Fortitudinis totius fortis fortitudo,* dicto plenissimum: adeoque talem, quo Homo (ut alia viventia eodem non minùs indigentia silentio præteream) ne momento quasi, taceo multo tempore, citra incommodum, imò interitum carere valet. *Aëris tanta omnibus corporibus necessitas extat, ut siquidem omnibus alijs abstineat homo, neque cibum*

sumat, neq; potum, possit tamen dies duos vel tres, & plures ducere: Si cui verò Spiritus vitæ via in corpus intercipientur, in brevi parte unius diei intereat. *Hip. Lib. de flat.* Et hoc quidem non tam propterea, quòd nisi per aërem mediante respiratione ad pulmones, & ipsum sinistrum cordis ventriculum penetrantem sanguinea massa ex iugi partium salino lixiviosarum cum acidis efferuescentia, quæ ibidem contingit, valde excoacta attemperaretur, fuliginibusq; inde concitatis liberaretur, vitalem Spiritum necessariò suffocari contingeret, quàm potius propterea, quòd calidum cordis innatum, seu vitalis cordis Spiritus, Archeusve ejus sit Naturæ, qui nisi ab universalis illo Archeo, seu dicto Mundi Spiritu in aëre, utpote suo appropriato vehiculo hospitante tanquam occulto quodam vitæ cibo jugiter sustentetur, refartiaturve, cum brevi dissipari, & planè interire necessè sit. Prouti ea de re pluribus non minùs curiosè, quàm sagaciter *David van der Boële* in *Experimentis suis circa naturalia Mundi principia lib. 2.* Vbi expressè docet innatum nostrum calorem, Spiritumve vitalem, vel qualitercumq; eum vocare velis, ejusdem planè esse naturæ, cujus est Spiritus ille Mundi Universalis, imò eum ipsum esse, seu partem ejus, sed ab hominis idea seminali ad hominem modificatam; & propterea ab eo necessariò, ne intereat, jugiter refocillari debere. Hincq; fieri, quòd aves, insectavè vitro ad id studiò conflato inclusa, si aër inde artificiosè cum ingeniosissimo *Boyleo Tract. de vi Aëris elastica* extrahatur, mox expirare conspiciantur, piscesq; in angustioribus vivarijs, si aqua undiq; glacie operiatur, emoriantur, nisi per glaciei perforationem hinc & inde factam tempestivè de libera aëris perspiratione ipsis prospiciatur. Viventia alia quæcumq;, præcipuè verò homo, si spiritus hujus

hujus particulæ Solis radijs juxta mox dicenda incorporatæ, austrinis, nubilis, pluviosis, nivosisvè temporibus ab aquosis, nivosisvè particulis Aëri, qui juxta pariter mox dicenda est unicum talis Spiritûs vehiculum, innatantibus nimium opprimantur, ligenturvè, quò cum Aëre inspiratione attractæ minùs sese cum interno vitali spiritu unire queant, notabiliter magis languent, torpent, & ad quidcunquè agendum inhabiliora evadunt. Hinc, quòd subinde solo sani hominis halitu jam pro mortuis habiti, non tantum primò enixi partus, verùm observante id in Ephem. N. C. dec. II. An. X. Obl. LIV. Joh. Georgio Grubelio etiam homines adulti ipsis ore insufflato fuerint ad vitam veluti resuscitati: halitu scilicet mediante Spiritûs mundi particulis quibusdam, interno talium hominum Spiritui vitali jam jam aliàs defecturo in subsidium additis, &c.

§. VI. Ast quò clariùs adhuc pateat, quidnam nos per jam dictum istum universalem Mundi Spiritum intelligamus, dico me cum eodem Beete per istum Spiritum nil aliud intelligere, quàm vim quamdam, virtutèmvè cœlestem specialem, & in prima rerum creatione à Creatore DEo (sub illis 1. *Genes. verbis: Spiritus autem Domini ferebatur super aquas*, rebus immissam ut illas videlicet jam quidem antea teste illo *Genes. 1. In Principio creavit DEus cœlum & terram &c.* Quoad sua semina, & ideas specificas creatas, sed nondum ex chaos in actum deductas, fecundet, vivificet, & in suæ existentix actum deducat: semel verò taliter in actum deductas eatenus foveat, inq; semine comitetur, ut licèt semel destructæ mediantibus seminibus rursus propagari possint, nunquam tamen in actum deduci queant, nisi hâc cœlesti virtute cooperante, ideâsq; illas specificas in seminibus latentes excitante,

movente, & explicante. Unde quidem colligere facile est virtutis hujus, seu universalis illius Mundi Spiritus originem esse à solo DEO. Cumq; experientiâ doceamur, nisi Sol suis radijs sublunaria isthæc excalefaceret, cuncta viventia tam animalia, quam vegetabilia brevi tempore interire esset necessè; quemadmodum ejusdem manifestus testis est longior à nostris oris brumali tempore Solis distantia; quâ perdurante, quia Solis radij saltem obliquè, adeoq; minùs copiosè & efficaciter terram nostram feriunt, semina terræ concredita torpent, arbores folijs floribúq; imò & succo vitali ipso orbata, quasi emortuæ prostant, ac tandem animalia ipsa, præcipuèque ex eis frigidiora, seu minùs de hocce spiritu participantia, si non planè vitâ privantur, quemadmodum id tamen plurimis insectorum accidit, saltem vigorem suum magnâ ex parte amittunt; veluti illud accidit in specie hirundinibus teste *Olao Magno in suo Breviario histor. Gent. Septentr. de Avibus cap. XI.* ad maris stagnorùmq; litora totâ hyeme sine motu & sensu invicem complicatis subsistentibus. Quod verò totum contrario modo fieri videmus vere ineunte, æstatèq; ob radios solares directiùs, adeoque copiosius, & efficacius terram nostram ferientes. Cum, inquam, experientiâ doceamur, unicum Solem illum esse, à cujus radijs dictorum seminum dependet expansio, & in actum deductio, nec non jam in actum deductorum in existentia sua conservatio; minùs facere non possumus, quin nobis infallibiliter persuadeamus virtutem illam specialem cœlestem Animam, Spiritumvè illum Mundi à DEO Creatore sub Creationis actu nulli alij Creaturæ cum eâ prærogativâ fuisse inditum, quàm Soli, qui in ea sublimitate positus, ex qua citra impedimentum ad cuncta sublunaria pertingere

tingere potis est, perpetuis suis radijs dictâ illâ cœlesti virtute imprægnatis cuncta fœcundet, foveat, & vivificet, internum illum vitalem spiritum in ipsa prima eorum creatione eis à Creatore DEo infusum, utpote sibi planè analogum & connaturalem veluti excitando, & multiplicando. Adeoque Solem esse cœlestis illius virtutis, seu universalis Mundi Spiritûs veluti Patrem quemdam, Lunam verò veluti Matrem: quòd Luna humido seu aquis dominari credatur, in quas immissus creationis rerum tempore hic Spiritus eas pro idearum seminificarum, seu seminum ipsorum diversitate in diversa corpora coagulavit. Cùmq; radij isti solares ad dicta corpora non, nisi per aërem, ferantur, non minus credere cogimur, aërem esse unicum illud medium, vehiculúmve, quo Spiritus ille Mundi, seu virtus illa cœlestis omnia fœcundans, vivificansq; jugiter ad nos defertur, & adeò quidem necessario defertur, ut citra eum nobis aliàs intereundum esset. Atq; hinc tanta omnibus animalibus, quantam antecedente paragrapho esse diximus, ad vitam sustentandam aëris necessitas; hinc tanta ex sæpius in anno iteratis agrorum sulcationibus in procuranda ubertate utilitas; hinc tanta Eclipsium præsertim solarium nocumenta &c. Vt de animalium, insectorum, & vegeabilium generatione, præcipuè æquiivoca illa & spontanea vulgo dicta, in qua simile non generat simile, sed dissimile, veluti dum ex stercore equi fiunt scarabæi, ex limosa terra anguillæ aut ranæ, ex frumento curculiones, ex fabis midæ, ex cutis lordibus pediculi, ex taxis arbusculæ &c. nil dicam: cujuscumque ratio, & fiendi modus ex nullo alio principio certius deduci potest, quàm si dicatur, quòd similes generationes eatenus contingant, quatenus semen, vel, si mavis, quid semini analogum talis aut talis

talis animalis, insecti, aut vegetabilis Ideâ in ipsa mundi creatione à DEO Creatore signatum ubicunque demum, in competente tamen sibi subjecto, latens à radijs solaribus dicto universalis Mundi Spiritu factis suo tempore per aëra sufficienter influentibus fovetur, exagitur, & per se aliâ inefficax, & veluti dormiens excitatur, vivificatur, & acturatur. Quemadmodû de similibus generationibus non minùs fute quàm sagaciter post Aristotelem Fortunius Licetus, Julius Cæsar Scaliger, Aldrovandus, Daniel Sennertus, & alij. Imò & ipsorum vermium in humano corpore generationem fundatè ex hoc principio deducere fas est, dicendo: eosdem in tantum ibidem generari, in quantum eorum ovula, semen, feminivè quid analogum fortè cum esculentis, potulentisvè introlumptum, dictorum vermium specificâ Ideâ in prima mundi creatione à Creatore DEO signatum à Spiritû mundi particulis cum aëre inspirando attractis, sanguini in pulmonibus permistis & spiritui interno vitali in corde unitis, cumq; eodem per univertum corpus circulatis non minùs, quàm ipsum humanum corpus, fovetur, excitatur, & vivificatur.

§. VII. Hoc suppositum ratione auræ ad sustentandam vitam absolute necessariæ quidem quodam modo evertere videntur ea, quæ de foetibus in utero citra respirationem, adeoq; aëris participationem viventibus communiter docentur à Philosophis. Item ea, quæ in Ephem. Nat. Cur. Dec. 1. An. 6. & 7. recensentur de Vrinatoribus, & casu in mari submersis à Joële Langelotto: eos nimirum pluribus etiam horis, imò diebus sub aquis citra interitum vitam subinde protrahere. Quemadmodum hortulanus ille Tronningholmiensis, qui per XVI. horas aquis erat immerus.

Item

Item mulier illa, quæ planè per triduum; qui tamen ambo tandem fuere rursus levi igne refocillati. Nec non ea, quæ de hirundinibus paragrapho antecedente induximus ex Olao Magno; quòd eæ nimirum hyemali tempore sæpiùs à picatoribus retibus ex aquis extrahantur ore ad os, alâ ad alam, & pede ad pedem colligatæ mortuorum ad instar, quæ tamen suo tempore, post principium scilicet Veris, rursus quasi reviviscunt, & priores suas æstivas oras repetunt. Et tandem ea, quæ in anseribus, anatibus, & mergulis quotidie observamus: quòd nimirum & illi ipsi sub aquis sæpe sat notabili tempore citra aëris attractionem morerentur.

§. VIII. Verum enim verò, respondeo ad ista Ego, & quidem ad primum, quod de fætibus profertur, negando eos intra uterum existentes prorsus non respirare, adeòq; de aëre absolutè non participare; Sed solùm non respirare æquè fortiter, ac extra uterum; adeòq; tantum aërem intra uterum non attrahere, quantum extra uterum: verùm sciendū est, illos neq; eius participatione adeò indigere. Et ratio prioris est primò authoritas *Hip. Lib. de Nat. pueri*, & *Charletonis in Exercit. suis Phsyffico Anatomicis Exercit. 8.* Secundò vagitus uterini sæpius auditi citra aëris attractionem non edibiles. Et tandem tertio sententia eorum, qui cum Deusingio, Harucio & alijs fætus in utero per os succo illo lacteo in Amnio contento, cui innatant, nutriri docent, quæ sustio procul dubio absq; aëris attractione perfici non potest. Ratio secundi verò est, quòd primò fætus in utero existentes copiosissimo præditi sunt Spiritu vitali, seu calido innato: talis autem multâ refectione, quò subsistat, non indiget: ergo, quò fætus in utero vivant, multâ aëris, quâ reficiantur

tur, quantitate non indigent: consequenter nec forti respiratione. Secundò quòd fetus intra uterum nulla faciant, vel saltem minima dicti illius vitalis Spiritûs leu calidi innati dispendia: atqui ubi rei alicujus nullum vel leve sit dispendium, nullâ vel levi ejus repositione est opus: ergo fetus in utero nulla, vel solùm levis est vitalis Spiritûs leu calidi innati repositionis necessitas: consequenter nullius, vel levis solùm aëris attractionis & respirationis. Tertiò, quòd fetus utpote præterquam multo calore etiam multâ humiditate præditi intra uterum temperatissimo polleant sanguine: adeòq; tali, cujus particulæ in corde lenissimè efferuescunt; atqui ubi levis est sanguinis efferuescentia, ibi nec multâ, quæ à copioso attracto aëre induceretur, (permisso, & non concessa, quòd propterea sit adeò necessaria ad vivendum aëris attractio) attemperazione est opus, neq; multæ producuntur fuligines cum aëre sub expiratione excludendæ: ergo. Et tandem quartò, quòd fetus in utero sanguine materno chylosiore per arterias uterinas in placentam delato, juxta alios verò planè chylo ipso per certas, etsi hæcenus adhuc incognitas lacteas venas in uterum adducto occulto illo vitæ cibo à Matre per respirationem cum aëre attracto jam imprægnato nutritiantur; adeòque tali, qui ulteriore ab aëre inspiratione attrahendo expectanda refocillatione adeò non indiget. Prouti ea de re pluribus *Est. mullerus de vita fetus & nutritione in utero cap. XXV.* Quòd fetus verò extra uterum constituti copiosiore aëre, adeòq; fortiore respiratione indigeant, ratio est primò, quòd mox, ac ex utero excluduntur, majora faciunt Spiritûs vitalis ob majores, quas exercent flendo, lugendo, & hinc & inde se movendo, operationes, dispendia, non nisi per participatio-



nem novi aëris, seu in eo latentis occulti vitæ cibi refarcienda. Secundò quòd de die in diem eorum sanguinis temperatura deficiat, increfcâtq; major in corde effervescencia non, nisi copiosiore aëre attemperanda &c. Ut taceam, quòd alia sit eorum sanguinis intra uterum, alia extra uterum circulatio, prouti ea de re pluribus passim Anatomici. Respondeo ad secundum, quòd si qui Urinatorum aut in aquis submersorum citra interitum longior tempore sub aquis morati fuerint, id eis accidisse vel ex diuturna consuetudine, quâ respirationem diu continere fortè à primis annis assueverunt; vel ex tali, solito nempe ampliore pulmonum multis insuetis foraminibus seu cavitatibus præditorum conformatione, ratione cujus tantum aëris antequam aquis se se immerferant, attraxerunt, quantum eis etiam diutiùs citra interitum sustentandis, refocillandis sufficit. Quemadmodum ea de re pluribus *Levin. Lemnius in Occult. Nat. Mirac. Lib. 2. cap. 6.* Sufficere verò potuit parùm; eò quòd eorum sanguis unà cum vitali Spiritu ob externum aquarum frigus mox quasi obriguerit, adeóq; minimam habuerit in corde effervescenciam: consequenter vix aliquâ indiguerit attemperacione: nullas etiam fuligines produxerit: consequenter nullâ eandem opus habuerit aëre mediante exclusione. Ob oclusos etiam vel in totum, vel saltem maxima ex parte cutis poros nulla vel saltem non considerabilis fiebat Spiritûs vitalis dissipatio: consequenter nec opus erat ejus à jugi aut notabili aëris attractione repositione. Ut taceam, quòd illi necessitati etiam fortè aliquid contulerit in aquis eos circumdantibus contentus aër, lenissimâ, adeóq; aërem absq; aquis, quæ majore vi, utpote crassiores, egent, attrahente inspiratione haultus. Respondeo ad tertium, pariter hirundines ex eo

frigidos esse cum eodem vulgo dicendum est, aliàs verò copiosis particulis subacidis, talinòve nitrosis, à quibus copiosius sibi admittis, si *Francisci de le Boë Sylvij lib. 1. prax. cap. 21.* opinioni adhærendum, aër frigeſcit, & frigidus dicitur, ſcatentes. Quemadmodum igitur frigidi aëris est refrigerare, cutis poros ocludere, humores quoscunq; condensare, ficcare, à putredine præſervare &c. eodem modo ſeptentrionalium ventorum facultas est talis. *Quotidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem cogunt corpora, & firma, agilia, beneq; colorata, ac auditu valentiora reddunt, alvum ſiccant, oculos mordent, & ſi pectus dolor aliquis priùs babuerit, exaſperant.* Hip. 3. aph. 17. Econtrà cùm venti australes omnes ſint vehementiores aëris austrini, de ſe quidem, & originaliter pariter frigidi, utpote non minùs ac ſeptentrionales ab extremo, & ſeptentrioni oppoſito, æquèq; perpetuo gelu rigente mundi cardine procedentis, ob in tranſitu per terras ingenti ardore exuſtas (Zonam torridam) & vaſtiſſima maria contractas copioſiſſimas particulas calidas & humiditas verò calidi & humidi comotiones, dicendum est cum Valleriola *Enarrat. Med. lib. 5.* & apud eum Macrobio, quoq; eos eſſe calidos & humidos, ſeu particulis igneis à tole directiùs radios ſuos in terras illas, quas tranſeunt, projiciente tale & ſpiritu volatili multo gravidis, aqueiſq; ex mari attractis copioſiùs ſaturatos. Adeòq; quemadmodum calidi humidiq; aëris eſt calefacere, humectare, diſſolvere, laxare, flaccidum reddere, ad putredinem diſponere &c. eodem modo australium ventorum facultas eſt calefacere, humectare &c. *At aſtrina conſtitutiones corpora exſolvunt, & humectant, auditum bebetant, caput gravant, vertiginem oculis, tarditatem corporibus adferunt, alvum humectant.* Idem

frigidos esse cum eodem vulgo dicendum est, aliàs verò copiosis particulis subacidis, salinòve nitrosis, à quibus copiosius sibi admittis, si *Francisci de le Boë Sylwij lib. 1. prax. cap. 21.* opinioni adhærendum, aër frigeſcit, & frigidus dicitur, scatentes. Quemadmodum igitur frigidi aëris est refrigerare, cutis poros occludere, humores quoscunq; condensare, ficcare, à putredine præſervare &c. eodem modo septentrionalium ventorum facultas est talis. *Quotidianæ autem constitutiones, aquilonia quidem cogunt corpora, & firma, agilia, beneq; colorata, ac auditu valentiora reddunt, alvum ſiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis prius habuerit, excasperant. Hip. 3. aph. 17.* Econtrà cum venti australes omnes ſint vehementiores aëris austrini, de ſe quidem, & originaliter pariter frigidi, utpote non minùs ac ſeptentrionales ab extremo, & ſeptentrioni oppoſito, æquèq; perpetuo gelu rigente mundi cardine procedentis, ob in tranſitu per terras ingenti ardore exuſtas (Zonam torridam) & vaſtiſſima maria contractas copioſiſſimas particulas calidas & humidas verò calidi & humidì comotiones, dicendum est cum *Valleriola Enarrat. Med. lib. 5.* & apud eum *Macrobio*, quoq; eos eſſe calidos & humidos, ſeu particulis igneis à ſole directius radios ſuos in terras illas, quas tranſeunt, projiciente tale & ſpiritu volatili multo gravidis, aqueiſq; ex mari attractis copioſius ſaturatos. Adeòq; quemadmodum calidi humidìq; aëris est calefacere, humectare, diſſolvere, laxare, flaccidum reddere, ad putredinem diſponere &c. eodem modo australium ventorum facultas est calefacere, humectare &c. *At austrina conſtitutines corpora excolvunt, & humectant, auditum bebetant, caput gravant, vertiginem oculis, tarditatem corporibus adferunt, alvum humectant. Idem*

*ibidem.* Et sic porrò de Orientalibus, & Occidentalibus ventis discurrendo: videlicet & eos iidem pollere facultatibus, quibus pollet aër, vel potius particulæ aërem constituentes, cujus illi sunt vehementiores commotiones: proindèq; quemadmodum aër Orientalis, utpote ab Oriente sole diu multùmq; excalesfactus est respectivè calidior, Occidentalis autem non ita excalesfactus frigidior, sic venti Orientales solent esse respectivè calidiores, Occidentales verò frigidiores. Quamvis neq; hoc ita constanter, quin subinde pro temporum & locorum, aliarùmq; circumstantiarum diversitate varient: quemadmodum id rectè prius dictum est de Austro, qui Originaliter est frigidus, in Libia calidus, & humidus ejus corpusculis ab intento solis ardore ibidem absumptis siccus, apud nos verò, attractis rursus quamplurimis ex mari, quod longo tractu percurrit, particulis aqueis, iterum humidus. Aquilo etiam hyemali tempore aliàs ferocissimus, canicularibus diebus à solis ardore tunc, quàm toto anno, intensiore, seu particulis ejus igneis multùm attemperatus, à nobis percipitur amænissimus Etesiarum nomine celebris. Et sic de reliquis. Ut de tempestatibus quas subinde inducere solent venti, & ulterioribus eorundem effectibus, quos in producendis diversissimis meteoris, puta pluviam, nivem, grandinem, fulgure, fulmine, tonitru &c. utpote ad rem nostram ad eò non pertinentibus, exercent, nil dicam.

§. X. Sunt verò ventorum Cardinales, & reliquorum veluti principes numero quatuor à totidem mundi angulis cardinibusve flantes, nempe Subolanus ab Oriente, Zephyrus seu Favonius ab Occidente, Aquilo à Septentrione, & tandem Auster à Meridie.

*Eurus ad auroram Nabathæaq; regna recessit,  
 Persidæq; , & radijs juga subdita matutinis.  
 Vesper & occiduo , quæ littora sole tepescunt ,  
 Proxima sunt Zephiro : Scythiam Septemq; triones  
 Horrifera invasit Boreas : contraria tellus  
 Nubibus assiduis , pluviâq; madescit ab Austro.  
 Ovid. 1. Metamorph.*

Octo laterales quatuor illorum veluti subditi utrinq; illis ex lateribus flantes : Eurus scilicet seu Vulturnus & Cæcias Subsolani comites : Corus & Africus Zephiri comites : Thracias & Boreas Aquilonis comites : Libanotus deniq; seu Austro-Africus & Euronotus Austri comites. Quibus ab alijs æccententur quidem adhuc plures alij , veluti à Nauarchis maris planè 32 ; quos verò quia nos inter montana magis habitantes æquè non advertimus , ac Nauarchæ æquomaris solo expositi , eos ipsis observandos lubentes permittimus : hoc solum adhuc de eis animadvertentes , quòd ex omnibus ventis nulli soleant esse aut constantiores , aut frequentiores , aut fortiores , quàm Austrini , & Septentrionales. *Plurimi ventorum Ausler & Aquilo Arist. lib. 2. Meteor. cap. 4. Venti omnium fortissimi Aquilonares & Austrini Hip. lib. de Aère, Aquis , & Loc. Cum itaq; duo isti venti Ausler & Aquilo , illisq; utrinq; affines in tota ferè Europa vicissitudines anniversarias constituent , præ cæteris hos observandos censeo Levin. Lemn. lib. 2. de occult. Nat. Mirac. cap. 3.*

§. XI. Undenam verò oriatur , quòd nunc isti potiùs excitentur venti , & prævaleant , nunc alij &c. pariter non est nostrum in præsentì perscrutari. Procul dubio ad id faciunt multum non semper ijdem astrorum influxus , multum etiam subterraneorum corporum in se invicem obdi-  
 verlas ,

verfas, quibus prædita sunt, qualitates actiones & reactiones, à quibus resultantés halitus sæpe sub terra sunt terræ motuum causa, in apicem verò prorumpentes ventorum &c.

§. XII. Suppono tandem quintò & ultimò cum S. Sanctorio corporum nostrorum eam esse connaturalem constitutionem, ut jugiter perspirent, & eatenus perspirent, ut tantum per solam istam insensibilem perspirationem de omni generis fuliginibus, & à varijs humorum coctionibus mediante fermentatione & inde excitato calore segregabilibus recrementis per cutis poros de se emittant, quantum per cunctas reliquas sensibiles excretionum vias simul acceptas. Quamvis utrùm de octo E. G. libris, quas homo de die assumeret, præcisè quinq; libræ insensibiliter transpirent, non ausim cum eodem in *Medicina sua Statica* absolute asserere. Ratio verò talis transpirationis est jugis sanguinæ massæ, & reliquorum in corporibus contentorum humorum fermentatio, à qua non minùs, quàm ex destillatorio quodam vase jugiter subtiliores quæpiam, aqueæ, sulphuræ, & salinæ particulæ (suâ acrimoniâ subinde indusia brevi corroderentes) exhalant nullo tegumento impeditæ imperceptibiliter in auram avolantes, (apud quosdam tamen, quos propterea communiter hircum olere dicimus, saltem naribus sensibiliter nimis perceptibiles) tegumento quopiam verò ab omnimoda avolatione impeditæ tegumento illi, indusijs, reliquisq; immediatè corpus contingentibus vestimentis, quæ propterea hebdomadatim cum neolotis permutare cogimur, visibiliter adhærentes. Necessitas verò, ut per talem dictarum aquearum, & cum eis sulphuræarum, salinarumq; utpote ad corporis nutritionem ineptarum

tarum particularum segregationem & evacuationem sanguinea massa purificetur, eis retentis aliàs ( quemadmodum id sæpe nimis cum maxima mortalium strage accidit ) facile in febrilem effervescentiam, aut alia p. n. accidentia eruptura.

§. XIII. Quibus demum sic suppositis dico, quòd si aëri tanta insit subtilitas, penetrandiq; vis, quantam in eo in hypothesi prima supposuimus: Si tam diversæ, & variabiles qualitates, quantas, ei in hypothesi secunda attribuimus: Si denique tanta ejus homini ad sustentandam vitam necessitas, quantam esse in hypothesi tertia asseruimus: quid, nî dum idem ab homine sive inspirando attrahitur, sive per cutis poros admittitur, in eodem pervadet omnia, suisq; talibus, qualibus pollet, qualitatibus à corpusculis se constituentibus mutuatis per minima afficiet? Quid igitur, si qualitates illæ humanæ naturæ (sub quâcunq; demum ratione inimicæ sint; numquid eum inimicè afficient? procul dubio afficient: cum *Hip. lib. de Nat. hom.* dicat morbos partim ex *dietis* fieri, partim ex *Spiritu* seu aëre, quem inspirando attrahimus: atqui non ex aëre probè qualificato; ergo à vitiosis & naturæ humanæ inimicis qualitatibus prædito.

§. XIV. Censetur verò aër inimicis naturæ humanæ esse præditus qualitatibus primò, si frigiditate, caliditate, humiditate, aut siccitate ultra modum excedat. *Aër* siquidem *Galeno lib. de sanit. tuenda* teste nos *ambiens ob id lædit, quòd aut calidos immodicè, aut frigidos, aut humidos, aut siccos efficiat.* Secundò si humanæ naturæ quocunq; demum modo adversis, id est sanguineæ massæ citra specialem perturbationem non miscibilibus particulis inficiatur propterea

impurus Medicis dictus, qualis est paludibus, stagnis, densis sylvis, locis plurimis cadaveribus obfritis, aut venenosis mineralibus scatentibus &c. vicinus. Verbo: quando puro illi, quem rectè antè citato libro sequentibus verbis descripsit Galenus, contrarius est. *Est autem purus aër is, qui nec paludis, nec stagni halitu sit. infectus, nec ex profunda specu pestilentem auram spiret: nec qui ex cloacis, quæ urbem, vel numerosum exercitum purgent, vitium contraxerit: nec qui ex animalium, olerum, leguminum putredine, aut fimo coinquinetur: nec qui ob stagnum, vel flumen vicinum nebulosus sit: nec qui editis undiq; montibus in cauo loco clausus nullum recipit perflatum.* Tertio si crassus nimis sit, qualis in conclusis vallibus est, in metallorum fodinis, & alijs cavernosis locis: aut subtilis nimis, qualis in elatissimis montibus propterea citra suffocationem non ascendibilibus, nisi spongia aquâ madida, ( ut arreptis ex ea quibusdam aqueis particulis aër nonnihil crassior, adeoq; non tam ad attemperandam internam sanguinis efferuescentiam, aut ad secum inspirando evehendas inde excitatas cor aliàs suffocaturas fuligines idoneus evadat, quàm potius, ut externum illum nimis subtilem, & veluti ætereum, nimisq; copiosis Spiritûs mundi volatilibus particulis fatum, ne internum vitalem spiritum nimium adaugeat, accendat, & ad avolandum disponat, attemperet, & ejusdem dictas volatiles particulas veluti irretiendo, quò minus copiosè se cum interno vitali spiritu unire queant, impediatur ) ori admota gestetur. Quarto si aër in se ipso putrescat, corrupaturve, vel ut idem Galenus loquitur in Arte Medicinali, *qui in tota alteratur substantia*, qualis est subinde pestilentialis.



§. XV. Hinc quia aër in Hyeme, Æstate, & Autumno communiter excedit aut frigore, aut calore, aut humiditate, aut siccitate, secùs ac in Vere, contingit, quòd in hyeme, æstate, & autumno videamus homines communiter copiosius ægrotare, quàm in vere. In Hyeme enim quia communiter aura est densior ob aquotas particulas à debilibus, utpote obliquè terras nostras ferientibus, solis radijs minùs subtiliatis, attenuatas, discussàve; prævalent etiam venti plerùmque austeriores, summopere penetrantes, & magnâ sanguinem humorésque reliquos coagulandi, incrassandive virtute præditi, aliter fieri nequit, quàm quòd in humanis corporibus iustò crassiores evadant sanguis, & reliqui humores omnes: adeoque minor contingat in sanguine effervescentia, lentior ejusdem per vassa sanguifera circulatio, quin non rarò etiam (saltem in minoribus vasis omnimoda stagnatio; unde postmodum vatorum illorum à consequentis sanguinis adhuc nondum congrumati trusione dilaceratio, ad dilacerationem cruoris extravasatio, & ad extravasationem ejusdem cruoris aut planè extra corpus rejectio, qualiter fit in hæmoptoisi, vomituque cruento: aut intra corpus circa extravasationis locum effusio, adeoque corruptio, inflammatio, febris, dolor &c. qualiter contingit in pleuritide, peripneumonia &c. Ab alijs humoribus autem præcipuè lymphâ glandulari taliter incrassatâ, & in solità suâ circulatione præpeditâ, inque glandulis ipsis induratâ scrophulæ, strumæ, bubones, anginae &c. obperruptas verò erosive, vel glandulas ipsas, vel eorum ductus extravasatâ apoplexiæ, paralytes, gravedines, tusses, asthmata, rheumatismi, arthritides &c. *Hyeme pleuritides, peripneumoniae, leebargi, gravedines, raucedines, tusses, pectoris, laterum, &*

*lumborum dolores, vertigines, apoplexiæ. Hip. 3. aph. 23.*

§. XVI. In Æstate econtrà, quia communiter non totum aura est justò subtilior, ob crassiores particulas à solis copiosioribus, fortioribusq; , utpote directiùs ad terras nostras tendentibus radijs multum attenuatas, discussatve, verum etiam plurimis igneis, volatilibusq; ab eisdem jam dictis solis radijs aëri impressis particulis æstivosior, necessarium est, ut in humanis corporibus sanguinea massa ab eo attracto solitò magis attonuetur, volatiliteturq; , adeoq; intolentiùs efferuescat, celerius circuletur, inq; omnis generis febres, præcipuè, in magis dispositis, id est sanguineam massam aliunde pluribus igneis, sulphureisve particulis scatentem habentibus subiectis accendatur. In copiosiore verò, oleosiore, ardentiorève bile abundantibus exoriantur indispositiones exorbitanti bili communiter imputari solitæ; puta diarrhææ, dysentericæ, cholericæ, vomitiones, colici dolores &c. *Æstate verò febres continuæ & ardentes, & tertianæ plurimæ, quartanæ item, & vomitiones, alui profluvia, opthalmiæ, aurium dolores, oris ulcerationes, genitalium putredines, & sudationes. Hip. 3. aph. 21.*

§. XVII. In Autumno tandem, quia aura communiter est valde pluviosa, aut aliàs inæqualis, videlicet dies utcunq; æstivosi, noctes econtrà frigidæ, corpora etiam multis adhuc ab æstivo calore accensis & adultis humoribus scatentia, aliter fieri nequit, quin humores illi, si à superveniente nocturno, vel etiam diurno, præcipuè in eis, qui diutiùs æstivè induti incedant, frigore cutis, qui in æstate patebant, poros occludente ab insensibili transpiratione prohibeantur, perq; admissionem pituitosorum humorum crassiores, adq; discussionem ineptiores evadant, in enormia, vel saltem diuturna  
mala

mala erumpant : & in enormia quidem propter humorum adustionem & acrimoniam : diuturna verò propter crassitatem partim ex nimia adustione , subtiliorumq; particularum evaporatione adhuc prægressâ æstate contractam, partim verò ex admistis sibi humoribus pituitosis , crudis & crassis ab autumnalibus pluvijis & frigore productis acquisitam. *Hinc morbi autumnales aut longi , aut mortales. Autumno etiam in universum morbi acutissimi , & perniciosissimi Hip. 3. aph. 9.* Nec non per anni tempestates quando eodem die modò calor , modò frigus fit , autumnales morbos expectare oportet *Idem 3. aph. 4.* Sunt verò morbi autumnales eodem *Hip. recensente 3. aph. 22.* Multi ex æstivis , præsertim in autumnus principio ad huc multum de æstiva aura participante , deinde verò autumnus proprii febres quartana & erratica , lienes , aqua inter cutem , tabes , urine stillicidia , hæmorrhæe , dysenteria , coxæ dolores , angina , asthmata , volvuli , epilepsia , insania , melancholia.

§. XVIII. In Vere autem , quia aura solet esse , quàm toto anno , temperatior , pacatior , & constantior , adeòq; & in sanguinea massa reliquisq; humoribus æqualior pacatiorq; motus , & fermentatio ; consequens est , ut & hominum constitutio ( quæ in moderata dictorum liquorum fermentatione & circulatione consistit ) sit melior. Hinc teste rursus *Hip. 3. aph. 9.* Ver saluberrimum , & minimè excitiale. id est respectivè ad reliqua anni tempora consideratum : absolutè enim & Ver ipsum suos patitur Manes , præcipuè anteriore sui parte , de hyemali aura adhuc multum participante. In ea siquidem humores pituitosi , crudi , & crassi , vel etiam per diuturniorem in corporibus moram acres & acidi redditi , dum per vernalem auram copiosioribus Solis radijs imprægnatam agitari , attenuari , sub-

tiliari, rarefieri, & expandi incipiunt, facillimè in febriles efferuescentias accenduntur, præsertim si eis accedant diversissimæ pariter totâ hyeme in terræ visceribus detentæ, & diversimodè corruptæ exhalationes, & evaporationes, nec non fermentificibiles illæ particulæ, quas tunc arbores, & reliqua vegetabilia sub prima succi in suos ramos receptione, & lufculorum, gemmarumq; , quæ citra specialem fermentationem non fit, protrusione de se emittunt. Facillimè etiam in hanc vel illam corporis partem præcipitantur: adeoq; in hac hujus, in illa alterius fiunt causa indispositionis. Vere autem farores, melancholice, epilepsie, fluxiones sanguinis, angine, gravedines, raucedines, tusses, lepræ, impetigines, vitiligines, & pustulæ ulceroſæ plurimæ, tubercula, articularum dolores. Hip. 3. aph. 20.

§. XIX. Hinc pariter est, quòd cæteris paribus communiter salubrius degatur, in locis clatioribus, salubribus, quæ ventis moderatè perflatis quàm in demissioribus, præcipuè vallibus aëris perflationibus minùs expositis; aut certè expositis quidem, sed ventis potiùs austrinis, vel occidentalibus, quàm aquilonaribus, & orientalibus juxta jam alias dicta respectivè salubrioribus: salubrius etiam in terris clarris torrentibus, velocibusq; fluminibus moderatè irrigatis, quàm in terris uliginosis, stagnis, paludibus, densive sylvis, aut nocivis mineralibus scætentibus vicinis &c. Salubrius inquam, degitur in illis, quàm in his terris eò, quòd in illis aëris constitutio sit melior, puriorve; id est talibus indefinitis particulis constans, quæ humano sanguini facillè incorporantur, cumq; eo citra notabilem perturbationem subiguntur: in istis econtrà deterior; seu talibus particulis constans, quæ inspirando attractæ citra notabilem per-

turbationem, vel aliam noxam languineæ massæ, quod tamen in pulmonibus necessario fieri aliunde supponimus, permisceri nequeunt: & in locis quidem æris perflationibus non expositis propterea, quod si ær saltem lapsius non perflatur, vapores, & exhalationes è terræ visceribus & aquis elevatæ non dispelluntur, sed stagnant, adeoq; ærem reddunt justò crassiorem, vel si eæ præterea corrumpantur, aut alijs cujuscumque deterioris sunt conditionis, alijs titulis naturæ inimicum. Quemadmodum meo judicio ista de causa Austria, nisi ventosa sit, dicitur esse venenosa, præcipuè Viennæ, urbe demissiore loco positâ, angustis plateis præditâ, innumerabiliq; hominum multitudine, consequenter plurimâ è cloacis, sterquilinijs, & alijs immundis locis in ærem exhalante spurcitie repletâ. In locis verò paludosis, aut nocivis mineralibus scætantibus propterea, quod ær ibidem sit simillimis corpusculis saturatus, quæ cum ære inspiratione attracta homines illic habitantes non possunt non pro suâ vitiosâ qualitate offendere. Unde fortè vel ex hoc ipso capite Hungaria ( ne Phasianos seu Phasis fluvij omnium lentissimi accolæ adeam, quos propterea, quod in paludibus degant, aëreque potiantur densissimo humidissimoque; totos pallidos, & inflatos afferit Hip. ) censetur esse admodò insalubris, quia quamplurimis inundata est stagnis & paludibus fætidis, putridisque; vapores de se emittentibus. Magis tamen est talis alienigenis, propterea Germanorum sepulchrum dicta, quàm domesticis, seu patriotis, eò, quod horum naturæ sint tali aëri magis assuetæ; ab assuetis verò scimus non tantam tolere fieri passionem. Confinis etiam nobis Carinthia, Tyrolis, superiorque; Styria plurimas parturit strumas, scrophulasque; nec non homines Bœotiorum instar, de quibus sic Horatius:

*Bæotum in crasso jurares aëre natum.*

obtufiffimo ingenio præditos, eò, quòd & auram & aquas habeat talibus corpusculis præditas, quæ speciali glandularum lympham coagulandi, & spiritus animales ad ingenij perspicacitatem necessariò subtiles, crassiores reddendi vi. pollent: sive deinde vis illa à marte cujus opulentissimâ minerâ scatent hæ regiones, originem suam trahat, sive ab alio quopiam simili virtute prædito, fortè aluminoso, aut vitrialico minerali. Et sic de alijs locis, quibus ex similibus auræ vitiosis constitutionibus veluti proprij sunt certi affectus, Endemij proterea dicti: qualis Polonis & Sarmatis est plica, locis Mari Baltico proximis scorbutus &c.

*Hinc alijs alius semper locus est inimicus  
Partibus: Ad Balthum Scorbutus in oribus urit,  
Turgida sic collo dependet struma Sabaudis  
Alpinisq; viget: Siccum sic phtifis Iberum  
Fortior insurgit, solido detrudere nisu:  
Ungariamq; febris comburit certa; Calore  
Anglia sic sudat proprio: Venerisq; malignus  
Indorum morbus deturpat viscera: Et instat  
Austriacis nodosa pedes tartlare podagra:  
Sicq; plicat variè tricis cirragra Polonos.*

Quamvis Endemiorum affectuum causa non semper est talis aura, sed sæpe potius talis victus ratio, sæpe tales aquæ. Quemadmodum rectè Scorbutum quidam potius victui illis gentibus familiari crudò, crasso, & salito adscribunt, quàm auræ pravæ constitutioni: etsi dubitem de eo Ego, eò, quòd non ubiq; ubi consuetus est talis victus, talis affectus observetur, veluti in Tartaria suos incolas crassissimis ali-

monijs,

monijs, veluti carne equinâ, citra tamen scorbutum, nutriente. Eis etiam in locis, ubi ob quascunq; causas vitiozæ aquæ bibuntur, communiore esse hominum ad calculum, nephritidem, urinæ stillicidia, coxæ morbum, & hernias proclivitates docet *Hip. lib. de Aëre, Locis, & Aquis num. 20. & 21.* Et nos novimus Iggenfi aquæ eam inesse ad inducendas febres tertianas intermittentes facultatem, ut eæ (altem ab advenis ferè nunquam impunè (quod quidem & de Caroloftadiensibus recentetur) degustentur: quemadmodum id experti testati sunt fabri murarij, & alij in extruenda non minùs splendida, quàm sumptuosa Sonneggenfi Arce currentibus annis laboratores, quorum tamen non paucos solâ succi plantaginis acutæ iteratâ ante paroxysmos cum aceto propinatione se curâsse non semel gloriatus est Arcis & territorij illius Toparcha Joannes Erasmus ex Baronibus de Engls haus, Patronus meus præ plurimis gratiofus.

§. XX. Dico secundò, si prouti id in quarta hypothesi suppoluimus, venti septentrionales, austrinîq; non solùm sunt communissimi, frequentissimi, fortissimîq; , verùm etiam illorum facultas est refrigerare, cutis poros occludere, humores quoscunq; condensare, siccare, & à putredine prætervare &c. horum econtrâ calefacere, humectare, dissolvere, laxare, flaccidum reddere, & ad putredinem disponere: procul dubio si hos illòsve diutiùs quandoq; perdurare contingat, dictos istos effectus in corporibus, ad quæ pertingunt, producent; præcipuè si repente unus subsequatur alterum, quodquæ accumulavit humectando Auster, solvitq; , illud intra corpus, cutis poros obserando, occludit Aquilo, & econtrâ. In tali enim con-

stitutione non possunt non oriri innumera defluxiones ; quemadmodum de eis sic ad propositum *Valleriola de Loc. Com. lib. 2. c. 4.* Si verò vicissitudine quâdam aquilonius flatus austrinum sequatur , fluxionum tum morbi nascentur. Quod ipsum dico & de orientalibus , occidentalibusq; ventis , etsi non cum eadem , cum qua septentrionales & austrini impressione , utpote non æquè potentes. Quamvis in quo Eurus orientalis ventus saltem apud nos cedat alijs ventis , non videam , nisi , quòd communiter minùs diuturnus sit ; cæterùm verò semper aut nivium , aut pluviarum ferax , consequenter & defluxionum.

§. XXI. Dico tertio , si deniq; , prouti id in quinta hypothese statuimus , corpora humana etiam naturalissimè constituta tantam humiditatum , feri , lymphæ glandularis , omnis generis fuliginum , & à diversis coctionibus segregatorum , sordium formâ exteriori cuticulæ , indusijs , & alijs corpus immediatè contingentibus vestimentis adhærentium recrementorum copiam de se insensibiliter emittere solent , & debent : qui est ? qui non concipiat , in quantum discrimen inde corpora humana conijciantur , si præterquam , quòd per diutiùs subinde durantem austrinam tempestatem corpora adscicitijs humiditatibus plùs justò repleantur , insuper succedat aquilonia auræ , corpora juxta dicta cogendo , & cutis poros constringendo non solùm jam memoratarum superflue per præcedentem austrinam tempestatem in corporibus aggregatarum humiditatum discussionem , verùm & earum , quæ naturaliter transpirare deberent , evacuationem prohibens constitutio. Procul dubio necessè est ab interioribus stagnantibus talibus humiditatibus primò non solùm partium fermenta nimium dilui , adeòq; inde dependentes coctio-



coctiones debilitari : verùm etiam si humiditates illæ pravâ aliquâ , & naturæ , sub quocunq; demum titulo inimicâ qualitate sint infectæ , E. G. acidâ , acri , austerâ , ponticâ , salinâ &c. depravari : consequenter productioni diversissimorum humorum , à quibus postmodum omnis generis indispositiones suum ortum ducunt , fores aperiri. Secundò sanguineam massam nimis aquosam reddi , vel aliàs in sua stasi plurimum turbari : adeòq; in nescio quas præternaturales turgescentias , inordinationes , & febriles effervescentias concitari : unde febres omnis generis , nunc intermittentes , nunc continuæ , nunc lentæ , nunc acutæ , nunc benignæ , nunc malignæ , non , nisi procuratâ rursus interceptâ illâ transpiratione per idonea diaphoretica curabiles. Tertiò cerebri meatus inundari : adeòq; spiritibus animalibus liberum & ordinatum per eos cursum , inq; reliquum corpus influxum prohiberi : consequenter induci vertigines , epilepsias , caros , lethargos , apoplexias paralyses &c. Quartò eosdem spiritus obfuscati ; unde omnis generis melancholica deliria. Quintò omnis generis cavitates , meatus , & canales obstrui : unde affectiones hypochondriacæ , scrophulæ , scyrri , glandularis lymphæ extravasationes , & inde ortæ cephalalgia , cephalææ , hemicrania , ophthalmia , gravedines , raucedines , tusses , tonsillarum inflammationes , uvulæ prolongationes , oris ulcera , angina , phitides , rheumatismi , arthritides , scabies , & mille alia mala eò intolerabiliora , & periculosiora , quò dictas in corporibus aggregatas humiditates deteriore accidit præditas esse qualitate : quemadmodum sunt eæ , quæ contagionum tempore pestilentiali aliquo miasmate sunt infectæ , pestilentialium propterea in corporibus accidentium causa.

§. XXII. Quibus accedit & illud, quòd aquilonaris constitutio ( etsi de se aliàs præ cunctis alijs saluberrima, & propter corpora firma, & ad motum agilia, sensusq; cunctos vegetiores, mentemq; serenam reddens ) præterquam, quòd jam dicto modo cutis poros occludat, consequenter insensibilem humorum transpirationem impediendo humiditates juxta jam dicta in corporibus plurimum adaugeat, insuper ipsam sanguinis massam, succum nerveum, lymphamq; glandularem qualitate quâdam coagulativâ cæterum quidem occultâ, in effectu ipso tamen plus, quàm manifestâ, ad grumescendum, & stagnandum disponat; consequenter & hâc speciali ratione dat causam omnibus eis affectibus, qui à sanguinis, succi nervei, lymphæve glandularis stagnatione, & grumescentiâ subinde dependent: quales sunt sæpè apoplexiæ, paralytes, pleuritides, peripneumonix, catarrhi suffocativi, gravedines, tusses, phitiles, dolores podagrici &c.

§. XXIII. Undenam verò qualitas illa coagulativa aëri frigido? determinabunt me sagaciores. Gallenici aliàs dicent, quòd à frigore simpliciter ex natura sua coagulativâ, & astrictivâ vi prædito. *Marcum Marci in Phil. Vet. restituta part. 2. Sect. 5.* sectantes quòd à Spiritu quoquam mercuriali in aëre contento. Et tandem cum *Francisco dele Boë Sylvio tenentes Præc. Med. lib. 1. cap. 21. Num. 3.* quòd à particulis acidis, nitrosivè abundantius aëri admittis: *quâ vi autem, quòve modo & ratione sanguinem alteret inspiratus aër, non aq; patet. Ego id fieri, inquit laudatus Sylvius, puto, quatenus in aëre dispersæ sunt partes nitrosæ, atq; subacidæ, sanguinem æstuantem, rarefactumq; condensare, atq; ipsius æstum quoq; blandè compescere potentes.* Particularius verò adhuc *Num.*

14. *Nimia fit ab aëre inspirato sanguinis per pulmones delati temperatio, id est condensatio, & refrigeratio, quando redundant in aëre partes nitrosæ acidulæ; à quibus sæpenumero tempore hyemis præsertim, flante Boreâ, & in regionibus Zone frigide vicinioribus, ac imprimis, quoties prius incaluit magis universum corpus, eousq; coagulatur in pulmonibus sanguis, ut obstructionem in vasis suis, aut intermedijs pulmonum mæandris pariat; unde sequitur semper ipsius sanguinis stagnatio, & aliquando, auctâ ob affluentem continuò sanguinem vasorum distensione, eorundem ruptio, sanguinisq; effusio unâ cum peripneumonia; quin post apertum apostema phtisis, & ut plurimum tandem mors.*

§. XXIV. De Astrorum influxibus, utpote non minus ad humanorum corporum alterationes, quàm ad aëris, & ventorum mutationes quòq; plurimum facientibus etiam hic quadraret quidpiam dicere. Verùm quòd partim istud Astronomorum, utpote in ea arte Magistrorum, sit proprium, partim verò quòd, etsi quidem ex ipsius Hip. sententia lib. sæpius citato de Aëre, Aquis, & Locis Num. 30. Medicorum sit saltem majores, & notabiliores Astrorum mutationes attendere, in specie ad Solstitia, Æquinoctia, Canis exortum, & Arcturi Pleiadumq; occalum, utpote quorum tempore morbi maximè judicantur, alijq; perimunt, alij verò desinunt, aut in aliam speciem, aliumvè statum transmutantur, ad eòq; medicamentis non facilè interturbandi sunt, quia tamen I. aph. 1. monet idem Hip. subinde occasione esse utendum, quæ præceps, &

*Fronte capillata est, retrò est occasio calva.*

Sæpe etiam necessitati, quæ exlex est, venit se esse accommodandû, in calu necessitatis non esse curandas quascunq; Astro-

rum constitutiones cenleo : irridendas verò planè esse tabulas illas phlebotomicas vulgò *Uderlaß* : *Taffel* dictas , & plura similia passim in Calendarijs reperibilia deliramenta : nisi ægrotantis res ad eò in vado esset , ut citra periculum posset , id , quòd vel ex ipsius ægroti , etsi vana , opinione ad celebrationem talis remedij aptius videtur , tempus expectari. Quemadmodum ea de re valde ad propositum *Joannes Mattheus Faber in Vindicijs suis Astrologiæ* : *Ut ineunte tempestate , & sevientibus ventis Nauclerus etiam astu adverso , ventosq; minus secundo cellerimè saluti prospicit , fidamq; stationem velis remissq; consequi allaborat , sic & Medicus ratione & experientiâ sultus primâ quâcumq; oportunitate remedium adhibet ad morbi ferociam magis , quàm Astra intentus.* Ad propositum etiam Medicus ille Cæsareus , dum utrùm plenilunij die Cæsari pleuritico sanguis esset venæ incisione emittendus , inter Archiatros Cæsareos lis exoriretur , adessent verò , qui eam ob lunæ plenitudinem differendam volebant , respondit ad lunam quidem jam esse attendendum , præcipue dum plena , adeòq; majorum virium in sublunaria isthæc est , verùm in præsenti necessitate , & manifesto Cæsaris periculo fore astu deludendam : omnes videlicet portas , fenestrasq; esse occludendas , siparijsq; densissimis obvellandas , ut prorsus nulla ad eam eorum , quæ cum Cæsare interea agerentur , notitia perveniat.

§. XXV. Atq; taliter generalius demonstratâ aëris , ejusdemq; mutationum in humana corpora potestate sermonis ordo exposcit , ut , quænam aura in specie isto , de quo agimus , anno 1697 viguerit , quæquè illius per annum contigerint notabiliores mutationes , alteratione tunc breviter recenscamus.

§. XXVI. Exordiri verò lubet annum non cum veteribus Romanis, modernisve Persis à Martio mense seu æquinoctio verno, & primo Solis in Arietem ingressu, sed cum vulgo hominum à Januario mense. Necessè tamen est etiam saltem postremorum prægressi 1696 anni dierum cum Jano propterea bifronti, quòd unâ facie antiquum, alterâ novum annum, aut si mavis, rectè gesta respicere fuerit creditus, meminisse, ut ex eorum, & primorum hujus anni dierum auræ constitutione morborum mox ad hujus anni principium humana corpora aggressorum origo & causæ tantò certius deduci queant.

§. XXVII. Recordor verò totum ferè Decembrem anni 1696 catenus fuisse nubilum, & pluviosum, ut tandem in ingentes exundationes proruperit, feceritq; quamplurimos vanè credere paucissimas nives eâ hyeme casuras eò, quòd sibi persuaserint cælum potissimam suam humiditatem per tam diurnas illas, dentâsq; pluvias in terram demisisse: adeòq; superstitem pro copiosis nivibus vix habiturum. Verùm enim verò, contrarium monstraverat euentus ipse: priusquam siquidem planè exspirâset December, suum exitum quatuor spitamis altis nivibus sigillaverat. Hinc mox cum novi anni ingressu tantum cum serenitate frigus, quantum non facilè aliàs observatum. Desuper per octiduum nubilo factò cælo frigus illud quidem redditum erat non nihil tolerabilius, quale verò 20 Januarij resuscitatus Boreas rursus ferè ad priorem intolerabilitatem exasperaverat.

§. XXVIII. Januarij istum rigorem continuaverat & Februarius usq; ad plenilunium per quatrimum austrinum, postea Boreas nunc cum, nunc sine nivibus, bacchanalibus diebus etiam cum pluvijs nivibus permistis. Desuper utq; ad mensis exitum cum maximo rigore serenitas. §. XXIX.

§. XXIX. Martius erat quidem quoad frigoris rigorem mitior, læpius etiam, præcipuè post ultimam lunæ quadræm, & circa novilunium tepidioribus, & altissimas illas nives egregiè dissolventibus ventis perflatus; quòd non rarò tamen etiam intervenerint cum nivibus, & aurâ boreali pluvix, præcipuè paulò post mensis ingressum, & postremis ejusdem diebus, erat & ipse satis asper. Atquæ ita terminatus fuit brumalis hic anni quadrans potissimùm cum rigidissimo frigore.

§. XXX. Aprilis erat quidem anteriori sui dimidio ut plurimum postremis Martij diebus similis, id est, cum brumali asperitate pluviosus, decimâ etiam nivofus, posteriori tamen sui dimidio præter morem constans, serenus, & temperatus.

§. XXXI. Majus econtrâ primis diebus ferè, uti Aprilis in principio cum brumali obstantem Euram, asperitate pluviosus, mox tamen desuper cum constanti serenitate eatenus urens, ut caniculares suo æstu superârit. Decimâ quintâ ejusdem cadens pluvia cum grandine suburbanis agris non planè innoxia æstum illum incontactum quidem utcunq; attemperaverat, quem verò mox postridie subsecutus prior ille æstus rursus insolenter æstuosum reddiderat, tam diù talem persistentem, donec 27 ex Euro cadens nix cum utcunq; attemperaverat, planè verò refrigeraverat trigesimâ exortus vehementissimus Boreas.

§. XXXII. Junius, uti in exitu Majus, primis diebus borealis, mox mitior, decimâ nubilus & pluviosus: postea verò usq; ad vigesimam serenus, tranquillus, & auræ aménitate se utcunq; commendans: desuper tamen rursus, & quidem ex Euro contractâ latensibili asperitate pluviosus,

tas, non nisi sub exitum cum serenitate, & tranquillitate nonnihil calidior. Atq; taliter terminatum fuit quidem & vernale tempus, sed præter morem cum exigua planè amænitate.

§. XXXIII. Julius ob intercurrentes subinde pluvias primis diebus Junij sine temperatio, paulò post quidem nonnihil plùs incaluerat, quòd pluvix ille tamen decimâ quartâ rursus rediissent per plures dies usq; ad aquarum tali tempori planè insuetam exundationem protractæ, redierat rursus & aura temperatio. Vigestimâ primâ serenatum cælum persistit quidem tale per 5. dies, tandem verò rursus nubibus obductum ex Euro eatenus inhorruerat, ut in demissioribus locis quidem saltem horridas pluvias, in elatioribus verò planè nives cum tali tempori planè inconvenienti frigore parturierit.

§. XXXIV. Simillimus jam dicto Julij fini fuit ultra sui dimidium etiam Augustus, naturâ suâ aliàs ob urentem Syriam æstuosissimus. Post 19. tandem primò calentior factus.

§. XXXV. September solus erat sibi fere connaturalis. Usquè ad novilunium siquidem posteriorum Augusti dierum serenitatem tranquillitatèmq; cum æstu amabili, utpote per frigidiores noctes attemperato uvis maturandis summopere proficuo, continuaverat: postea redditus quidem à per quadriduum protractis pluvijs nonnihil asperior, sed cui quadri-duo illo præterlapso pristina illa cum serenitate amænitas rursus redierat. Postremos dies nubes, pluvixq; quidem iterum quodammodo reddiderant inamæniores, quòd aura tamen tantâ asperitate propter silentes ventos prædita non fuerit, erant & illi tolerabiles. Atq; hâc ratione ad finem deducta fuit quòq; Æstas, quantum ex adductis constat, temperie magis Veri, quàm sibi similis.

§. XXXVI. Superest adhuc Autumnus, cuius primus mensis October nunc cum australibus, nunc cum borealibus ventis, imò circa undecimam planè cum tonitru & fulgurationibus pluviosus vix circa 17 fuit serenatus, postea quidem usq; ad finem talis persistens, & propterea præter morem amarus, nisi sat vehementer interea flantem Septentrionem tamen diurnus sol adeò temperasset, habuisset auram latis asperam.

§. XXXVII. Eodem cum frigore à diurno sole utcumq; temperato, quæ Octobrem finierat serenitas, sat acceptabilem reddiderat & Novembris primam, imò & alteram hebdomadam. Postea secuta quidem aura frigoris ratione tolerabilior, e contra aëris densitate, & vigesimâ mensis die primis, quamvis à flante Austro mox dissolutis nivibus inamarna, adhuc inamarnior reddita 26 utpote non solum usq; ad mensis exitum nivosa, verùm & quoad frigus sat rigida.

§. XXXVIII. December tandem more suo totus varius usq; ad 5 uti Novembris postremi dies nivosus, quintâ quidem serenatus fuit, sed cum frigore valde intenso, in eo tamen benefico, quòd solis 5 diebus talis persistit, desuper verò mox iterum subsecuta fuerit aura tepidior per triduum durans. Desuper verò rursus serenitas. 22 aura australis cum totali hæcenus partarum nivium dissolutione. 26 autem iterum nivosa. 28 rursus australis, nubila, & ad pluvias propensa. Atq; taliter tandem præterlapsus fuit etiam Autumnus: consequenter totus annus 1697, quantum ex enarratarum auræ mutationum combinatione apparet, siquis alius varius & per totum, exceptis Maij aliquod diebus, debito frigidior, imò & humidior.

§. XXXIX. Cognitâ taliter etiam Anni quoad tempo-  
rum,



rum, & auræ mutationes constitutione superesset quidem juxta §. II. promissa, qualiter nam se ad eandem humana corpora habuerint, quarèq; se taliter habuerint, referre: verùm video id cuius, qui hactenus à nobis prolata vel obiter ruminaverit, adeò coniectu esse facilè, ut ulteriore relatione mihi prorsus indigere non videatur. Quòd si enim se quis (suppositâ eâ, quàm §. XIII. Aëri in humana corpora attribui-mus, vi) ad rectè antecedente §. dicta, ubi totum ferè annum exceptis solis aliquod Maij calidioribus diebus, fuisse justò frigidiorè, magnâ ex parte etiam humidiorè asserui-mus, reflexerit: cogitaverit præterea etiam talis auræ consti-tutionem juxta §. XX. dicta tolère esse præ reliquis affectibus defluxionum seu affectuum, quos vulgus communiter deflu-xionibus, nos Medici verò stagnatione, aut extravasatione in aliqua parte peccanti glandulari lymphæ imputare solemus, feracissimam, quid difficultatis ipsi supersit con-jicere toto anno præ reliquis affectibus viguisse defluxionum morbos, coràmq; causam fuisse anni illam plus justò frigi-dam humidamq; quoad auram constitutionem, non video: præcipuè verò Januario mense, utpote quo ingens, & illud diuturnum diuturnis, & eis australibus antecedentis Decem-bri pluvijs, repente, quòd rectè jam citato §. XX. ratione de-fluxionum esse pessimum ediximus, successerat: nec non Martio & Decembri mensibus quoad auram præ alijs mensi-bus inconstantibus.

§. XXXX. Neq; magis diffidò eum difficiliùs coniectu-rum inter jam dictam defluxionum toti anno plus minus communem epidemiam subinde quòq; alios sporadicos affe-ctus intercurrisse: eò, quòd qualitercunq; vivatur, nunquam ta-men ab omnibus hominibus reliquarum Quinq; Rerum Non

naturalium : Cibi puta & potus , Somni & vigiliarum , Motus & quietis , Excretorum & retentorum , ac tandem Animi pathematum usus adeò exactè observatur , quin in eodem subinde delinquatur ; adeòq; causa detur accumulatio- ni diversorum cacochymicorum humorum , & inde dependentium indispositionum. Ut aliàs externas causas , propter quas homines in morbos incidere quotidie solent , silentio præteream.

§. XXXI. Hinc est , quòd mox ad anni exordium præter omnis generis hominibus præcipuè verò ætate provec- tionibus communissimas à defluxionibus dependentes indispo- sitiones , puta gravedines , cephalalgias , hæmicranias , vertigines , apoplexias , tusses , tonsillarum inflammationes , uvulæ prolongationes , anginas , odontalgias , scrophulas , aurium tinnitus , dolores , apostemata , ophthalmias , epiphoras , cataractas , febres catarrhales , pleuritides , rheumatismos , & vagos quosdam artuum dolores etiam observatæ fuerint subin- de febres tertianæ duplices continuæ. In anni progressu , id est Februario , Martio , & Aprili scabies , phthises , & febres pe- techiales. In Majo & Junio colici dolores , & febres continuæ. In Julio præter tertianas continuas , communiter largis na- rium hæmorrhagijs stipatas etiam subinde intermittentes. In Augusto præter jam dictas febres etiam colici dolores , diar- rhææ , & saltem raræ dysentericæ. In Septembri quidem ij- dem , qui in Augusto affectus , sed rarissimi. In Octobri saltem raræ febres tertianæ intermittentes , & colici dolores : quartanæ verò ferè nullæ. In Novembri pleuritides , febres acutæ , & dolores colici. In Decembri tandem rursus ferè meri , uti in anni exordio , à peccante lympha dependentes affectus , & præcipuè inter infantes sæpe usq; ad cibi , & pu-  
rissimi

riſſimi cruoris reiectionem, imò & ad ſuffocationem urgentes ferinæ tuſſes cum febre catarrhali, ſubinde & ſcrophulis, bubonibùsq; ſub axillis. Inter gravidas etiam abortus, aut partûs difficultates: inter puerperas verò febres acutæ continuæ.

§. XXXXII. Dependiffè verò ſporadicas iſtas indiſpoſitiones potiùs à reliquarum § rerum non naturalium illegitimo uſu, quàm ab aëris pravis indiſpoſitionibus, epidemicas illas deſluxiones verò econtrà potiùs ab auræ vitioſis alterationibus, patet ex *Hip. qui in lib. de Nat. Hom. num. 18.* poſtquam edixiſſet morbos partim *ex diætiſ fieri*, partim *ex ſpiritu*, ſeu aëre, *quem attrahentes vivimus*, cuius hæ, cui illæ indiſpoſitiones veniant adſcribendæ, ſic diſtinguere docet: *Quando ab uno morbo multi homines corripuntur eodem tempore, cauſam ad id, quod comuniſſimum eſt, & quo maxime omnes utimur, referre oportet. Eſt autem hoc ſpiritus, & aër, quem inſpirando trahimus. Manifeſtum eſt enim jam, quod diæta uniſcujuſq; noſtrûm cauſa non eſt, quum morbus omnes conſequenter contingat, & juniores, & ſeniores, mulierèſq;, ac viros, & tam vinolentos, quàm aqua potores, & tam mazam edentes, quàm pane veſcentes, & tam multum laborantes, quàm parum. Nequaquam igitur diæta cauſa fuerit, quum homines diverſâ victûs ratione utentes ab eodem morbo corripuntur. Quum verò omnis generis morbi ſunt eodem tempore, palam eſt, victûs ſingulos ſingulis cauſas eſſe.* Quamvis tamen non negaverim & ad enarratas ſporadicas indiſpoſitiones, ſubinde quoquè auræ pravas conſtitutiones aliquid feciſſe, & viciffim ad epidemicas illas, ita dictas, deſluxiones ſubinde commiſſos in reliquis § rebus non naturalibus Diætæ nomine Medicis venientibus errores. Veluti colicorum dolorum, diarrhæaſum, & dyſenteriarum ſaltem æſtate, & autumno Ego po-

tiorem causam quidem existimabam fructuum immaturo-  
rum, & propterea multâ acidâ, & austerâ cruditate præ-  
ditorum, nec non aliorum eis præcipuè temporibus fami-  
liarissimorum acetariorum etum; Ultrùm ad eas tamen non  
multùm quoquè fecerit illa totius ferè anni plerùmquè frigi-  
dior, adeòquè juxta §. XXII. dicta multo acido prædita auræ  
constitutio, internum pancreatici succi acidum saltem in-  
magis dispositis intendendo, & exasperando, nolim con-  
tradecere. Qui succus postmodùm intestinis copiosius in-  
fusus, vel etiam ulterius ad plexum nervæum mesenterij  
delatus, ibidem nervos & in intestinis fibrillas nerveas in-  
testinorum insolentius vellicando & corrodendo dictas affe-  
ctiones producere planè facillè potuit.

§. XXXIII. Quòd verò in tanta aëris inordinatione,  
& præsertim humidâ, adeòquè morborum vel ex ipsius Hip-  
sententia 3. aph. 12. (*Ex constitutionibus anni in universum  
siccitates, assiduis imbribus sunt salubriores, & minus morti-  
feræ. Et 3. aph. 8. Constantibus temporibus, si tempestiva  
tempestivè fiant, morbi stabiles & boni judicij accidunt, in-  
constantibus autem instabiles, & mali judicij*) feracissimâ auræ  
constitutione morbi tamen fuerint respectivè ad alios tales  
annos utcunquè & rari & benigni, seu communiter facillè  
curabiles, rationem Ego existimo fuisse potissimùm dupli-  
cem (non exclusâ tamen omnino eâ, quæ ex frequentissi-  
mâ ventorum, præcipuè septentrionalium cum orientali-  
bus, alternatione teste Francisco de le Boë Sylvio *Tract. X.  
Append. prax. Med. Num. CL.* ad aëris depurationem no-  
civos in eo detentos halitus dispellendo plurimùm faciente,  
peti potest :) Vnam frigus humiditati illi aëris excessivè  
communiter conjunctum: Alteram majorem victus hoc  
quâni

quàm alijs annis observantiam. Quò verò nocentior sit humida cum caliditate conjuncta auræ constitutio, quàm cum frigiditate, illud non facile cuiquam puto esse ignotum: & manifestè id convincunt, præter rationem, quæ ab acido-res à corruptione potenter præservante frigori juxta §. XXII. dicta innato petenda, res quæcunq; putredini magis obnoxie hyemali tempore etiam pluvioso diutiùs durantes, quàm æstivo tali. Item carnes, quæ æstate penes glaciem infra terram asservari, ne tam citò factorem, qui incipientis putredinis & corruptionis testis est, contrahant, solent &c. Quod in autem hoc in alijs rebus, cur non etiam in homine, qui propterea Austro diutiùs flante communiter totum lassum flaccidumq; se sentit? De victus observantia verò illud est pro informatione sciendum: annum istum ob prægressum rigidissimum hyemale frigus, diutissimèq; protractas nives, nec non æstivas rubigines, imò & humiditates nimias lata aut in semine ipso suffocantes, aut postea in lolium & Zizanias transformantes frumentum produxisse valde paucum, vinum autem adhuc paucius: Ob bellicas exactiones etiam inter homines tam parcam fuisse pecuniam, ut eà vix vix de necessarijs sibi prospicere potuerint, taceo de superfluis. Unde propterea toto integerri- mo anno vix unum alterumve etiam ex vino aliàs deditissimis temulentum conspiciere fuit, convivia rarissima, & ea solitò frugaliora: computationes verò singulares omnino nullæ. Quæ autem, quantum ad præservanda à morbis & frequentioribus, & malignioribus corpora valeant, conijcere vel ex eo abunde licet, quòd eos, qui frugalitè vivunt, qualiter communiter faciunt Anachoretæ, & ex Canobitis Carthusiani, atq; Capucini, cæteris paribus communi-

ter saniores, & diutiùs vitam protrahentes conspiciamus. Qui videlicet est *modicus cibi, est Medicus sibi*: Et qui *abstinens est*, teste Sapientissimo, *adijciat vitæ*: secùs verò constitutus teste Hip. 2. aph. 17. morbis obnoxius. Uti enim à multo oleo lucernæ flamma, sic à cibo copioso suffocatur calor natiuus.

*Non gladius, mortisq; furor tot pectora perdit,  
Quod gula jam passim, potus, amorq; necat.*

§. XXXIV. Quòd autem febres, morbus aliàs humano generi frequentissimus, fuerint, adeò raræ (fuere autem rarissimæ, & solùm sparsim subinde unum alterumve apprehedentes: quartanæ autem planè ferè nullæ.) Colici & arthritici dolores econtrâ, quàm ullo alio anno frequentiores; conjecturo Ego illius causam fuisse partim rectè paulò ante memoratam exactiorem, quàm alijs annis, diætæ observantiam; partim autem, quòd bilis ob solitò temperatiorem, imò ferè per totum frigidiorè auræ constitutionem adeò exaltata non fuerit, ut multas, exceptis planè raris subjectis fortè ex alijs causis ardentiorè bile teatentibus, cum acido pancreatico, etsi aciore, febriles effervescentias producere valuisset. Hujus verò jam superius §. XXXI. memoratum fructuum hornotinorum copioso acido præditorum, & aliorum acetariorum etum, nec non aëris per totum annum frigidiorè intemperiem non solùm succum pancreaticum, verùm & glandularem lympham suâ aciditate plùs justò exacuentem, quæ ad intestina, aut articulos delata dictorum dolorum ibidem partes nervosâs, membranaceâsq; , utpote naturâ suâ cæteris acutiore sentu præditas, rodendo causa existit, proptereâ nullis alijs remedijs, & faciliùs curabilis, quàm aciditatem illam corrigentibus, narcocitis

coticis puta, & absorbentibus, præcipitantibus, & diaphoreticis.

§. XXXV. Bernardinus Ramazzinus apud Mutinenses Practicus celeberrimus, Medicæquæ Artis Professor meritissimus in doctissima sua de Constitutione anni 1690 dissertatione Num. XXVI. copiosissimè eo anno grassantium tertianarum febrium intermittentium causam quidem censet fuisse anni illius constitutionem nimis frigidam humidamq; & inde in humanis corporibus plurimum euectam pancreatici succi aciditatem, depressam econtrà nimis bilis alcalitatem: adeòq; nobis planè contrarium sentire videtur, qui dicimus anno 1697 proptereà adeò paucas fuisse febres, quia bilis erat inertior, quàm quæ cum succo pancreatico acidiore multum effervesceere valuisset: verum quâ ratione isthæc ille manuteneat videre licet apud eundem loco citato. Certum interea videtur, puram succi pancreatici aciditatem non posse pro intermittentiū febrium causa haberi; eò, quòd eoposito quotiescunq; talis aciditas in corporibus prævaleret, bilis econtrà esset inertior, toties copiosiores inter homines grassarentur febres saltem nothæ: quod autè repugnat experientia: utpote quâ novimus & hoc nostro 1697, & alijs annis frigidioribus, adeòq; succi pancreatici & copiosioris, & acidioris, bilis econtrà & paucioris, & inertioris feracibus notabiliter pauciores inter homines grassatas fuisse febres, quàm alijs annis calidioribus, adeòq; copiosioris & ferocioris bilis, succi pancreatici econtrà & paucioris & inertioris feracibus. Quod ipsū puta & de annorū temporibus calidioribus respectu frigidiorū, & frigidioribus respectu calidiorū; de hyeme puta respectu æstatis, & econtrà &c. Aliud ergo quid subsuisse debuit, quòd dicto anno 1690 in Mutinensi vicinia tã copiosæ observatæ fuerint febres

tertianæ intermittentes, quàm sola à Ramazzino allegata succi pancreatici justò intensior aciditas. Et videtur adducta ista ejus ratio etiam quodammodo infringi ex altera tua de Constitutione anni 1691 Dissertatione, ubi febrium intermittentium eo anno grassantium causam dicit fuisse illius anni æstuosam nimis aëris constitutionem, bilem ardentiolem, acrioremq; & econtrà pancreaticum succum minùs acidum reddentem. Est verùm quidem illius anni febres fuisse saltem nothas, hujus econtrà anni exquisitas, adeòq; à causa calidiorè dependentes: verùm quòd febres nothæ & exquisitæ solùm in eo differant, quòd illæ dependeant à bile minùs sincera, hæ verò à bile sinceriore, succo pancreatico in illis existente nonnil acidiorè, in his econtrà minùs acido, videtur potiùs dicendum esse in utrisq; quidem primariam causam fuisse bilem justò acriorem, sed in illis minùs sinceram, in his econtrà sinceriorè, consequenter ardentius cum succo pancreatico suo modo quoq; justò acidiorè effervescentem. Ex eo etiam, quòd primo illo anno serè nullæ fuerint observatæ quartanæ, bene verò anno altero, videtur non irrationabiliter deduci posse ad quartanarum productionem necessariò concurrere debere adustionem aliquam specialem biliosi humoris, & non sufficere, nescio quem commentitium pancreatici succi fixitatis gradum: aliàs enim non video, cur quartanæ potiùs non fuerint primo illo frigido & humido quoad aërem anno, & succo pancreatico fixiore existente, frequentes, quàm posteriore æstuoso existente, & bile ardentiorè &c. quidnam tamen re ipsà illud fuerit, undève dependerit, quod in adeò frigida illa, pluviosaq; aëris constitutione bilem in eum alcalitatis gradum evexerat, utcum succo pancreatico quoq; justò acidiorè apud tot Mu-

tinen-



tinensis regionis incolas uno eodémq; tempore febriliter efferverescere potuerit, Doctiorum examini submitto. Certum interea manet apud nos anno 1697, quoq; excessivè frigidò & pluviolo, adeòq; excessivi acidi productivo paucissimas fuisse observatas febres tertianas intermittentes, quartanas verò ferè planè nullas. Fortè ibi contagiosi quid subsuit rariùs quidem in intermittentibus febribus observabile, sed tamen jam etiam à me ipso in praxi observatum ?

§. XXXXVI. Quòd tandem in Decembri tusses fuerint præcipuè inter infantes adeò frequentes feræq; , opinor Ego in causa fuisse illam tantam illius temporis aëris inæqualitatem, quæ tenellula illa infantum corpuscula ob teneritudinem præ majoribus natu faciliùs pervadens illa non solum copiosiore humiditate replevit, verùm eam etiam ad pulmones, & bronchia præcipitavit: in colli, axillarum, & inguinum glandulis verò etiam subinde in scrophulas & bubones coagulavit. Quòd verò id eis tamen non acciderit æquè in Januario, Februariòve mensibus Decembri longè frigidioribus; puto causam fuisse, quòd tunc ob illam nimiam frigiditatis inclementiam infantes non ita facilè liberæ auræ exponerentur, cubilia eorum intensius calefiebant, neq; nutrices facilè in publicum prodibant; in Decembri autem aurâ existente respectivè mitiore totum contrario modo.

§. XXXXVII. Gravidas verò, quas etiam singulariter hoc mense periculose te habuisse asseruimus, existimo propterea fuisse nunc, quàm alijs anni temporibus ad abortum procliviores, quòd toto ferè anno, præcipuè verò hoc & antegresso mense existente justò humidiorè, multæ fuerint in earum corporibus aggregatæ humiditates, quæ in magis dispositis, id est vel à natura, vel à sex rerum non naturalium abu-

In humidiores, laxiorēque uteros habentibus ad genitalia præcipitatæ non potuere eadem ad abortus non procliviores redere. *Quæ mediocriter corpulentæ abortum faciunt sine occasione manifesta, ijs acetabula uteri mucoris sunt plena, nec præ pondere fœtum continere possunt, sed abrumpuntur.* Hip. § aph.

45. vel siquæ feliciter eas peperisse contigit, continuè & acutè febricitabant, eò, quòd tam inordinatâ existente anni præcipuè verò hoc mente constitutione non poterant non pessimi, & ad febriliter effervesendum pronissimi, humores vel propterea præ cæteris in gravidis accumulâri, quòd eæ toto gestationis tempore menstruâ expurgatione huic sexui tamen non solum propterea saluberrima, quòd sanguinis superfluitatem ipsis adimat, verùm etiam, quòd unâ cum sanguine plerosq; cacochymicos humores educat, caruerint. *Qui humores in partu agitati propterea facillimè incendi, & febriliter effervescere poterant. Quamvis talis febrilis accensio etiam ex eo in quibusdam facillè exoriri potuerit, quòd uteri acetabulis pituitosis humoribus plùs justò repletis lochia ritè profluere nequierint: In quorum tamen dextra expurgatione quantum puerperis, ut sanæ degant, sit positum, videre pluribus licet in *Intricato Eclecticato nostro Medico parte 2. cap. 19.**

§. XXXVIII. Atq; hæc tandem etiam breviter de causis indispositionum hujus anni. Nunc adhuc cum possibili brevitate de remedijs, quibus eadem fuere à me plerumq; feliciter, citò, tutò, & jucundè percuratæ. Et possem ea quidem saltem genericè referre; quæ videlicet huic, quæ illi indispositioni, vel causæ ejus profuerint; quòd eorum usus verò etiam à Junioribus in Arte faciliùs capiatur, consultiùs fore judicavi, si id in specialibus casibus, seu exemplis, historijsvè Medicis facerem, quàm simpliciter

in genere. Prodeat proinde omnium primus in medium seniculus ille aulæ Auerſpergicæ olim à quamplurimis annis Curſor Moder dictus, ætate ſeptuagenarius, 7mâ Januarij factus hemiplecticus. Hic 7mâ, uti dixi, Januarij ſummo mane, aurâ exiſtente rigidiffimâ, proximum templum, ut ſacrum audiret, adierat: redux præ frigore totus rigidus ad intenſe calcfactam fornacem ſeſe ſtiterat, chocoladâmq; celliffimo ſuo Domino reſiduam biberat, & ecce balbutire, obmutefcere, & collabi ab adſtantibus cum exhorreſcentia conſpicitur, ore ſiniſtrum verſus contorto, & viſcidam lympham in copia fundente, dextrâ corporis parte verò ſerè immobili exiſtente. Quare accurrunt, corpus agitant, naribus pro reſfectione aquam lavendulæ, quæ propiùs ad manus erat, ſupponunt, & faciunt ea, quæ pro temporis anguſtia, & neceſſitatis urgentia poſſunt. Intereâ fortuito in platea deprehenſus advolo & Ego, utquè, ut primùm confici poſſet, clyſterem acrem, & ex ſpecificis cephalicis confectum ipſi per poſteriora injici curarent, ſuadeo: interim verò per os cochleatim propinarent talem mixturam.

℞. aq. Apoplect. unc. iv.

ſyr. de ſteebad. unc. i.

ſpir. ſal. armon. ſcrup. i.

tinct. caſtar. gt. VI. M.

Sig. Schlag-Mixtur Veſſel-weiß zu geben.

Naribus pro excitatione ſpirituum animalium ſpiritum ſal. armon. volat. ex anguſtiſſimi colli vitello ſupponerent: ſuturam coronalem, nucham, & tempora oleo ſuccini, & rutæ perungerent, & extrema pannis aſperioribus fricarent. Et redierat ad te quodammodo bonus ſeniculus, poſtridie tali potjunculâ expurgatus:

℞. aq. lavend. unc. i.

℥yr. de stæchad. ʒij.

Spec. diaialap. Myns. scrup. iijʒ.

tinct. castor. gr. ij. M.

Sig. Purgier, Tränckel auff 1 mahl woll auffgerührter zu geben.

Sequentibus quatuor diebus bibit pro peccantis materiæ ulteriori digestionem decoctum Theè & fol. beton. additis cui libet haustui spiritus sal. armon. gr. V. Semper unâ horâ antepastum masticare solitus fuit radicem imperat. Manè & serò verò dorsi spinam & affectos artus cum ungu. nervin. & oleo castor. vulpino, atq; terebint. calidè perungere. Desuper autem rursus potionem purgantem iteravit, uti & potationem decocti Theè memorato modo parati &c. Et convalescit eatenus, ut etiamnum, exceptâ solâ brachij affecti aliquali rigiditate, algoréque, pro sua ætate latè commodè vivat.

S. XXXXIX. Alter cujus pariter rectè his diebus historiam ad chartam posueram, fuit Reverendissimus D. D. Hugo Sac. Ord. Carthus. Celeberrimi Cænobij Ercidnicensis Prælati meritissimus ætate pariter septuagesimo proximus, longè tamen vegetior, quàm priore historiâ inductus seniculus. Hic per litteras mihi significârat, se à jam diuturniore tempore, dum noctu in lecto decumbens de dextro in sinistram se vertere tentat, fluctuationem quamdam in cerebro percipere, ac si omnia secum raperentur, rursûmque aliquo modo recederent, sed ad eò momentaneam, ut eo quieto mox rursus quiescant omnia. Proindèq; se libenter scire velle, quid hoc rei esset, undèque proveniret? Cui propterea, ut Ego tanquam & Suus & venerabilis sui Conventus

ventus ordinarius Medicus pro debito parerem, sequentia reposueram: primò accidens isthoc reductivè esse quidem vertiginis aliquam speciem, quòd in eo objecta tamen non in gyrum, sicut in vertigine, moveri videantur, sed saltem fluctuare, meliùs vocari cerebri fluctuationem. Secundò causam talis fluctuationis esse tenuem aliquam lympham extravasatam & cerebri meatus unum aut plures inundantem, inq; ea corporis versione sui agitatione spiritibus animalibus inordinatum illum motum, animæ rationali verò fluctuationis illum sensum imprimentem. Adeoque pro tertio totam curationis intentionem fore eò dirigendam, ut dicta illa lymphæ, quâcunq; tandem viâ, educatur, discutiaturve, cerebrumq; seu potius spiritus animales eatenus corroborentur, ut imposterum tali lymphæ in tempore discutiendæ pares evadant. Remedia verò talibus intentionibus satisfactura fore primò corporis per tales pilulas expurgationem:

*R. Mass. pil. de succin. Crat.  
extr. cephal.*

*pil. cochiar. aa scrup. ß*

*Resin. ialap. pin. sub. gr. ix.*

*troch. alband. gr. iv.*

*ol. mac. gr. i. M. cum*

*spir. ceras. nigr. F. pil. num. ix.*

**Sig. Haupt: Pillen auff 1 mahl.**

Secundò sanguinis ex hæmorrhoidalibus venis mediantibus sanguifugis ad unc. V. educationem, consuetam quidem, sed à longiori tempore intermissam, & vel propterea forte malum soventem. Tertio ejusdem lymphæ per sudorem

in laconico Reverendissimo Patienti pariter quidem consue-

to, sed à diuturniore tempore intermisso, procurandum  
discussionem: sed intra calidum cubiculum ob externæ  
auræ frigidam, adeoq; similibus operationibus minus faventem  
constitutionem. Quartò cerebri & spirituum animalium  
corroborationem internè cum talibus appropriatis mor-  
tulis.

℞. *conseru. ros. genuen.*

*flor. anth.*

*beton.*

*majoran.*

*salvia.*

*calend. aa. ʒij*

*Spec. diamb.*

*diamosc. dulc. compl. aa ʒijss*

*Specif. cephal. Michaël. ʒʒ*

*zibeth pauon. ʒi*

*succin. alb. pp.*

*Spir. lil. conval.*

*ceras. nigr. aa ʒʒ. xv.*

*sacch. in aq. lavend. dis. q. s.*

*f. confect in tabulis.*

Sig. *Haupt* : stärckende Marschellen allezeit eine  
Stund vor dem Essen / und vor dem Schlaffen : gehen  
zu brauchen.

Externè verò cum *balsamo apoplect. ruta & succini.*

Quintò, si neq; ista sufficerent, fore dictæ lymphæ edu-  
ctionem adhuc ulterius tentandam per talem hydragoga-  
mationem :

℞. *decoct. aperit. min. cum*

*fol. sen. s. st. ʒiij.*

*mechoac. alb.**turbit. aa ʒiſſ.**crem. tart. ʒi facti unc. iij.**in expreſſione diſſolve**mannæ el. ʒxiv.**Cola & adde**Jalap. pulu. gr. XV.**ſpir. mac. gtij M. f. potio.***Sig. Purgier-Tränckel auff 1 mahl.**

Item per masticationem ſolarum cubearum, aut talium globulorum :

*℞. rad. pyrethr.**imperat.**cubear. aa ʒiſſ M. f. pulu.**qui excipiatuſ f. q. ceræ albæ**& f. globuli masticatorij.***Sig. Schleimb-ziehende Kugellein.**

Uſurpavit hæcce Reverendiſſimus Patiens &amp; convaluit, etiamnum incolumis perſiſtens.

ſ. L. Iſtos duos ſequébantur pauló poſt quàmplurimi alij catarrhoſi, gravedinoſi, rauci, tuſſientes, pleurici, anginoſi, tonſillarum inflammationes, uvulæ prolongationes, hemicranias, aurium dolores, imò & earundem apoſtemata cum ichoroſæ & purulentæ materiæ effluſione patientes. Item dentium, oculorumq; & vagis quibusdam artuum doloribus detenti. Ultimatim verò & quipiam acutè febricitantes. Ex quibus quidem gravedinoſos communiter ſublevabat ſuffitus *ex ſuccino albo* prunis injecto, & ore naribusq; excepto factus: leviter catarrhoſos verò, raucos, & tuſſientes aut trochiſci beccihici nigri

sæpiùs in ore detenti, & postquàm dissoluti sunt, sensim deglutiti, aut *oleum amygd. dulc. rec. expressum sacch. cand. alb.* ad sufficientem dulcedinem saturatum sæpiùs lambendo usurpatum. Graviùs affectos verò, & ad phtisim dispositos prætercà necessè erat cum *mannâ in decocto pectorali dissolutâ* leniter expurgare, expectorationemq; eis procurare externè *Emplastro Fil. Zachar.* in pectoris tam posteriore, quàm anteriore regione gestato, internè autem hæc tragæâ pectorali :

℞. *spec. diair. simpl. unc. ℥*

*diapenid. unc. 1.*

*diatrag. frig. ʒiʒ*

*flor. sulph. ʒij*

*benzoi gr. vi.*

*sperm. cet. rec. ʒiʒ*

*facula aron. scrup. ij*

*ocul. 69 ʒj*

*succin. alb. præp. scrup. j*

*antimon. diaphor. scrup. iʒ*

*sacch. cand. alb. ad pondus*

*reliquorum M. f. pulu.*

*detur ad scbatulam.*

Sig. Brust-Zucker / sovil man mit 4 vorderen Fingern fassen kan Diorgens und Abents zu nehmen.

Vitatâ intereâ aurâ frigidâ humidâq; , vino, & cunctis crudis, acidisq;. Ex materia valdè acri tussientibus tubinde ante somnum etiam tales pillulæ porrigebantur :

℞. *pil. de Cynoglos. ʒj*

*extr. liquir. frup. j*

( in materia tenace etiam )

*theriac.*



*theriac. scrup. ꝑ M. cum Syr.  
de farfar. F. pil. instar  
pisi & dentur pulveri  
liquiri. involuta.*

**Sig. Fluß : Pillen / deren 5 vor dem Schlass  
zu nehmen.**

§. LI. Pleuriticum hæc vice nullum sub meam curam venire contigit : anginolos econtra plures ; quales , si modò quid deglutire poterant , communiter mox cum *manna in decocto pectorali dissoluta expurgabam* : aut saltem clystere talem qualem revulsionem tentabam. Deinde eis languinem manuum , pedumve , prout consultius videbatur , venarum incisione minuebam. Postea per syringam , siphonemve ipsis discutientia cum leniter astringentibus , deinde verò quandoq; maturantia , abstergentia &c. in fauces injeci curabam , externè simul applicatis discutientibus , anodynis , & pro circumstantiarum exigentia maturantibus.

§. LII. Sic venerabilis virgo Dorothea Monialis Minkendorfsensis nata comitissa de Gallenberg defluxionibus ad fauces , & inde natis tonsillarum inflammationibus aliàs sæpiùs obnoxia , nunc verò ex materia profundius , nempe in laryngis musculis stagnante planè anginosa omnium primò admisit clysterem domesticum. Secundò mox desuper ex taphena pedis ad unc. vi. sanguinis emisit , eò , quòd mentes , qui mox cum malo fluere inceperant , priusquam sufficienter fluxissent , malumve sublevassent , fluere desierint. Tertiò gargarizando usurpabat , & per siphonem sibi in fauces injeci frequenter curabat tale gargarisma :

*℞. decoct. hord. cum*

rad. torment.

bistort. aa ʒij

herb. prunel.

salvia. aa mß

flor. balauft.

acatie aapj. facti lib. ij

Rob. diamorrh. unc. iß

mel. ros. col. unc. ß

lap. prunel. ʒj M. f. gargarisma.

Sig. Surgel, und Einspriz, Wasser.

Quartò lambebat frequenter de Rob diamor. syr. granat. acid. & de ros. sic. additis aliquot gr. nitri depurati. Quintò externè gestabat cataplasma ex nido hirundinum & farinâ sem. lin. in lacte decoctis. Sextò postridie primæ venæ sectionis, cum malum nondum remitteret, ipsi ex venis sublingualibus emittebantur unc iij sanguinis. Septimò brachia & scapulae pannis asperis succino albo perfumigatis calidè fricabantur. Et sublevatam se inde tenuit intra triduum eatenus, ut non solum liquida deglutire utcunq; potuerit, verum & talem pulvisculum pro ulteriori in laryngis musculis stagnantis materiæ discussione ex aqua card. ben. assumere:

℞. CC. phlicè pp.

antim. diaphor.

ocul. 69 aa scrup. ß

succin alb. pp. gr. iij

sacch. perl. gr. v M. f. pulu.

Sig. Schwaiz, Pulver Auff 1 mahl.

Ultimò tandem expurgata fuit tali potione:

℞. aq. laxat. Monaget. unc. V.

jalap. pulu. scrup. ß

Spir.

*Spir. mac. gt. j. M. f. potio.*

**Sig. Wienerisch Laxir : Wasser auff 1 mahl.**  
Et convaluit feliciter.

§. LIII. Planè similibus remedijs fuit percuratus etiam pictor Franciscus Ziegler catenùs anginosus, ut per triduum omninò nihil deglutierit, eis, quæ deglutire vi adnitebatur, per nares ei resilientibus. Linguam etiam frequentissimè canis ad instar exerebat, quasi omni momento suffocandus: solo eo excepto, quòd sanguis ipsi non ex pedum, sed brachiorum venis bis fuerit in larga quantitate emissus.

§. LIV. Laurentius N. Sutor econtrà vir & ætate & viribus robustissimus, atq; per me primò ante biennium ab angina feliciter liberatus, nunc lævissimã illã anginæ specie cynanche dicta, in qua laryngis musculi ita inflammantur, ut nec extrà, nec intùs ullus tumor conspiciatur, dolore intereà & respiratione tamen existentè difficillimis, deglutiendi possibilitate verò planè nullã &c. affectus, à chyrurgo sibi nullis alijs, excepto, nescio quo, gargarismate, & exterius applicato emplastro de meliloto, adhibitis, intra octodecim horarum spatium suffocatus sine lux sine crux, sicut dicitur, interiit, cæterùm, uti dixi, sanissimus, & si facienda facta fuissent, facillimè curabilis. Ast sic fit, ubi cuilibet ignoranti, quemadmodum apud nos, Medicum agere impunè licet.

§. LV. Qui simplici tonsillarum inflammatione laborabant, uvulæq; prolongatione, eis lenis expurgatio cum *manna*, gargarismata §. LI. & LII. memorata, fumigationes ex *succino albo* ore, naribusq; exceptæ, frictions scapularum, & externè applicatum *empl. de melil. ol. amygd. dulc.* perunctum communiter sufficiebant. G 3 §. LVI.

§. LVI. Zonariò tamen è regione Collegij Soc. JESU habitanti, aliàs asthmatico, quòd istis optimò ordine administratis tamen malum indies in deterius ruisset, tonsillæq; eatenus intumuisent, ut ipse vix anhelitum trahere, taceo deglutire quicquam posset, præterea venam in brachio, postea & sub lingua incidere erat necessè: ultimatim & ad gargarismata maturantia devenire.

℞. decoct. hord. cum  
rad. alb. unc. ℥  
berb. malu. ℥℥  
caric. par. ij  
& sem. lin. unc. ℥ fact. lib. i  
adde.  
mel. ros. col. unc. j M.

Sig. Erwaichundes Einspritz-Wasser.

Unde tumor ille ruptus, & lambendo usurpato melle ros. col. cum syr. de ros. sic. absterlus & consolidatus optatè fuit, ægro taliter intra octiduum pristinam suam valetudinem recipiente.

§. LVII. Eos, qui Hemieranias cum dolore aurium, dentiumve patiebantur, communiter purgabam talibus pilulis:

℞. masse pil. de succin. Crat.  
extr. cephal.  
pil. f. quibus  
Resin. jalap. pin. sub. aa scrup. ℥ M.  
cum aq. beton. F. pil.

Sig. Haupt-Pillen auff 1 mahl.

Postea eis sanguinem ex cephalica, vel etiam dorso median-  
tibus cucurbitulis scarificatis, imò subinde & post aures median-  
tibus sanguisugis proportionatè ad vires educebam. Tandem

dem ad materiæ peccantis majorem discussionem etiam sudores movebam ope *antim. diaphor. CC. pblicè pp. succini. alb. pp. & ocul. 69* in aqua verbenæ, vel decocto Thèè cum sol. verbenæ factò propinatorum.

§. LVIII. Certo Pellioni tamen, qui simul apostema auris dextræ patiebatur cum molestissimo sibilo, prætercà etiam *cataplasma ex emollientibus, anodynis, & discutientibus* factum erat calidè applicare necessè, ab eòq; vaporem in aurem admittere, imò & auri ipsi tepidè imponere *ol. amygd. dulc. cum tantillo ol. amygdalar. amararum* pro majore discussionè, & tenacioris lymphæ incisione. Unde rupto apostemate & materiâ ichorosâ per aliquot septimanas profluente æger citra aliorum usum sensim convaluit. Quamvis communiter pluribus sit opus.

§. LIX. Ophthalmijs leviùs laborantibus sæpe solum *unguentum Nibili ad oculos* satisfecit ante somnum polpebrarum commissuris inunctum. Sæpe etiam, quemadmodum Baroni Hollerio tale Collyrium:

℞. aq. plantag.

Euphras.

fœnic. aa. unc. ß

sief alb. s. opio ʒß

tutie. pp.

jacch. saturn. aa. gr. v

vitriol. alb. gr. ij

camphor. gr. iij M. f. collyrium.

Sig. Augen-Wasser.

Est aliàs certa Matrona, ad quam homines vulgares, ut ad Hygieam ipsam pro *aqua fontana solo vitriolo albo* ad oculorum tolerantiam saturata, tanquam pro remedio in oculorum

rum indispositionibus probatissimo in copia confluunt ; & ea revera facit effectus optatissimos. Gravius affectos verò Oculistis committebam.

§. LX. Illi quibus vagi artuum dolores ab hinc & ibi extravasata plùs minùs tenui acido-aut salso-acre , adeòq; partes sensibiliores suã acrimoniã rodente lymphã erant molesti , feliciter restituebantur corpore omnium primò à crassioribus humoribus *electuarij Corycost. unc. ß ad ʒv. expurgato*. Secundò memoratã illã lymphã quã acre correctã , dulcificatã , quã copiã , & loco peccante per diaphoretica , diureticaue eductã. Et quidem in lymphã illã crassiore existente , malòq; febre experte per volatiliora , aromaticaq; , qualia fũere *decocta lignorum* cum additis in fine decoctionis specificis antiarthriticis. Item *Sal CC. volat. mixtura simpl. spir. CC. volat. spir. sal. armon. volat. lumbric. ter. &c.* In lymphã illã verò existente tenuiore , malòq; febrim sibi coniunctam habente per minùs volatilia , & ossia illa , quale est *CC. phil. pp. ossa microcosmi izidem phil. pp. antimon. diaphor. ocul. 69 , arcan. dupl. Myns. spec. cephal. Michaël. cinnabar. nat. pp &c.* imò in malo graviore , & vigilijs perpetuis etiam *laudan. op.* In suppetias vocatis communiter etiam externis , puta *suffumigijs ex olibano , mastiche , succino albo , assa fet. castor. camphor. iua arth. vel etiam fomentis ex hermodact. alb. tolo* , vel cum alijs nervinis & anodynis in lacte decocto. Imò subinde & inunctionibus ex *ungu. nervin. aut paralyt Myns.* addito in maxima necessitate etiam *laudan. opiat.* Ast attendendum in istorum , sicut , & in internorum usu ad conferentiam : num nimirum volatilia , aromaticave magis dolores leniant , num potiùs temperata , quale est *ungu. popul. ol. lumbr. ter. chamomil. &c.*

§. LXI. Coquo Seminarij Labacensis similes dolores enormiter patienti sola expurgatio cum *elect. Caryocost.* 3v. & sudoris procuratio cum talibus pulvisculis :

℞ *specif. cephal. Michaël.* gr. vi  
*off. micrac. phil.* pp.  
*antimon. diaphor. aa* scrup. j  
*lumbr. ter. pp.* scrup. ʒ  
*laud. op. gr.* ij M f. pulv.  
 dividatur in tres part. equal.  
 tribus vesp̄is ante somnum  
 ex aqua cerasor. nigr. sumendas.

Sig. *Sonderliche Vergicht = Pulverlein.*

Et fumigatio artuum suffitu rectè priùs memorato satisfacere.

§. LXII. Joan. Bapt. Stros Provinciæ Solicitator e-contra similiter, sed cum magna articulorum & intumescencia, & rubedine affectus prætereà ex potu *decocti lignorum cum herba paralyf. & jua arthet. facti sudare debuit, artusq; cum decocto bermoadt. alb. jua arthet. & herbe paralyf. in lacte facto fovere, prætereàq; ab acidis & vino abstinere. Quantum enim vinum in hoc malo noceat, expertus est idem ipse bis ex ejus potu factus in idem malum recidivus.*

§. LXIII. Ex eīs tandem, qui hoc ipso mente febribus acutis detinebantur, præ reliquis periculosè decumberat certus Faber Ferrarius Villacensis, annorum 25, temperamenti sanguinei, & laudabilissimi aliàs corporis habitus. Hic peracto in summo frigore ex Carinthia in Carnioliam itinere ut primùm Labacum appulit, se farcimimbus, & dulcibus turbidisq; quoad gustum quidem lapidissimis, ob in se contentas plurimas tartareas, & maximè fermentilci-

biles particulas verò tamē minimè salubribus viuis abundantius replevit, indèq; adhuc eo vespere toto corpore rigere, mox verò & febriliter æstuarè capit cum intolerabili capitis dolore, vigilijs continuis, siti immensâ, delirio & furore tanto, ut circumstantes unguibus impetierit, neq; lecto, nisi manibus pedibusq; spondæ adligatus, contineri potuerit. Verbo, factus fuit phreniticus. In subsidium advocatus Ego suaseram, ut sine mora ipsi de brachij dextri basilica uncia ix sanguinis extraherentur. Secundò ut semper mane ipsi ad intrò propinaretur ex aqua boragin. & flor. nymph. talis pulvisculus præcipitans :

℞. antimon. diaphor.  
 arcan. dupl.  
 ocul. 69 pp. aa scrup. β. M. F. pulu.

Sig. Hijs = Pulver.

Vespere verò ante somnum talis emulsio :

℞. sem. melon.  
 lactuc.  
 papau. alb. aa ʒij  
 amygd. dulc. par. ij  
 Contusis in mortario marmoreo  
 affunde  
 Aq. flor. nymphæ.  
 borag. aa. q. s. & f. emulsio,  
 Cui adde  
 Confection. man. Christ. perl. ʒj  
 ocul. 69 pp. ʒβ  
 spec. de gem. frig. scrup. β.  
 M. f. potio.

Sig. Bluser = Milich.



Externè etiam fronti admoveretur *fotus* ex emulsione *sem. melon. lactuc. papau. alb. nucl. persic. & flor. sambuc. cum aqua rosar. florum nymph. & tantillo aq. verben. extracta addito modico aceto rosar. camphor. & crac.* Postridie iteraveramus venæ sectionem etiam in altero brachio ; quòdque malum non remitteret, ad vesperum præterea manuum carpi, & fæmoribus *vesicatoria* admoveramus, exhibitis ad intrâ & extrâ eis ipsis, quibus heri. Tertio mane libenter quidem pro majori derivatione etiam sublinguales incidi curâssem ; ast obstabat delirium : propterea utrinque post aures binæ sanguifugæ fuere admotæ : capiti ralo etiam *pulli, pipionesque per medium fissi & à mactatione adhuc calentes.* Et testor ipsam Veritatem, agrum inde adeò fuisse alleviatum, ut feбри longè remissione factâ ille mox indormierit, expergefactus etiam sanius loqui inceperit, eis sapius iteratis verò planè convaluerit.

§. LXIV. Rubidæ Cerarij filia verò, Cholericæ, & propterea siccioris corporis habitûs, octodecim annorum tertianâ duplici continuâ cum lumbricorum per superna & inferna rejectione pariter periculosè detenta mox alterâ à morbi invasione die fuit à me hâc potione in lumbricis specifica expurgata :

*R. aq. gramin.*

*portulac. aa ʒvi.*

*Syr. de cichor. cum. rhab. unc. ij.*

*Spec. diaturb. c. rhab. scrup. ij M. F. pot.*

Sig. Purgierendes Wurm-Tränckel auff 1 mahl. Postridie ex dextri pedis saphena ob proximè, quantum dicebat ægra, instantes mentes fuere ei uncix circiter vi. sanguinis emissæ, & tum pro fermento febrili subigendo, cum

pro vermibus necandis bis de die porrectus talis pulvitculus:

℞. CC. phil. pp.

arcan. dupl. aa frup. ℞

anim. diaphor. gr. v.

flor. sulph.

myrrb. rub. aa gr. ij.

facch. perl. gr. v. M. f. pulu.

Sig. *Hitz* : und *Wurm* : Pulver.

Externè etiam umbilici regioni admotus succus ex pomò aurantio cum theriaca, aloë, & felle bovino in cineribus priùs decocto expressus lino complicato exceptus. Pro siti bibebat nunc aquam decoctionis rad. gramin. CC. usti, & sem. coriandr. nunc julapium ex aqua gramin. portulac. totius citri & syr. de suc. limon. factum, pro gratia cum spirit. sulphur. acidulatum. Quibus per aliquot dies continuatis supervenierant menstrua; ast in tam parva quantitate, ut malum nil sublevârint; pro quorum propterea supplemento rursus alterius pedis saphenæ incisionem iterare jam statueram; sed ecce ex imperato (nonâ autem morbi dies erat) supervenit ad eò larga narium hæmorrhagia, quæ febrim & reliqua lymphomata eatenùs mitigaverat, ut ulterioribus non fuerit visum opus. Atq; isti in Januario.

§. LXV. In Febuario verò, Martio, & Aprili, quamvis pariter non defuerint adnotandæ quamplurimæ raræ curationes, quòd eæ tamen fuerint eis, quas elapso mense descripsimus, ut plurimum similes, ne eadem crambe sæpiùs recoqueretur, maluimus eas sicco, uti dicitur, pede hîc præterire, exceptis perpaucis quibusdam, quas sic habe: Eximius ex Tauffreriana familia L. B. Patronus meus gratiosissimus usq; ad ultimam lunæ Martij quadram seu Æquinocti-

um vernum, quo tempore primâ vice intolerabilis ille hyemis rigor seriò remittere, septentrionalésq; venti, hætenus aliàs ut plurimum dominantes australibus locum cedere inceperant, quàm sanissimus degerat; ut primum verò repentinam istam aëris mutationem corpore excepisset, prævio diuturno horrore tantâ totius corporis incalescentiâ cum dolore capitis gravativo, tonsillarum inflammatione, & uvulæ, aliàs columella, & gurgulio, nec non gargareon dictæ prolongatione, adeòq; deglutiendi difficultate &c. fuit prehensus, ut, nisi tempestivè ei fuisset succursum, de evasione dubitari potuisset. Procul dubio ob lympham glandularem propter constrictos ab antegresso frigore cutis poros indeq; impeditam insensibilem transpirationem copiosius in glandulis accumulata, tunc à repentiè superveniente illâ austrinâ aurâ intempestiviùs solutam? Hæc enim priùs stagnatione acrior facta, quatenùs ad sanguineam massam regurgitabat, quid aliud in ea excitare poterat, quàm insolitam perturbationem, & febrilem, à qua illa totius corporis incalescentia, efferuescentiam? Quatenùs simul capitis meatus nimis replebat, distendebátq;, dolores illos capitis tensivos; Quatenus tandem ad tonsillas, uvulamq; copiosius præcipitabatur, eorundem intumescenciam, dolorem, inflammationem, & deglutiendi difficultatem. Vnde propterea in curatione lympa illa, quatenùs copiâ peccabat, erat minoranda, quatenùs qualitate acido acri, per edulcorantia corrigenda, quatenùs viscida incidenda, quatenùs ad interiora regurgitans, ad extrâ propulsanda, & tandem febris illa inde concitata extinguenta, non neglectis eam comitantibus symptomatis, precipuè deglutiendi difficultate. Remedia verò, quibus hincè scopis fuit feliciter satisfactum, fuere primò talis potio purgans: H 3

℞. decoct. pector. cum  
 fol. sen. s. st. ʒiij  
 mechoac. alb.  
 turbit. aa ʒij  
 crem. tart. ʒiʒ fact. unc. iiij  
 in quibus dissolue  
 mann. granat. ʒxxiij  
 Cola & adde  
 lalap. ptilu. gr. xij  
 spir. mac. gt. j. M. f. potio.

**Sig. Purgier-Tränckel auff 1 mahl.**

Secundò venæ medianæ in dextro brachio incisio, quæ post  
 stridie purgationis cum emissionem unciarum vj sanguinis ce-  
 lebrabatur. Tertio assumptio bis de die talium puluisculorum.

℞. CC. phil. pp.  
 ocul. 69. pp.  
 antimom. diaphor. aa scrup. ʒ  
 succin. alb. pp. gr. ij  
 saccb. perl. gr. V. M. f. pulu.  
 detur. in quadruplo

**Sig. Herz-fühlende Schweiß-Pulverlein.**

Quartò gargarismatis s. LII. in curatione Monialis Dorotheæ  
 delcripti in fauces per siphonem injectio, lambitióq; frequens  
 Rob diamorb. syr. granat. acidor. & tantilli lap. prudel. Et  
 tandem gestatio cataplasmatis ex nido hirundinum pariter  
 ibidem memorati. Per quæ postquàm intra quadriduū om-  
 nia fuissent in utcunq; tolerabilem statum reducta, potio pur-  
 gans præfata adhuc semel iterabatur, & convaluit Illustrissi-  
 mus æger quàm felicissimè.

§. LXVI. Nondum in integrum sese recollegerat nunc memoratus Illustrissimus L. B. & jam de eisdem accidentibus conqueri cæperat sua Illustrissima Domina Conjux : quòd verò tamen de singulis mitioribus ; exceptâ corporis expurgatione nulla alia remedia adhibere voluit ; quin imò contra omnem medicam regulam tempestate existente nivolo-pluviosa fluxionum quàm feracissima se itineri comisit : unde tonsillas saltem , uvulâmq; hæctenus molestè afficiens lymphæ istas partes quidem affligere desierat , econtrâ in reliquum corpus exundans rheumatismum universalem in summam ætatem postea protractum induxerat : procul dubio, si necessaria in principio fuissent legitimè adhibita, nunquam eò deventurum.

§. LXVII. Aurigæ sub Arce propè hospitium , cui Aureus Bos insigne est , habitantis uxor prægnans graviditatem quidem usq; ad debitum tempus perduxerat, sed cum ea infelicitate , quòd non solum sætum post trium dierum gravissimos partûs labores pepererit mortuum , & semicorruptum , verùm etiam quòd à partu urinam nullatenus retinere potuerit ; imò in ejusdem continua distillatione continuos , & eos intolerabiles senserit dolores. Quòd partim verò se malum manifestare puderet , partim verò ad curam subeundam necessarijs remedijs caruerit , tulit illud , quoad potuit , domesticis quibusdam remedijs , sed sine desiderato effectu , tractata. Ultimam tandem tamen me advocaverat : qui re per matricis speculum examinatâ , vidi totam uteri vaginam exterius tumidam , interius erosam , immisso tamen in vesicam , uterumq; catatere intus planè indolentem ; unde quidem manifestè conijcere potui , malum se ulterius non extendere , quàm usq; ad orificium

um vesicæ urinariæ, & uteri. Præmissis proinde universa-  
libus purgatione (scilicet, sanguinis missione, & humorum,  
præcipuè seri urinarij acrimoniam attemperantibus reme-  
diis, affectæ parti exterius discutientia fomenta medianti-  
bus spongijs in eis intinctis admoveri per Chirurgum cura-  
vi, intrò verò per siphonem injeci anodyna & abstergentia  
ex decocto hordei, mucilag. sem. cydon. & mel. ros. col. confecta.  
Posteà verò & consolidantia ex eodem decocto hordei cum rad.  
consol. maj. & ros. rub. factò additis in colat. succo plantag. bol.  
armen. & syr. de ros. siccis. Et ecce fortuitò per pudendum  
prodire visa sunt membranacea quædam frusta duobus læ-  
pe digitis, quandoq; verò & latiora, undiq; argillaceâ quâ-  
piam materiâ, imò & crassiore, durâq; arenâ (quod ad-  
miratione dignum) obvoluta. Dum de secundinis inda-  
garem, dixit se easdem mox post partum ritè excrevisse :  
dum undenam membranas istas prodire existimaret ? ex  
utero, reposuit. Quoniam verò uterus, ut priùs innui,  
immisso catatere nil molesti perceperit, vagina ejus etiam  
adeò exulcerata non appareret, à qua tam crassæ membra-  
næ abscedere potuissent, Ego potiùs & unâ mecum Exc.  
D. D. Vidmayerus Collega meus honorandus, quem curio-  
sitàtis causâ tunc mecum adduxeram, mihi persuaseram  
membranas illas secundinæ in utero relictæ portiones potiùs  
fuisse, quàm quid aliud ; quòd eæ verò fuerint argillaceâ illâ  
& arenosâ materiâ obductæ, per accidens fuisse factum. No-  
tum siquidem jam pridem Anatomia nobis fecit, nullam in  
nostro corpore esse partem tam nobilem, in qua aliquando  
calculi non fuissent deprehensi. Imo apud Sennertum lib. 4.  
Præc. part. 2. sect. 4. cap. 8. legitur planè integrum factum fuisse  
aliquando in utero petrefactum, & per 28 annos ibidem ge-  
sta-

statum. Post excretas plures tales membranas, successivè tandem consolidata erat excoriatio illa vaginæ uteri, & per consequens misera ægra ab intolerabilibus illis tormentis ab urina in transitu caustatis liberata: à jugi illo urinæ profluxu tamen nullo modo. Parabam proptereà ipsam & ab ista incommoditate liberare; quòd verò necessarijs ad id exsequendum medijs caruerit, coacta fuit se DEi providentiæ committere, intereà temporis jam quidem alterius prolis mater effecta, sed pariter mortuæ natæ; malo autem etiamnum in eodem statu persistente.

§. LXVIII. Paulò pòst, Martio mense jam ad exitum properante, in extremæ Rosæ plateæ domûs transitu vocatus eram ad stabularij cujusciam uxorem pariter jam prope partum gravidam de pudendorum tumore, & insigni ardore lamentantem, partem affectam tamen denudare omnino recusantem. Postquàm percepisset autem, me aliàs ad rem invisam nullum consilium sibi impertiri posse, se tandem tamen denudaverat. Et vidi cum admiratione pudendi labia adeò fuisse tumefacta, ut usq; ad medietatem fæmorum pertigerint, internè, (si divaricabantur) hinc & inde pustulis magnis & atris lympham tenuem continentibus perlperla, quibusdam jam perruptis, & proptereà in emissione urinæ tantò ferociùs urentibus, quibusdam verò adhuc integris. Inde prædicto mali obactualem & labiorum uteri hydropem, & gongrænam periculo Chirurgum sine mora accersiri curaveram, qui idonea, & à gangræna præservantia Epithemata admoveret: verùm adhuc eâ nocte peperit misera ægra fætum quidem vivum, sed qui post biduum obiit, matre postridie quoq; huic mundo valedicente; proculdubio malignitate

illâ interioribus uteri, & consequenter reliquis partibus, prius, quàm cum ordinatis remedijs abigi poterat, communicatâ. Hoc parit sæpe nimis detestanda illa taminei textus, in alijs casibus aliàs laudabilissima, verecundia !

S. LXIX. Optimæ & vitæ & temperamenti S. J. Sacerdos antehac Castrensis Prædicator, annorum 60, à pluribus annis stranguriæ obnoxius, cæterùm verò bene valens, jam pridem quidem inſuetam urinæ renitentiam percipiebat, quòd ea tamen tanta non fuerit, ipsam tolerabat, neq; cum alijs, quàm subinde cum assumptione balsami sulphuris demulcebat : ultimatim verò malum eo usq; devenit, ut ad emissionem urinæ quidem jugiter impelleretur, nunquam tamen ejus ultra unam alteramve guttam excernere, & istud cum maximo ardore, potuerit. Hinc in mea peregrè evocati absentia in subsidium Excel. D. D. Casparum Corusium Collegam & Amicum meum honorandum advocaverat, qui quidem etiam sua laudabiliter more suo faciebat, quòd malum tamen mox ad votum non mitesceret, in reditu meo accersiverat & me : qui re per circumstantias, uti oportet, examinatâ, vidi urinam, quæ emittebatur, mox ab excretionem semper solitam fuisse albam, crudam, & turbidam, postquàm verò aliquamdiu stetisset, & refrigerata esset, dimidiâ ad minimum sui parte in tenacissimam gelatinam concretam, adeò ( quod fortè facillè non observatum ) ut absq; eo, quòd à matula abscederet, ab ea inverlà & fortiter agitâtâ duarum sæpe ulnarum longitudine instar stiris glacialis hyemali tempore subinde de testo dependentis ( als wie ein Eißzapfen ) dependerit. Unde quidem facillè conijcere poteram urinarium serum sale quodam acido coagulativo summo opere debere esse refertum : tale autem primitus evasisse



& indies evadere potissimum in ventriculo, & intestino duodeno à fermento ventriculi depravato, & succo pancreatico in nimiam aciditatem everso: & propterea in curatione omnem operam eò fore dirigendam, quò dictum acidum corrigeretur, & ventriculi fermentum pariter nimiam aciditatem (quemadmodum id etiam valde intentus venerabilis viri appetitus arguebat) peccans in mitiorem naturam reduceretur. Istitis factis successivè jam fore, ut urina & tenuior, & clarior, & dulcior evaderet; consequenter deposita ab acido illo dependente excessivam acrimoniam citra tantam boni Patris passionem deponeretur. Eum in finem præmissis vesperi clystere emolliente & carminativo mane cum tali bolo appropriato expurgabam.

*R. elect. lenit. ʒiij*

*Spec. diatereb. Myns. ʒj*

*ol. fenic. stil. ʒij M. cum*

*sacch. f. bolus.*

**Sig. Purgirende Griesß-Lathwergen auff 1 mahl.**

Desuper dulcificabam, incidendam, & attenuabam serum illud adeò acidum, viscidum & crassum, abstergebamq; ductus urinarios tali iulapio:

*R. aq. beton.*

*malu.*

*petroselin.*

*fenic. aa unc. j*

*ʒyr. de ʒ rad. unc. j*

*de albæ fern.*

*oxy mel. simpl. aa unc. ʒ M.*

*detur quotidie mane per 5 dies*

**Sig. Absüssende Griesß-Mixtur auff 1 mahl.**

Horâ quartâ pomeridianâ verò subinde in eundem finem bibebatur haustus decocti *Theè* cum additione sem. fœniculi facti. Desuper verò rursus iterabatur memoratus bolus purgans. Et sic consequenter singulis 5 diebus, subinde quòque pro rei exigentia interjectis clysteribus cum additione terebinthinæ paratis. Item ventriculum corroborantibus, acidumq; ejus excessivum, uti & succi pancreatici reprimentibus aromaticis utpote sale volatili alkalico multo polentibus tum internis, tum externis :

℞. *conseru. menth.*

*flor. beton.*

*cort. citr. condit.*

*aurant. condit. aa unc. ʒ*

*rad. acori condit. ʒij*

*putu. stomach. Wirchm. ʒiʒ*

*ocul. 69 pp. ʒj.*

*sal. absynth scrup. ʒ M. cum*

*styr. menthæ f. elect.*

*detur semper unâ horâ ante pastum*

*atq; castanea magnitudinem.*

Sig. Magen = stärkende Lathwergen Resten,  
groß zu nehmen.

℞. *ol. stomach. Crat. ʒij*

*nucist. expressi ʒʒ*

*balsam. indic. ʒʒ M.*

Sig. Eusserliches Magen = Sälbel.

Quòd vesica etiam doleret, ejus regio decocto herbarum *maluæ, pariet. chalamint. origan. & summit. chamomil.* fovebatur, desuperq; perungebatur ungu. de *albt. ol. scorpiom. chamam. anetbin. & nardin.* Dexter testiculus etiam

tiam tumebat, dolebatq; , quantum rebar, per consensum vesicæ: cui propterea cum utilitate admovebatur cataplasma tale:

*R. herb. albæ.*

*pariet. aa mß*

*flor. sambucci*

*chamom. aa mß*

*farin. fabar. unc. j*

*sem. cymin. ʒvi*

*M. concisa grosso modo decoquantur*

*in lacte & F. cataplasma.*

**Sig. Zertheilendes Umbschlag: Pflaster.**

Quibusidoneæ diætæ conjunctis bonus Vir quidem eò perductus fuit, ut in emittenda urina nullum amplius dolorem, nullamq; renitentiam perciperet, neq; utinam excerneret adeò gelatinosam: econtrà in eam vesicæ sphincteris resolutionem inciderat, ut urinam ferè nec momento retinere posset, siq; ab ejus incessanter saltem guttatim profluentis madore liber esse voluit, necessè habuit vasculum studio ad id accommodatum jugiter peni adligatum gestare. Frustrà ad emendandum tale vitium usurpatis inter multa alia etiam thermis naturalibus. Cæterùm verò sanus vixit usq; in Februarium Anni 1698; tunc verò obiit sub alterius Medici, nescio quo ex affectu, cura. *Senibus spirandi difficultates, destillationes cum tussi, stranguriæ &c. Hip. 3. aph. 31.*

5. LXX. Sutorissa Janzin à multis annis in sterili matrimonio vivens, & jam à plurimo tempore quidem menstruo fluxu carens optimo (quod rarum) tamen corporis habitu prædita, dum ipsâ Paschatis Dominicâ cum ei dici annuò consueta processione ad S. Petrum extra urbem sanissi-

ma perrexiſſet, ex vento boreali eâ die potenter flante perfrigerata in eam faucium conſtrictionem, & dolorem cum febre continuâ ſub reditu inciderat, ut domum pertingens deglutire nil proſus potuerit. Unde in ſubſidium vocatus. Ego mox ex dextri brachij mediana ipſi ad uncias viij ſanguinis valde phlegmatici educi curaveram, per ſiphonem verò in fauces frequenter injeci gargarisma §. LII. deſcriptum, externè collo admotò cataplaſmate eo ipſo in loco memorato. Poſtridiè redux, quòd malum nondum ſatis remiſſiſſet, iterari curaveram ſanguinis emiſſionem, ſed in pede ob menſtrua retenta, continuatâ, uti heri, gargarismatis injectione, nec non cataplaſmate. Et adhuc eâ die eatenùs meliorata fuit, ut poſtero mane potionem laxativam in rectè antea memorato §. LII. notatam deglutire potuerit, quâ etiam ſufficienter expurgata, convaluit eatenùs, ut ulterioribus remedijs non indiguerit. Hoc verò erat in iſta curatione notabile, quòd phlebotomica tabula à ſimili gente aliàs maximi æſtimata illam iſpam diem, quâ primam venæſectionem celebraveramus, pro peſſima poſuerit, & tamen facta venæſectio nil ei obſtiterit; unde quidem veritas eorum, quæ §. XXIV. hæc de re protulimus, plùs quàm manifeſtè comprobata fuit.

§. LXXI. Ex eâdem cauſâ, aurâ videlicet boreali, eâdem die, ſub eâdem proceſſione pleuritidem contraxerat Pihleri germanicarum litterarum Magiſtri filius, qui verò tamen ad binas ſanguinis emiſſiones, ad aliquoties acceptum talem pulviſculum appropriatum:

℞. pulv. pleurit. Myrs. ſcrup. j

antimon. diaphor.

ſcul. cancr. pp. aa gr. v M. ſ. pulv.

detur

detur in quadruplo.

**Sig. Besondere Brust-Pulverlein an Cardobene-**  
*dict - Wasser einzugeben.*

Et ad externè admotum ( præmissâ dolentis lateris perun-  
 ctione cum ungu. de alba. ol. amygd. dulc. & tantillo sem. cy-  
 min. subinè pulverisati ) singularis efficacia cataplasma  
 R. farin. sem. lin. lib. ß  
 sapon. com. unc. i.  
 capar. sub cinerib. assar. mun. ij  
 sem. cym. pulu. parum ;  
 Conquassentur invicem in mortario, & bino  
 ponantur in sartagine ad ignem, & ad-  
 ditâ mellis s. q. f. l. a. cataplasma lino carpto  
 exceptum, calidè loco affecto applicandum.

**Sig. Zertheillendes Pflaster.**

Quoq; breviter convahit.

§. LXXII. Jacobustandem Ubez Chirurgus Labacen-  
 sis eâdem adhuc perdurante aurâ boreali ex Igg aquâ Laba-  
 cum tendens in eam ad pectus & fauces cum acutissima fe-  
 bre defluxionem inciderat, ut ob continuam faucium ad tuf-  
 siendum irritationem, & lymphæ tenuissimæ, sed acerrimæ  
 reiectionem vix non intra noctem suffocatus fuerit. Cura-  
 tus tamen pariter brevissimè fuit his solis remedijs : primò  
 ipsi mox clyster acrior ad talem qualem defluxionis revulsio-  
 nem injiciebatur. Secundò ad intrò propinabatur tale lu-  
 doriferum.

R. elect. diascord. Frac. ʒij  
 antimon. diaphor. gr. xv.  
 ocul. 69 pp. ʒß  
 succin. alb. pp. gr. iv.

*fyr. papau. er. ʒij*

*aq. scabios. unc. ij M. f. potio.*

**Sig. Schwaiß = Mixtur auff 1 mahl.**

Tertiò ex mediana brachij sinistri ipsi ad refringendam febrim uncia vj sanguinis educebantur. Et tandem expurgabatur corpus *Mannæ el. in s. q. decoct. pector. dissolutæ unc. iiss.*

§. LXXIII. Non deerant quidem, qui quoq; curati gestiebant, scabiosi, quorum curam verò hoc tempore propterea non assumebam, quòd experienciâ multâ didicerim scabiei curationes, præcipuè si ea critica sit, & alios morbos consequatur, hoc & alijs extra æstatem, aère ipso tunc remedia in sanguine à salugine depurando secundante, temporibus pertæpe infelicissimè cedere solere. Prouti ea de re Ego pluribus in *Ephem. Nat. Cur. Dec. 3. an. 2. obs. CLXVII. differui.*

§. LXXIV. Phtisicos quidem etiam potissimum cum majali aura & tunc prodituris recentibus herbis, lacteq; asinino, caprinove lactabam, ne interea tamen omnino neglecti manerent, eorum quibusdam *pulverem Haly* contra phtisim: alijs *trageam nostram pectoralem s. L.* descripsitam mane & serò, imò & interdum usurpandam cum idonea diæta ordinabam; alijs tales species in jure decoquendas:

*R. rad. ireos flor.*

*liquirit.*

*polypod. querc.*

*symphit. maj. aa ʒij*

*sarsapar. unc. ʒ*

*china ʒvj*

*herb. veron.*

*beton.*

tussilag.

scabios.

hepat. nobil.

pilosel.

belid. min.

beder. ter.

flor. 4 cord.

farsar. aa pij

mechoac. alb. unc. j

bord. mund. M $\beta$ passul. min. mund. unc. i $\beta$ 

caricar. pingu. num. iv

siliquar. unc. j

sem. anis.

fenic. aa 3ij

croc. scrup. j M. concisa dentur.

Sig. Brust, Species auff vill mahlen.

Alijs famotum illud Wincleri electuarium antiphtisicum:

℞. rad. symphit. maj.

tussilag.

enul. rec. aa unc. iv

coque in s. q. aq. font. ad mollitiem, con-  
tunde & traijce per setaceum, & pulpam  
seorsim serua. Deinde

℞. passul. major.

min. aa lib.  $\beta$ coque in brodio à radicibus relicto, & rur-  
sus extrabatur pulpa eodem, quo ex ra-  
dicibus, modo. Hinc

℞. *salvia acut.*

*beton.*

*lyssop.*

*veron.*

*heder. ter.*

*pulmon. macul. aa mj.*

*coque in brodio à passulis relicto, & colatura adde sacchari vel candi, vel alterius optimi lib. j*

*& decoque ad consistentiam Julapij*

*Tandem adde pulpam utramq;*

*amygd. dulc. excort.*

*pinar. rec. probè priùs pistar. aa unc. iij*

*cinam. zij*

*croc. scrup. j M. f. electuarium.*

Sig. **Aufshailende Brust, Lathweg Kesten, groß zu nehmen.**

Neq; sine effectu ; eò quòd plures eorum tantum inde percipere levamen , ut , aliàs ferè jam desperati , etiamnum sat commodè vivant ; quemadmodum id sibi ita accidisse ex reliquis contestari potest N. Krumpel Waixelburgensis Judex , & N. N. Coquus ad S. Vitum prope Sitticium hospes & alij ; veluti Caparolez fidicen ibidem. Qui aliàs memoratis pulveribus , aut electuario usi sunt , illi eis utiliter semper uncias vj de sequenti mixtura pariter antiptisica superbibere soliti fuerunt :

℞. *rad. chin. el. unc. iv*

*lign. santal. citr. zij*

*liquirit. unc. ß*

*Infunde per 24 horas , vel saltem per noctem*



noctem in loco calido in aq. lib. iv. Hinc decoquantur ad consumpt. tertiæ partis sub finem decoctionis addendo

rad. Symph. maj.

pyrol.

enal. sic. aa ʒij

herb. beton.

veron.

heder. ter.

pulmon. mac.

belid. min.

byssop. aa ꝑj f. colatura

cui adde

Syr. de Symphit. Fern.

heder. ter. aa unc. iß.

Spir. sulphur. gt. vii M. f. potio

**Sig. Aufhailendes Brust-Tranck auff mehrmahlen.**

Loco spiritus sulphuris ratione exulcerationis pulmonum quodam modo suspecti Ego in Illustrissimo L. B. Francisco Christophoro de Engelshaus ex pleuro-pneumonia facto empyematico cum copiosissimi puris rejectione singulis jam dictæ mixturæ dosibus gut. iij balsam. sulphur. tereb. utiliter addere solebam. Ast haustum reddit inamænum, & cautè usurpandum venit in eis, qui simul hecticam febrem habent conjunctam.

§. LXXV. Dominicum Wobesch Poëseos studiosum utrámq; manum verrucis densissimè persperlam habentem jusseram, ut manus tali aquâ ablueret :

R. aq. com. lib. ℥

sal. armon. ʒj M. & f. iterata ablutio.

Et feliciter mundatus est.

§. LXXVI. Usq; in æstatem, uti rectè priùs asserui, quidem scabiolorum curationes distuleram excusando me pro tunc cum temporis ad tales curationes ineptitudine; quòd temporis illa ineptitudo verò mox ad initium Maij juxta § XXXI dicta summopere æstuosi vita fuerit fæditate illà infectis jam transiisse; minùs facere non potui, quin eorum curam resolutione meâ citiùs assumerem. Remedia verò, quæ eis adhibui fuere sequentia: primò pro corporis expurgatione:

R. Extr. panchymag. Crol. ʒ℥

mercur. dulc. gr. v

Resin. jalap. pin. sub. gr. ix

ol. niac. ʒt. j M. cum syr. de fumaria

f. pil. num. ix.

vel.

R. rad. polypod. querc.

lapat. acut.

sarsapar. aa ʒij

flor. 4 cord.

scabios aa ʒj

fol. sen. f. st. unc. j

machoac. alb.

turbit. aa unc. ℥

Helleb. nigr. pp. ʒ℥

sal. fumar. scrup. j

cinam. ʒj

sem. anis.

*fenic. aa ʒiſs M.*

*conciſa dentur pro infuſione*

**Sig.** Blut: reinigende Laxir: Species auff 1 halbe/  
halb Waſſer halb weiſſen Weins.

Secundò pro languinis depuratione :

*R. tinct. antimon.*

*effent. fumar. aa unc. ſß M.*

**Sig.** Blut: reinigende Tinctur biß 30 Tropffen  
zu nehmen.

vel

*R. CC. phlicè pp. ʒiſs*

*ſal. fumar. ſcrup. iv*

*antim. diaph. ʒj.*

*flor. ſulph. unc. ſß*

*mercur. dulciſ. ʒj*

*ſaccb fini ad pondus reliquorum*

*M. f. pulv.*

**Sig.** Blut: reinigender Zucker zu 3 gute Meſſer  
Eiß Morgens und Abents zu nehmen.

Tertiò pro cutis abſterſione, & ſudoris promotione author e-  
ram, ut decreſcente lunâ aliquoties in balneo decoct. radi-  
cum lapati acuti, & herb. fumar. ſoponariæ, ſcabiøſæ, ſideriti-  
dis, & ſurfurum, veletiam ſulphuris vivi ludarent: ultima-  
tim verò ſe unguento quocunq; contra ſcabiem perungerent.  
Quamvis eorum habitiores plerumq; pro adimplenda iſta po-  
ſtrema indicatione Thermas naturales adire maluerint: qui-  
bus quidem talem balneandi ordinem tuadebam: primò,  
ut bis de die thermas ingrederentur; mane ſcilicet horâ cir-  
citer quintâ, poſt prandium horâ tertiâ, vel quartâ. Secun-  
dò primâ die non niſi per horam thermis inſiderent, id eſt

mane per horam , post prandium per horam. Secundâ die verò mediâ horâ diutiùs ; & sic porrò quotidie mediâ horâ diutiùs , donec pertingerent ad tres horas. Tertiò ut in illis tribus horis , id est tribus mane , & tribus post prandium persisterent per octo dies circiter , vel potiùs tandiu , donec cutis efflorescentia , vulgò *Mußschlag* dicta , quæ communiter intereà erumpere solet , rursus deflorescere , seu quodam modo flaccescere velle videretur. Quo animadverso demum rursus decrescendo per dimidia horarum quotidie balnearent , donec efflorescentiam illam rursus evanescere contingeret. Quartò post egressum ex thermis non se aëri frigido mox exponerent , sed potiùs lecto se committerent , in eoq; sudorem in thermis inceptum saltem per mediam , si non integram horam continuare tentarent : tandem verò absterfo , & lenisim refrigerato corpore prandium cibis boni succi , & facilis digestionis constans in moderata quantitate assumerent : neq; ad balneum facilè redirent , nisi quatuor horæ sint à prandio in blandis colloctionibus , lenibusve deambulationibus cum animi tranquillitate , moderatave hilaritate transactæ. Notandum verò consultum esse , & optimum thermas adeundi tempus à 24 Junij usq; ad 24 Julij : à 24 Augusti usq; ad 24 Septembris : quamvis non pauci eas mox ad Junij principium adeant , præsertim si calidior anni tempestas eis faveat. Imò recordor Illustrissimum Comitem de Liechtenberg serè Septuagenarium ante paucos annos id ipsam in Martio , terrâ possim adhuc nivibus coopertâ , citra damnum practicasse , sed exemplo alijs non facilè imitando. Prouti de eo Ego in *Ephem. Nat. Cur. dec. 3. an. 1. Obj. 78. §. LXXVII.* Qui Colicis doloribus hoc tempore torquebantur , in eis Ego potissimum acidum glandulare & pancreatici-

creaticum excessivè acre, sive deinde tale ex prægresso hyemali frigore, sive simplici ob preclusos ab externo frigore cutis poros, adeòq; impeditam insensibilem transpirationem stagnatione factum, nunc verò per copiosiore huic & toti ætati consuetissimorum acetariorum abussum adhuc magis exacerbatum, & propterea plexum nerveum melenterij, & intestinorum fibrillas, tunicasq; vellicans & rodens pro suspecto habebam, proptereaq; in curatione totus eò tendebam, ut acidum illud aut ex corpore educerem, aut in mitiorem naturam reducerem; non nesciens quidem nulla dari purgantia tali acido, ut acido educendo idonea: quòd mihi tamen persuaderem acidum illud vix adeò purum esse, quin pro subjecto pituitam, seu lympham crassiorem, adeòq; per phlegmagoga facilè educibilem agnosceret: non rarò adesse etiam bilem, quæ cum dicto acido p.n. effervescentes febris illius, quæ colicos dolores comuniter comitari solet, causa est, pariter per medicamenta Colagoga expurgabilem, præmisso clystere emolliente & anodyno communiter Curationem à simili positione exordiebar:

℞. decoct. aperit. min.  
 cum sol. sen. / .st. ʒiij  
 mechoac. alb. ʒij  
 crem. tart. ʒiʒ  
 flor. chamom. p̄i facti unc. iij  
 In colat. cum expres. facta  
 dissolve  
 mann. el. ʒxiv  
 cola, & adde  
 spec. diatereb. Myns. ʒʒ  
 vel ialap. pulu. gr. xv

*Spir. mac. gr. iij M. F. potio.*

**Sig. Purgir Tränckl auff 1 mahl.**

Quam non rarò etiam per biduum triduumve consequenter continuabam, vesperi tamen semper pro acidi correctione, & flatuum, qui communiter quoq; aderant, discussione ex aq. chamomil. assumpto tali puluisculo:

*R. Spec. diarrb. Ab.*

vel (in febris absentia)

*Spec. diacymin. scrup. j.*

*ocul. 69 pp.*

*flaued. cort. aurant.*

*Elæosacch. citr. aa gr. v.*

*M. f. pulu.*

**Sig. Magen Pulver auff 1 mahl.**

Doloribus verò valde urgentibus per inferiora injecto clystere anodyno ex lacte, herb. malu. flor. chamom. melil. & sambuc. per decoctionem alterato parato, addito in colat. ungu. chlysmat. vel butyr. rec. & vitel. ovi. In adhuc majore necessitate verò etiam per os cochleatim assumptâ mihi aliâs probatissimâ anticolicâ mixturâ:

*R. aq. chamom. unc. iij.*

*menth. unc. j.*

*Zedoar. unc. ß.*

*Syr. cort. aurant. unc. j.*

*papas. er. zij.*

*laud. op. ritè cum reliquis subact. gr. iv.*

*Spir. nitr. dulcis. q. s. ad gratam aciditatem.*

*M. detur præcipuè vesperi ante somnum.*

*ad colearia duo, tria, vel etiam quatuor.*

Non neglectis intercâ eis, quæ exterius admota similem effectum:

fectum corpori communicare valida sunt : quale est *ungu. carmin. anodyn. ol. lumbr. ter. baccar. laur. &c.* Item sacculi *ex auen. milio, sale, & cumin. in sartagine tostis, &c.* calidè iteratò applicatis. In diætâ vinum communiter prohibebam, uti & acida quæcunq; , utpote experienciâ edoctus ab eis sibi non caventes facilè evadere epilepticos, parieticosve. Ratione aquæ verò communiter interrogare solebam, qualiternam se ad ejusdem potum ægroti sentirent ? Si bene, concedebam, ut eam liberius biberent, sed minus frigidam : si verò malè, quia refrigerando, condensando, & flatus augendo obesse videbatur, ut, quantum possent, à potu sibi temperarent.

§. LXXVIII. Planè hâc methodo, hisq; remedijs fuis rectè his diebus feliciter percuratus aula Auerbergicæ Credentarius eodem affectu detentus. Item Dominus de Malleg Affinis meus, priùs per aliquot septimanas frustrâ ab alijs curatus : cui tamen, quòd vinum adèò expeteret, malvaticum in exigua quantitate citra damnum concesseram.

§. LXXIX. Certus Stannarius verò similibus doloribus tortus bibit per triduum consequenter quotidie uncias viij de sequentibus speciebus cum passulis minoribus domi decoctis :

℞. fol. *sén s. st. unc. j*  
*turbit. unc. ß*  
*man. el. unc. ij*  
*crem. tart. unc. ß*  
*flor. chamom. ꝑij M.*

Sig. *Exir* = Species.

In maximis doloribus admittebat clysterem anodynum §. LXXVII descriptum. Item sacculos, unguentumq; ibidem memoratum. Ante somnum etiam bibeat de mix-

tura anticolica nostra, & convaluit inde ita, ut ad solitos suos labores officinam petierit. Intra paucos dies tamen rursus reciderat cum per superna rejectione xij vermium. Hinc assumpsit aliquoties *sem. cinæ ex lacte*; ventrem perunxit *oleo juniperino*; chlysterem admisit ex lacte; & tandem expurgatus est:

*R. Spec. diat. c. Rhab. ʒj  
merc. dulc. gr. iij M. f. pulv.*

**Sig. Daxirende Wurm- Stup auff 1 mahl.**

Et convaluit constanter.

**§. LXXX.** Præterlapsi erant jam duo menses, à quò primarij hujus urbis Mercatoris Socius Joannis Grassers Ocrearum Sutoris vulgò *Zischemacher* dicti uxorem super brachium sinistrum ligneam ulnâ catenus percusserat, ut iudicio Chirurghi os brachij fissum fuèrit. Convaluerat illa tamen intra paucum tempus citra querelam. Sed accidit, quòd illa, dum die Veneris Sancto vesperi jam tardè, aurâ existente boreali & nivolâ in publica platea Processionem quotannis à PP. Capucinis eâ die in memoriam Passionis CHRISTI haberi solitam spectaret, in pleuritidem incidit, tandem verò post aliquot dierum intervallum in mortem ipsam. Unde defunctæ maritus arreptâ se aduersus percussorem usciscendi antâ sine mora Civitatis Judicem adiit, percussoremq; pro lux defunctæ uxoris homicida detulit, postridie propterea etiam ad carceres dejectum. Et tulit sententia, ut res Medicæ perquisitioni extraderetur. Convocati proinde Ego, Paulus Qualiza, & Andreas Georgius Chertchinerus Medici: Joannes Khichel verò Chirurgus, qui



quî antea brachij curam gerebat, consideravimus omnium primò, prouti in iudicio de vulnerum lethaliitate ferendæ moris est, mali naturam. Secundò partis affectæ conditionem. Tertio inter percussione & percussæ mortem intercedens duorum mensium intervallum. Quartò integram percussi brachij, priusquam defuncta in pleuritidem inciderat, relaxationem. Quintò auræ, cui defuncta eo ipso vespere, quo pleuritica facta fuit, ad generandas pleuritides pronissimæ constitutionem. Et tandem sextò pleuritidis, quâ defunctâ postremò correpta erat, non rarò infelicissimæ solutionis naturam &c. Cùmq; ( ut rem breviter enarrem ) deprehendissimus singula isthæ stare pro Percussoris potius innocentia, quàm culpabilitate, concluderamus eundem sicut non fuisse pleuritidis, ita nec ad eam consecutæ mortis causam: sed mortis causam potius fuisse auræ, cui defuncta eo, quo facta fuit pleuritica, vespere incautè sese exposuerat ad similes affectus producendos teste Hip. 3. aph. 5. pronissimæ rigiditatem. Inq; rei fidem tale Percussori pro suæ innocentie defensione testimonium singulorum nostrum sigillis munitum impertiveramus:

Nos infra scripti A.A. LL. Philosophiæ, & Medicinæ Doctores Inelyti Ducatus Carniolæ Physiçi, & Chirurgus præsentium tenore attestamur, plenamq; fidem facimus, examinandis cunctis examinatis, & pensitandis pensitatis Joannis Grassers Ocrearum Sutoris vulgò Zischemmacher dicti p.m. uxorem nullo ab acceptis aliquot ante suum obitum septimanis super sinistrum brachium lignæ ulnæ flagris dependente, aut ullo modo inde deducendo malo obijssè, verum malignâ pleuritide ex auræ, cui illa se eo ve-

spere, quo ultimò ægrotare inceperat, incantè expoluerat, rigiditate contractâ. Actum Labaci 25. Maij 1697.

*Paulus Qualiza*

*Andr. Georgius Kerschinerus*  
Medici.

*Marcus Gerbezins*

Medicus

&

*Consilij Author.*

*Joannes Kbiehel*

*Chirurgus.*

Istud nostrum testimonium fuit quidem à Tribunali Civico ut sufficiens pro Rei innocentia probanda, eòq; à pœna ordinaria absolvendo susceptum, non tamen absolutè, verùm si priùs à nobis juramento Credulitatis comprobaretur. Quòd ista sententia verò nostræ authoritati, publicæq; fidei plurimum derogaret, implorata fuit à Rei Advocato super eâ ad altius tribunal appellatio, & etiam impetrata. Propterea itum ad Tribunal Provinciale: ubi quidem non solum nos Medici fuimus à depositione dicti Credulitatis juramenti omnino absoluti, verùm & Reus, tanquam testimonio nostro pro innocente declaratus, pristinae suæ libertati restitutus.

§. LXXXI. Junius habebat quidem, uti diximus paucos agros, ex eis tamen non parùm mirabar vulgarem, & eam atrabilem mulierem ob egestatem nec victu debito, nec necessarijs remedijs provisam, neq; calidè, uti taliter affecti communiter solent, jacentem, quæ tamen ad solam venæ in mali principio incisionem, & postea ter, quaterve assumptum pulverem pannonicum rubeum nigerrimas pectechias superaverat. Cùm tamen alij omnibus provisi ex tali affectu communiter intereant, Tantùm valet subinde

speciale

speciale naturæ robur , tantùm specialis Divini Numinis assistentia !

§. LXXXII. Adhuc majori admirationi mihi eisdem planè diebus fuit 13 annorum puella pistoriæ Sovauka dictæ consanguinea , quæ summo mane , tempore existente pluviolo , & lat alpero ad me nudipes adducta , etsi nigerrimis & eis nummi Salisburgici magnitudine latis tubinde scarlatinis intermistis exanthematibus toto corpore horribiliter fuerit perperia , tamen de nullis prorsus accidentibus , nec de lassitudine quidem , fuerit lamentata. Morbi , quantum dicebat , dies jam erat quinta , & tamen pulsum habebat naturalissimè constitutum , ut ferè quidam de talibus exanthematibus sentire deberem , nesciverim. Reflectendo me tamen ad ea , quæ communiter in malignis observari solent ; in principio videlicet eorum signa solere esse fallacissima , ultimam concluderam , sub eis maculis tamen maligni quid latere debere : proindeq; remiseram quidem , unde venerat , puellam , sed cum expressa injunctioe , ut talidè te teneret , & pro debellanda malignitate saltem pulvere Liberrantis nostris famellis in similibus casibus familiarissimo uteretur. Qualia illa verò , quia , utpote præter exanthemata nil mali sentiens , executà non fuit , factum est , quòd 13. morbi die interierit , usq; ad nonam fere nullo in corpore percepto defectu. Undecimâ morbi die eam in transitu domus curiositatis gratiâ cum jam superius memorato D. D. Vidmayero inviseram , & deprehenderam etiam tunc quidem adhuc nudipedem circumeuntem , nigris quidem paucioribus , verùm lationibus ; rubis econtrà copiosioribus , maculis perperiam , oculos tamen concavos , & pulsum tremulum habentem ; aliàs verò neq; tunc de alio , quàm de quâ-

dam pedum lassitudine, & capitis obfuscatione, gravitateque conquerentem. Ex quo quidem, verè raro casu, abundè apparet, quàm parùm fidendum sit latentibus malignitatibus, etsi symptomatum ratione nil speciale præferentibus.

S. LXXXIII. Grammatices studiosus cognominatus Premeg naturâ plethoricus ex pyramidum lusu catenus incaluerat, ut in tynochum impetrem inciderit cum narium càm hæmorrhogiâ, ut ob vires valde inde imminutas metus fuerit, ne adolescens tandem succumberet: & propterea videbatur esse adjuvandus. Eum in finem omnium primò ipsi ex dextri brachij, cujus ex lateris nare sanguine manabat, basilicâ fuère unc. iij sanguinis eductæ, & ad intrò pro nimis accensi & rarefacti sanguinis sufflamine, adeòq; & febrilis æstus attemperatione tale iulapium propinatum:

℞. decoct. hord. cum

herb. portul.

plantag.

semperu. maj.

bellid. min. aa Mß fact. lib. iij

Adde

styr. de suc. endiu.

de portul. aa unc. iß

Spir. vitr. q. s. ad gratam aciditatem f. potio

Sig. Utariv. Trancf auff mehr mahlen.

Externè etiam hepatis regioni, icrotòq; tale Epithema admotum:

℞. aq. plantag.

equisset. aa unc. iij

acet. rosac. ʒvi

Nitri ʒj M. f. Epithema.

Sig. Ulmschlag,

Et

Et substiterat feliciter cum notabili febris remissione hæmorrhagia. Quòd ea verò noctu iustus invaluissent ; iteranda erat & alterâ die venæsectio , iulapium , & Epithema. Imò Epithema præterea etiam collo circumponebatur ; ultimam etiam cochleatim propinabatur tale stegnoticum :

*R. aq. plantag.*  
*equisset.*  
*burs. past. aa. unc. iß*  
*fyr. myrt.*  
*cor. d. aa ʒvi*  
*acet. stil. ʒij*  
*troch. de ter. Sig. ʒß*  
*sfern. Crol. scrup. ʒ M.*

**Sig. Anhaltende Mixture Vessel weiß zu geben.**

Et oborto somno, sudorèq; æger convaluit.

§. LXXXIV. Planè hæc eadem methodo , remedijsq; à simillimo affectu paulò post convaluit & Perizhoffij filiolus.

§. LXXXV. Eadem narium hæmorrhagiæ , quæ à me saltem in allegatis duobus casibus fuere observatæ in Junio in subiectis saltem magis plethoricis , comitabantur quaslibet ferè febres acutiores etiam in non plethoricis in Julio. Procul dubio ob latentem in sanguine specialem acrimoniam narium venulas , arteriolatve erodendo referantem & apud nullum fuere tamen adeò indomabiles , quæ adhibitis adhibendis non parvissent. Fuere etiam symptomaticæ potius , quàm criticæ : eò , quòd nullum specialiter sublevârunt , sed potius notabiliter debilitârunt.

§. LXXXVI. In unâ eademq; domo decumbebant duæ mulieres , una 42 , altera 22 annorum : Illa phlegmatici , & propterea obesa , hæc cholericæ , & propterea extenuata , tempera-

peramenti. Utraq; in primo morbi insultu ferè de eisdem accidētibus conquerebatur, nempe capitis dolore, ventriculi opprēssione, siti, vigilijs, præcordiorum anxietatibus, eructationibus flatulentis, nausæ, & subinde recurrente lymphæ virecentis, & amaræ per superna rejectione. Pulsus erat frequens & inæqualis, adēq; febrilis. In subsidium vocatus, utrāmq; quidem fore pro secundanda ad superna vergente naturâ leni vomitorio evacuandam censebam: ast adē sibi de eo metuebant illæ, ut mutatâ intentione coactus fuerim turgentis illius humoris per inferiora expurgationem instituere. Nēq; quid temporis perderem, etsi jam à meridie advocatus fuerim, mox primæ illi talem puluisculum horâ quartâ pomeridianâ assumendum ordinaveram:

*R. crem. tart.*

*tart. vitriol. aa ʒʒ*

*ocul. 69 gr. iij*

*diagr. sulph. gr. vi*

*ol. cinam. gut. I. M. f. pulv.*

**Sig. Gall = Pulver auff 1 mahl alsobalden zu nehmen.**

Alteri illi verò talem potiunculam:

*R. aq. laxat. Manag. unc. v.*

**Sig. Laxir = Wasser alsobalden zu nehmen.**

Et utraq; fuit expurgata percommodè. Postridie adhuc ante auroram excitor, quòq; senioreni illam per plures jam horas sanguine ex naribus manantem adeam, rogitor. Et adfui, ut primùm potui, deprehendiq; ægram ab heri valde multùm debilitatam: unde hæmorrhagiam hancce symptomaticam ratus, pro ejusdem cohibitione mox uncias iij sanguinis ex dextri brachij mediana, ex cujus lateris nare sanguis pro-

profluebat, extrahi curaveram, brachia latiori ligamine constringi, & stegnotica tã interna, quàm externa §. LXXXIII. Descripta in ulum trahi. Et substiterat ad ea hæmorrhagia feliciter: quòd pulsus tamen nondum planè ad se rediisset, ut binis matutinis consequenter tales puluisculos ex jure atumeret, suaseram:

℞. pulu. hepat. rub. Zwelff. scrup. j

arcan. dupl. Myrs.

ocul. 69 pp. aa gr. V. M. F. pulu.

Sig. Gall = tãmpffende Leber, Pülverlein.

Et acceperat de eis unum adhuc eo iplo mane; paulò post verò per superna & inferna tantum materiæ porraceæ excrevit, ut inde sublevata, absq; eò, quòd postridie alterum assumpsisset, convaluerit. Admiratione verò dignum in ista muliere erat hoc: quòd sanguis, qui ex naribus profluebat, visus fuerit floridissimus, is econtrà, qui ex incisa vena fuit eductus, crudissimus, & merum ferè phlegma: dum tamen in §. LXXXIII. & LXXXIV. allegatis casibus uterq; fuerit floridissimus. Nisi quis dicat, quòd sanguis in illis duobus casibus fuerit uterq; venosus, adeòq; colore & consistentiã æqualis; in muliere hãc verò, ille, qui ex naribus profluebat arteriosus, adeòq; eo, qui ex vena fuit emissus floridior. Vel quòd uterq; quidem fuerit etiam in muliere venosus, apparuerit ille tamen, qui ex naribus profluebat floridior, eò, quòd crudæ illæ particulæ ipsi fuerint adhuc intimè permixtæ, lecùs ac in eò, qui ex vena incisa fuit emissus, & frigidæ auræ expositus. Vel tandem propterea, quòd venula illa in naribus referata fuerit adeò exilis, ut inde tantùm subtilissimæ languinis particulæ profluxerint, non verò quæcunq; crudæ & crassiores, quemadmodum in

sanguine ex incisa vena extracto. Considerabile præterea etiam erat, quidnam illud esse debuerit, quod sanguinem tam crudum, & in subjecto adeò phlegmatico in eum orgasmum concitare valuerit, ut tanta inde febris, & hæmorrhagia exoriri potuerit? verùm probabile videtur sanguineam massam multo sale lixivo, & multo acido abundasse, quæ invicem congregiando primùm febrem, postea verò narium venulas suâ acrimoniâ corrodendo, etiam hæmorrhagiam induxerant: ultimatim verò tamen prævaluisse acidum austerum, & coagulativum; unde sanguinis illa coagulatio. Junior illa mulier quidem hæmorrhagiam per nares passa non fuit, illâ ipsâ tamen nocte, quâ altera illa ex naribus sanguine manabat, in mensium fluxum inciderat ista, sed adeò modicum, ut febrî nullatenus satisfactorius prævideretur. Quapropter consultum videbatur ipsi mox ex dextri pedis saphena in naturæ supplementum uncias vj sanguinis educere, qui quidem pariter fuit valde crudus. Et mox à meridie prorupere peticulæ rubræ, quorum propterea ratione fuit talis pulvis ordinatus:

*R. Spec. de hyacint. inc.*

*CC. pblicè pp. aa scrup. ij*

*arcan. dupl. Myns. scrup. j*

*antim. diaph. scrup. ß*

*sacch. perl. gr. vj M. f. pulu. pro quatuor vicibus ex aqua card. ben. bis de die propinandus.*

### **Sig. Aufstreibende Pulverlein.**

Et oborto temper ad eorum sumptionem copioso sudore ægra citra aliorum usum intra septem dies convaluit.

§. LXXXVII. Suburbanus Caupo Vedouar dictus, vit  
valde



valde extenuatus, & atrabilaris febre malignâ tertianam duplicem mentiente cum alui fluxu periculosissimè detentus, septimâ morbi die, quâ primùm ad eum vocatus eram, non obstante diarrhæâ ob valde intensam febrim uncias iv. sanguinis valde adusti emiserat; febris verò, malignitatis, & diarrhææ ratione uti solitus erat bis de die pulvisculis ex *pulu. Pannon. rub. CC. phlicè pp. & bolo arm. pp. compositis*; quibus tamen non obstantibus die octavâ lingua nigredine, & ariditate fuit obducta; propterea & ex sublingualibus suère eductæ uncix duæ sanguinis rursus valde crassi & adusti; pro linguæ humectatione etiam ordinata mucilago talis:

℞. *mucilag. sem. cydon. aq. prunel. extr. unc. iij*  
*succi semperu. maj. unc. jß*  
*Rob. diamorrh. ʒvj*  
*mel. ros. cal. ʒij*  
*nit. depur. scrup. iß. M.*

**Sig. Schleimb wider die Herz, Braune.**

Vndecimâ, repressâ jam utcumq; diarrhæâ, prorupère maculæ petechiales ad fulcitatem, eò quòd æger frigidè nimis jaceret, tendentes. Hinc pro majori malignitatis oppugnatione suère prioribus pulveribus tales pulvisculi pariter bis de die assumendi substituti:

℞. *spec. de hyacint.*  
*CC. phlicè pp. aa scrup. ß*  
*arcan. dupl.*  
*bezoard. min. aa gr. v M. f. pulu.*  
*detur in quadruplo.*

**Sig. Aufstreibende Schweiß, Pilsverlein.**

Æger calidiùs jacere jussus est, & si possibile esset, super pul-

visculos sudare. Pro virium corroboratione etiam de aqua cordiali subinde unum alterumve cochlear ipsi propinabatur.

℞. aq. card. Herc. Sax. ʒ. unc. iv

flor. borag. unc. iʒ

Margar. pp.

coral. rub. pp.

ocul. 69 pp. aa scrup. j

spir. ros. scrup. ʒ

fol. aur. num. s. M.

Sig. Perl = Wasser Löffel = weiß zu geben.

Carpis manuum *ruta hortensis* conquassata & aceto rub. Idæi perspersa, remedium nostris mulierculis, dum epilepsiam, vel delirium in ægris metuunt, familiare, adhibebatur, & plantis pedum eadem *ruta cum fermento panis, raphano, sale, & aceto* in cataplasma contusa. Decimâ quartâ sudare capit, & continuato, etsi non adeò largo, sudore successivè convaluit.

§. LXXXVIII. Peril. Wolfgango Andrea Firempfâl hæmorrhoidû fluxui obnoxio venæ hæmorrhoidales cum intolerabili dolore intumuerant. Suaveram, ut *capam concissam cum mica panis albi decoquerent* ei ministrantes, adijcerent ad finem aliquid *croci & vitellum unius ovi*, atq; omnia invicem in cataplasma conquassarent, partiq; affectæ lino carpto exceptum calidè admoverent, sotâ prius utcunq; diu parte affectâ *lacte herb. malv. albæ. melil. dinar. flor. verbasc. sem. lin. psyllij & albæ* per decoctionē alterato. Et convaluit intra biduum frustra antea diversis sibi à Chirurgo suis tractatus.

§. LXXXIX. Mox ad Augusti mensis initium curiosè, sed dextrè à colicis doloribus convaluerat per Illustris de Rossetis ex Agro Iggeni. Admitterat videlicet mox eo, quo

quo Labacum ad curandum se advenerat, vespere clysterem emollientem & anodynum: postridie purgaverat. Tertiâ die in Roitichensibus Acidulis sibi priore anno rectè ferè circa hoc tempus in simillima indispositione proficuis refugium quæsierat: quòd verò non cum eo, cum quo ante annum, levamine (assumptæ siquidem mox reijciebantur) ab eorum usu desistere coactus fuit, & peccantem materiam per alia remedia evacuare. Ordinata propterea ipsi à me fuit talis potio:

*R. aquæ laxat. Managet. lib. j*

*Spec. diatereb. Myns. scrup. ij*

*Spir. mac. ytiij M. f. pozio.*

**Sig. Laxir: Wasser auff 2 mahl.**

Ut nimirum de ea biberet duobus matutinis temper medietatem. Quòd iustum quidem & exsecutus fuit primo mane; quòd verò æq; non transiret, ac sibi optabat: ebibit tribus horis postquam primam medietatem epotasset, quoq; alteram, sequenti mane primò aliàs assumendam medietatem: & expurgatus fuit ad eò copiosè, & prosperè, ut se inde plurimum sublavatum tenerit. Jusseram tamen Ego ut vespere ante somnum adhuc talem bolum assumeret:

*R. Requiei Nic. gr. xxvi*

*conf. alb. compl.*

*cbrystal. mon. pp.*

*ocul. 69 pp. aa gr. iv M. cum*

*Eleofac. cort. aurant. F. bolus.*

**Sig. Schmerzen: stillende Pathweg auff 1 mahl.**

Dormivit deluper ferè totâ nocte, & expergefactus fuit sanissimus.

§. XC. Absque sperato effectu rectè nunc dixi in Acidulis quæsisse levamen Rossetum ; Cum quàm infelici verò non multò post idem quæsierit ex eodem Iggenfi Agro Presbyter Vidiz Cognominatus , nunc percipiendum sisto : Hic vir primò ante aliquot septimanas erat meâ operâ à Colicis doloribus liberatus ; postquàm verò in tritici Collectura cum Ædituo suo nescio quas tricas habuisset , jejunoq; ventriculo pruna fortè non usq; adeò matura edisset , in eosdem dolores recidiuus factus fuit adeò , ut ad te curandum relictâ Collecturâ Labacum concedere debuerit : ubi postquàm per triduum diversis , sed absq; expectato levamine usus fuisset , tandem & Roitichensium Acidularum adeò sibi à quàm plurimis commendatarum virtutem experiri censuit. Etebiberat earum actualiter integrum stalconem sex circiter medicas libras continentem. Sed ecce ! sub ipso earum primo transitu ab eis totius corporis Convulsionibus fuit prehensus , quæ non obstantibus quibuscunq; propterea tentatis remedijs cum aliàs juvenem , robustum , & nescio quam ætatem sibi promittentem , cum omnium nostrum admiratione , è medio sustulere. Ut non immeritò quis quæreret , undenam id ipsi ita accidere potuerit , supposito , quòd dictæ Acidulæ vel propriâ nostrâ experientiâ soleant aliàs esse in similibus casibus probatissimæ ? verùm respondeo Ego id ei probabiliter propterea accidisse , quòd Colica isthæc suum ortum duxerit non à bile , seu à lixivo-acri , cui propriè Acidulæ debentur , sed potius ab acido acri , nempe pancreatico , glandulari , & nerveo succo probabiliter adhuc antea justo acidiore , adhuc verò acidiore reddito à prunorum minus maturorum , adeoq; multo acido-austero præditorum jejuno stomacho esu : quibus postquàm excessere Acidulæ ob magnam , quam præcipuè

puè Nitri, & vitrioli continent quantitatem, acidæ; aliter ferè fieri non potuit, quàm, quòd tanta primùm in plexu nerveo mesenterij, postea verò per nervorum consensum in cerebro, & inde in universo corpore exorta fuerit commotio. Ut adeò, priusquàm quis ad similia remedia se accingat, de genuina mali causa, nisi impingere velit, se exactè informare necessè habeat. In acido-acri enim, quale in nostro calu erat, pituitâ vitreâ, & multis flatibus Acidulas non convenire, ratio ipsa dicitur; sicut econtrâ unicè convenire in lixivo-acri: quale quia peccabat in illis casibus, quos nos in Ephem. Nat. Cur. Dec. 2. An. 8. Obl. 69. & Dec. 3. An. 1. Obl. 78. proposuimus, factum est, quòd cæ vel ipsâ Hyeme propinata desideratum effectum ediderint.

§. XCI. Ad factam rectè nunc Acidularum Roitshensium mentionem expediret quidem plura de earum natura, facultate, bibendi modo, quantitate &c. in medium proferre; quòd istud verò jam pridem, & quidem exactissimè, in sua Roitshocrene factum sit à Sagacissimo Naturæ Scrutatore Gründellio, non est, quòd eadem Ego hîc repetam.

§. XCII. Per Illustris Adolescentulus Josephus Raspicrochulus tertianâ intermittente nothâ eisdem diebus prehensus pridie tertij paroxysmi pro corpore expurgando talem puluiculum specificum assumpserat:

*R. pulu. Warbich. ʒß*

*sal. febr. Myns. gr. iij*

*Nitri perl. gr. ij M. F. pulu.*

**Sig. Gall. Pulver auff 1 mahl.**

Ipsâ tertij paroxysmi die verò duâbus circiter ante paroxysmum horis:

℞. sal. febr. Myns. ʒʒ.

armon.

ocul. 69. pp. aa gr. v M. F. pulu.

detur ex aq. card. ben. ℥ cent. min.

Sig. Fieber & Saltz.

Pridie quarti paroxysmi ulterius purgavit talibus pillulis non minus specificis :

℞. mass. pil. tart. Schrad. ʒʒ

extr. cent. min.

gentian. aa gr. iij

troch. alband. gr. iij M. cum

tinct. tart. F. pil. num. ix.

Sig. Purgir, Pissulen auff 1 mahl.

Sequente mane quinq; horis ante quintum paroxysmum assumpsit castaneæ magnitudinem de hoc electuario :

℞. pula. Patrum submètriti unc. j

syr. rub. Idæi q. s. ℥ f. elect.

Sig. Fieber & Lathweg auff mehrmahlen.

Et paroxysmus emanit ; ne is verò fortè tamen rursus reverteretur, continuavit usum talis electuarij semper mane, donec id duraverit.

§. XCIII. Seube Biblioposæ uxor verò eisdem diebus simillimo ferè modo febricitans ; item Pistor ante portam Teutonicam convaluere ad solam pulveris purgantis mox antecedente §. descripti, & unicæ doseos pulu. febrifugi pariratione ibidem notati assumptionem.

§. XCIV. Nobilis & honesta eximij Juris Consulti uxor circiter quadragenaria, temperamenti cholericomelancholici, & propterea habitus corporis valde extenuati à multis annis arthritidi vagæ obnoxia in somno, & sub ipso

men-

mensium fluxu facta epileptica à paroxysmo liberata fuit  
 chlystere aciore : mixturâ anticpileptica tali cochleatim ori  
 infusâ :

℞. aq. Epil. Lang.

ceras. nigr. aa unc. iß.

bysteric. unc. ß

spir. sal. armon. scrup. ß

tinct. castor. gt. vj

specif. cephal. Mich. scrup. j M.

Sig. Fraiß : Wasser Lessel : weiß zu geben.

Spiritu sal. armon. volat. naribus ad odorandum supposito :  
 sternutatorio pulvere in nares per pennam inflato : vertici &  
 nuchæ , nec non temporibus ol. succini & cran. hum. inun-  
 cto : & frictionibus extremorum. Ab ulteriore recidiva  
 verò præservata expurgationibus lenibus per intervalla repe-  
 titis , cum interpositis epilepticis ex pulu. March. cran. hum.  
 pp. succino alb. pp. cinnab. nat. pp. & rad. valerian. maj. com-  
 positis. Et vivit etiamnum à tali accidente liberrima.

s. XCV. Vulgaris fœmina à plùs , quàm medio anno  
 cum ingente abdominis duritie & tumore icterica liberata  
 per me fuit breviter sequentibus solis remedijs :

℞. pulu. deopil. rub. ʒiß

Troch. de Eupat.

de rbab. aa ʒß

sal. absynth.

cent. min.

chelid. maj. aa scrup. j

croc. mart. aperit. ʒiß M. F. pulu.

dividatur in xi. partes æquales ,

quarum tribus adde singulis

diagr. sulphur. gr. vij & ea

Signentur Gall, Pulverlein: reliquæ verò

Signentur Eröffnend- und Gall, tämpffende Leber-  
Pulverlein.

Inchóéturq; cura ab alterutro trium priorum pulvisculorum. Desuper per quatrimum assumatur singulis matutinis unus de posterioribus pulvisculis. Post eos verò rursus unus de tribus illis prioribus. Et desuper rursus quatuor deopillativi. Ac tandem concludatur tota curatio cum adhuc tertio illo laxativo, peruncto intereà quotidie bis universo abdomine *angu. deopil. rub.* vulgò *Rote-Salben* dicto cum modico *spiritus vini* tubacto. Executa erat isthæc juxta factam sibi ordinationem Mulier, abstinebat ab acidis, crudis, & difficulter digestilibus, quantum egestas permittebat, & convaluit in integrum, etiamnum sana degens.

§. XCVI. Intumuerat ex familiariori cum amata muliere, citra tamen concubitum, conversatione nobili Viro N. dexter testiculus ita, ut præ dolore ferè incedere nequireret. Suaferam, ut cum aliunde uxorem domi haberet, coëat, sed citra magnam commotionem, ut semen sub conversatione illa in majore copia in testiculo aggregatum excerneretur. Et convaluit citra aliud remedium. Aliàs in simillimo casu tale cataplasma intra noctem profuisse novi, propterea non uxoratis servitutum.

℞. herb. althæ.

pariet. aa Miß.

flor. chamom. mj

farin. fabar. unc. j

sem. cymim. pulu. unc. ß

decoquantur in æq. p. aq. & acet. vel in  
lacte



laſte & F. catapl. moderatè calidum appli-  
candum.

**Sig. Zertheillender Umbſchlag.**

Ex neglectis aliàs ſimilibus tumoribus duos hîc Labaci in-  
teriſſe novi : unum Cognomine Glanznig , alterum cer-  
tum ſcribam. Certo nobili verò actualiter adhuc viventi  
ex ſimillima cauſa ante annos tumefactus pariter , nî fallor ,  
dexter teſticulus etiamnum indolens , & ſcyrrhoſus manet ,  
citra ulterius impedimentum.

ſ. XCVII. Alterius non minùs Famoſi J. C. honeſtiſ-  
ſima Conjux Auguſto ad finem vergente in intolerabilem ſini-  
ſtri lateris capitis hemicraniam inciderat , quantum conijcere  
poteram , ob lympham acriorem ibidem coagulata , &  
membranas , quas contingebat , circa ſe rodentem. Ad  
ſuſcipiendam ejuſdem curam vocatus ſuaſeram pro corporis  
expurgatione tales pillulas :

*R. maſſ. pil. de ſuccin. Crat. gr. v*

*extr. cephal. ʒſſ*

*reſin. jalap. pin. ſub. gr. ix*

*troch. alband. gr. iij*

*ol. mac. gti M. cum aq. beton.*

*F. pil. num. ix*

**Sig. Haut-Pillulen auff 1 mahl.**

Poſtridie ex pedis cephalica languinis ad unc. v. emiſionem :  
deſuper per ʒ dies conſequenter pro peccantis lymphæ at-  
tenuatione , & dulcificatione decocti *Coffè cum ſol. beton. &*  
*verben.* facti aſſumptionem : Friktiones ſcapularum cum  
pannis calidis aſperioribus , imò & dorſi ſcarificationem ; &  
tandem loco affecto priùs rato applicationem *ungu. Alabaſtr.*  
*cum ol. chamom. cheierino ; & nuciſtæ* permiſti , ſed omnia

sine optato effectu. Quapropter iterum repetendas censebam memoratas pillulas, post aures utrinque duas sanguifugas admovendas, & loco affecto mediante lino carpto applicandam expressionem decocti *rad. cucum. sylu. absynth. & verben. in hydrelao facti*, cui ante applicationem quidem etiam aliquid *ol. cheierini* admitcebatur. Ipsa Ægra sibi etiam ex naribus mediantibus capitulis, quibus *ranunculi semen* continetur, in nares intrusis aliquid sanguinis, eò, quòd ejusdem fluxui jam pridem assuevisset, prolexerat: raso etiam capiti aliquoties recenter mactatos, & à mactatione adhuc calidos *puellos*, & *pipiones* adligaverat. Et incæperat tandem dolor hæcenus adeò acerbus, unòque loco fixus non solum mitescere, locoque cedere, verùm & quietis intervalla concedere. Continuato verò adhuc ulterius potu decocti *Coffe* & purgantibus pillulis tertio iteratis tandem planè, postquam per tres integras septimanas incessanter sævisset, evanescere. Qualiter autem ante biennium ex adhuc deteriori hemigrania convaluerit suus Dominus Maritus dedimus alibi.

§. XCVIII. Singeriana 19 circiter annorum filia, obesa & plethorica occasione comestorum cucumerum in ventriculi dolorem primùm, postea in vomitum, tandem verò & febrim tertianam duplicem continuam inciderat. Propterea in subsidium vocatus Exc. D.D. Vidmayerus pro secundando naturæ motu ipsi gr. iij tartar. emet. porrexerat, ad quæ etiam quidem toleranter vomuerat ægra, minimè tamen fuit sublevata. Propterea memorato D.D. peregrè evocato me advocare fuit coacta, qui urgentem febrim animadvertens ante omnia auxilia mox sanguinis unc. vj ex dextri brachij mediana ipsi educi curaveram, introsumi  
verò

verò pro febrilis æstus refractione talem pulverem :

℞. *spec. de gem. frig. scrup. j*  
*antim. diaphor.*

*arcam. dupl. aa gr. v M. F. pula.*

Sig. *Herz-fühlendes Perl-Pulver auff 1 mahl.*

Quòd verò neq; ad ista consecutum fuisset levamen, emittebatur & ex pedis saphena languinis tantundem, & jam dictus pulvis ulterius continuabatur. Item vesperi emulsiones tales :

℞. *sem. melon. ʒij*

*lactuc. ʒj*

*papaui. alb. ʒij*

*amygd. dulc. par. ij*

*contusis in mortario affunde*

*aq. com. lib. ʒʒ & f. emulsio*

*Cui adde*

*spec. de gem. frig. scrup. ʒʒ*

*ocul. 69 pp. scrup. j M.*

Sig. *Abführende Pulver: Millich auff 1 mahl.*

Et supervenere præter expectationē menses : quòd verò in exigua nimis quantitate, addideramus præfatis pulueribus myrrh. & borrac. venet. aa gr. ij : ast illi nihil dexterius procedebant, neq; febris remittebat, quin imò increcebat catenus, ut linguam reddiderit aridam & atram. Quapropter in naturæ supplementum videbantur languinis adhuc uncia v ex alterius pedis saphenâ emittendæ. Ratione ariditatis linguæ etiam ex raninis emittendæ uncia ij languinis, nec non frequentius os humectandum mucilage specifica §. LXXXVII. descriptâ. Et tandem pro virium sustentatione subinde cochleatim propinanda aqua cordialis rectè nunc citato loco

memorata. Et inceperat se sensim & sensim recolligere bona Filia, pro curæ coronide *Aquæ Laxativæ Manag. unc. v* expurgata.

§. XCIX. Per Illustris Domicella de Benaglijs ex fructuum hornorum esu diarrhæâ cum levi febricula correpta fuit. Advocatus eam à crudis & acribus, adeòq; naturam ad frequentiores excretiones insolentiùs stimulantibus humoribus isto pulvere specifico expurgabam :

℞. *rhob. tost. scrup. ij*

*cort. wyrob. citr. gr. v*

*ol. nucist. expres. gr. j M. F. pulu.*

Sig. Gebrente Rhabarbara auff 1 mahl.

Sequentibus diebus temper mediâ circiter ante pastum horâ pro corroboratione, & acrimoniæ peccantis humoris correctione assumebat tres cultri cupidines de tali pulvere astringente.

℞. *troch. de carab.*

*de Ter. sigil. ʒß*

*unicorn. fossil. ʒj*

*nucis. mosc. gr. vi M. F. pulu.*

Sig. Anhaltendes Pulver zu 3 Messerspiß allezeit vor dem Essen zu nehmen.

Externè etiam perungebat abdomen cum *ungu. Comitif. oleo mastichino & nucistæ expresso*, superposito cataplasmate ex *menta, absynthio, & chamomilla in vino rubro frictis*. Pro siti bibebat aquam cum *nuce moschata & masliche decoctam*. Edebat oryzam, pultes ex ovis, & panatellas, atq; convaluit intra paucos dies.

§. C. Alius J. C. Honesta Conjux toto corpore exhorruerat cum intercurrente subinde æstu p. n. paulò post verò toto corpore, adeòq; & facie ipsâ, prorupisse rubeas quas.

quasdam maculas, præcipuè in facie nonnihil in pustulas elevatas, nil tamen liquidi continentes animadverterat; Et licet prætereà speciale in corpore nil sentiret, metuens tamen, ne quid fortè lateret cum tempore prorupturum, me accersiri curavit, qui pulsam animadvertens magnum & undosum, febrem mitem, quales synochæ imputres esse solent, vires constantes, & malum omnibus gravioribus accidentibus expers, etsi aliàs simillimas maculas non semel novi fuisse lethales, ubi scilicet malignas febres cum virium deiectione, & alijs pravis accidentibus sibi habuère conjunctas: bonam Dominam bene sperare jussi, forèq; dixi, ut malum citra periculum intra paucos dies evanescat; dummodo in lecto se contineat, assumat singulis matutinis, *Spec. liberant. nostris mulierculis in morbillis & variolis communissimas*, ad ʒʒ & intermisso vino propotu ordinario bibat *decoctum rad. scorzon. & CC. cum tantillo flavedinis cort. citri*. Et convaluit continuato leni sudore intra quatrimum. Si quis de mali specie quæreret, Ego ei dicerem fuisse morbillos, non quidem communes illos, & ordinarios, quibus infantes prehendi solent, qui latiores sunt, intensioris rubedinis, & minimè elevati; verùm illos quos apud Sennertum *lib. iv cap. xxi Haly Abbas Rubeolam* appellat, talitèrque describit: *Est species aliqua, inquit ille, quæ vocatur Rubeola, quæ ex sanguine fit calido & subtili, & non multum malo, & hæc species, cum ad statum pervenerit, similis fit milij granis (fortè proptereà febris miliaris dicenda) aut paulò major, & ejus color rubeus, nec aperiuntur pustule, sed fluunt, id est, insensibiliter discutuntur, & evanescent.*

§. Cl. Perne Mercator, ætatis annorum 63, ob varias aduersitates multùm animo tortus tandem dysentericus

cus evaserat cum febre valde ardente, & propterea pulsu concitatissimo, linguâ aridâ, siti immensâ, vigilijs continuis, & ventris torminibus in principio mali quidem gravibus, in progressu verò ferè nullis. Omnium primò fuit expurgatus *infusione rhab. in aqua plantag. cum additione syr. ros. sol.* ob febris intensiorem etiam ex dextri brachij mediana unc. iv sanguinis emiserat: postea ob linguæ ariditatem, etiam ex rani- nis unciam unam vel alteram. Internè usurpabat astringen- tia, externè clysteres anodynos, abstergentes, astringentes. Item inunctiones stypticas, cataplasmaq; *ex mentha, cha- mom absynth. verbasco, ros. rub. &c.* Et se recollegerat intra undecim dies eatenus, ut extra omne periculum esse crede- retur: sedes siquidem evaserant raræ, febris remiserat, som- nus redierat, cibus aridebat, & vires ipsæ eatenus increve- rant, ut æger solus, lecto surgere, & ordinariam mensam adire, inq; suorum confortio cibum assumere valuerit. Sed ecce nova prægresso ingente totius corporis horrore febre correptus intra biduum obiit. Ego existimabam, quòd ex Sphacelo similibus indolentibus dysenterijs communiter in intestinis superveniente. Alij eum verò adversus vermes, quibus domesticæ mulieres ipsum laborare credebant, quid- piam à Circumforaneo rectè tunc hîc existente accepisse, & inde tam insperatè enectum fuisse, asserbant. Quidquid verò fuerit, ille æternùm quiescet.

§. CH. Iisdem diebus Textoris filius domesticis à vetu- lis ordinatis remedijs tractatus à dysenteriâ quidem liberatus fuit, verùm gangrænâ, & paulò pòst Sphacelo in superiori gin- giva successivè ad nares, & interiora cerebri prorepente cor- reptus intra biduum interiit, à materia peccante maximè cor- rosivâ ob astringentium inteinpestinum usum in corpore præ- clusa,

clufa. Certum ex PP. Franciscanorum catu Patrem aliàs novi, qui ex præmatureo nescio à quo Fraterculo sibi suatorum astringentium in dysenteria ulu utrisq; extremis factus fuit pareticus, prius non liberatus, quàm postquam præmissis præmittendis aliquoties thermas adijisset. Ut adèò vel ex istis solis casibus appareat, quantum inter Medicæ Artis ignaros Barbitonfores, Balneatores, Vetulas, Circumforaneos, Fraterculos & similia tam sacrae Artis probra, & Expertos Medicos interfit. Sed Stultus, qui tantum thesaurum, propriam sanitatem simili hominum fæci concedit.

*Et Misera leges, quæ talia crimina fertis !  
Ac cæci Reges, rem qui non cernitis istam !  
Vos, quibus imperium est, qui mundi fræna tenetis,  
Ne tantum tolerate nefas, hanc tollite pestem.*

§. CIII. Augusto mente jam jam agonizante ab illo ipso per Illustri Adolescente, cujus §. XCII. ut febricitantis facta fuit mentio, rogatus, quatenus sibi aduersus nephritidem præservatiuum quoddam, quo successivè, & citra teneræ suæ naturæ læsionem uteretur, suaderem, sequentia suaderam : primò, ut saltem bis in anno, Vere scilicet, & Autumno corpus sibi hocce appropriato bolo expurgaret :

*R. elect. lenit.*

*vel*

*Cass. rec. extr. ʒiij  
Spec. diatereb. Myns. scrup. ij M.  
cum syr. ros. sol. E. bolus.  
saccharo perspergendus.*

**Sig. Lavrende Griesß: Rathweg auff 1 mahl.**

Secundò ut pro facilitanda ventriculi digestionè, cruditatù attenuacione, & acidi illas coagulantis dulcificatione subinde

de ante , vel etiam post pastum assumeret , quantum tribus primoribus digitis capere poterit ex volla manûs de tali stomachica Tragæa : —

*R. pulu. Stomach. Wirchm. unc. ß.*

*Flaved. cort. aurant.*

*ocul. 69 pp.*

*sem. fenic. sacch. obducti aa ʒij*

*Eleosacch. citr. unc. j M. F. pulu.*

*detur ad schatulam*

**Sig. Magen = Trieth auff vil mahlen.**

Tertiò ut pro renum abstersione , & limositatum illarum , quæ in copia in lotio deponuntur , & nisi ad eò prosperè excernerentur , infallibiliter in arenas , & calculos coagularentur , successivâ , & adhuc prosperiore cum urinis evacuatione : imò & Acidi limositates illas in arenas & calculos coagulare valentis correctione semper biduò , triduòve ante Novilunium acciperet scrup. ij. pulveris antinephritici Schoenfelderni , qui talis est :

*R. sem. anis.*

*petrosel.*

*aneth.*

*Macis.*

*herb. saxifrag. aa unc. ß.*

*Mandib. luc. pisc.*

*ocul. 69.*

*sem. cynosb. aa unc. j M. F. pulu.*

*ex aq. Malu. vino , vel jure*

*circerum rub. fol. malu. & rad. petros.*

*alterato accipiendus.*

**Sig. Betwertes Griefß: Pulver.**



Totidem diebus ante Plenilunium autem *3ß de pil. de tereb. Mynf.* Ita tamen, ut prætereà caveat omni modo per diætam dare vel minimam occasionem generandis ulterioribus cruditatibus, limofitatibusve facilè in arenas & calculos coagulabilibus, ficut & Acido eadè coagulare, & petrificare valenti. Adeóq; ut vitet Aërem intemperatum. In cibis præter nimiam repletionem fugiat cibos crudos, acidos, fallitos, naturâ fuâ viscosos & difficulter digestibiles, & proptereà facilè coagulabiles, quales funt in fpecie fructus horti præcipuè austeriores, lacticia quæcunq; adeóq; cafeus, caro fuitilla, carnes fumo induratae, aceto aut fale conditæ, pitces limofiores ut anguilla, carpiones &c. In potu præter oblationem sobrietatis teneat cum vino viribus mediocri, fapore grato, colore albo, diuretico, & probè defæcato. Somno indulgeat faltem nocturno, & minimè lupino, otium fugiat, & feriam à pafu ad studia applicationem. Corpus conetur habere indies apertum, & in animi paffionibus fit animo hilari, & minimè defolato. Quòd fi quandoq; ientare luberet, affumat aut juris cicerum rubeorum, aut alterius aliquot foliis maluæ, vel etiam unâ alterâve radicula petroleini alterati fcedellulam, aut ejus loco unam alterâve fcedellulam decocti Theè adeò in nephritide decantati, ut ubi Theè crefcit, & frequenter bibitur, nullum unquam fuiſſe vitum calculofum, fint, qui afferant. Sciendum verò eſt Adoleſcentem hunc, quantum dicebat ipſe, nunquam quidem ullos excreviſſe calculos, neq; ſpeciales ſentire ſolere in renibus aut alio loco dolores, urinam etiam ipſam fat commodè emittere; ex eo tamen ſibi de deterioribus ſummo-perè metuere, quòd urinam ſemper excernat crudam, albam, & plurimùm viſcoſæ, limofæve materiæ in matulæ fundo de-

ponentem ; verbo talem , ex quâ præviâ suus Dominus Frater tandem adeò calculosus evaserat , ut in florentissima ætate è vita excedere debuerit , deprehento post mortem in disseccto ejus cadavere sinistro rene totaliter putrefacto , dextro verò cæterùm quidem sano ( nisi , quòd solito majore ) aliàs autem variæ magnitudinis & figuræ calculis per ureteres deorsum , usq; ferè ad vesicam urinariam eatenus repleto , ut nec gutta quidem urinæ pertransire valuerit.

§. CIV. Mox post datum jam enarratum consilium sui Adelspergam Auerpergicis Principibus subditum Oppidū ad à Colicis doloribus liberandum D. Nussdorferum per litteras vocatus. Quò pertingens in D. Patiente quidem nil speciale præter ordinarios ab acido peccante dependentes colicos dolores deprehendi , neq; ad eos sopiendos adhibui alia , quàm ea , quæ in alijs similiter affectis aliàs feliciter uturpaveram : speciale tamen , quod eâ occasione ibidem observavi , fuit , quod in famosa illa Adelspergensi Caverna , de qua Valvasorius in sua Topographia lib. 4. cap. 8. viderim purissimas aquæ pluriæ per cavernæ illi superstratum montem transudantes guttas in saxeam , seu potiùs gypseam materiam converti , & inde dependere tantam mirabilium illarum ibidem visibilium facierum diversitatem. Aliquæ siquidem guttæ etiamnum sub aquæ forma facierum illarum inferioribus prominentijs adhærebant , quæpiam jam aliquàlter indurata , quæpiam autem jam planè saxeam durtièm adeptæ. Undenam tamen eis ista induratio ? concipere non poteram. Ultimatum mihi quidem persuadebam eam à fermento quodam specifico coagulandi vi pollente dependere debere , illi planè analogo , quod teste Szentivanyo in *Miscellaneis Suis Curiosis* hinc inde per Hungariam diver-

diversissimas aquas in saxa convertit ; cujusnam verò protapia id esset , num nimirum Acidæ , num Alkalicæ , rursus hærebam , præsertim , quòd gustu nullam in guttis illis aqueis sive iam coagulatis , sive nondum coagulatis specialem qualitatem advertere potuerim . Si tamen Davidis vander Beeste experimentis fidem adhibere velimus , qui *lib. 2. Experimentorum circa Natur. Rerum Principia* docet omnem Rerum Coagulationem ab Acido dependere , dicere cogimur & harum guttarum coagulationem ab Acido contingere , & consequenter dictum eas coagulans fermentum de Acida protapia esse.

§. CV. Sed suppositâ tali lapidum in Macrocosmo , seu majore Mundo generatione alia exoritur quæstio ; num non nimirum etiam Calculorum in Microcosmo , seu homine similiter accidat productio ? Et dicerem Ego , quòd ita , eò quòd similibus similes sint generationes ; cum ergo calculi , seu arenæ in homine idem sint , quod lapides in majore Mundo , non video , cur alia eis deberet assignari generatio : præcipuè quòd in homine nec desit materia , quæ in calculos coagularetur , nec fermentum acidum eam coagulare valens : materia videlicet limositates illæ , quæ communiter in quibusvis urinis in fundo matulæ deponuntur ; fermentum autem Acidum pancreaticum , glandulare , & quod cum acido præditiis esculentis & potulentis indies assumitur . Nec refert , quòd omnes homines talibus limositatibus & petrifico fermento sint præditi , & tamen non omnes calculo laborent . Diversa siquidem intervenire possunt , quæ causas in suis actionibus impedire valent ; & in calculorum arenularumve in homine productione quidem vis expultrix ( quæ in fibrarum proba constitutione

consistit ) in expellenda illa aliàs facilè coagulabili limositate apud quosdam expeditior , quàm apud alios , vasa urinaria ampliora &c. quæ si talia non essent in §. XCII. memorato Adolescente , ille jam pridem à calculorum copia in nescio quàm miserabilem statum fuisset deductus , & adhuc in miserabiliorem Sacerdos ille §. LXXIX. inductus. Quorum expultrix verò quia adeò in expellendo prompta est , ut limositates illas citiùs cum urina excernat , quàm ab Acido in calculum , vel arenam coagulari possint : vasa etiam urinæ emittendæ destinata sunt ampla satis ; nulla succedit in eorum corporibus calculorum arenularumve generatio : in contrario modo constitutis verò contratio modo. Et revera acidum esse illud fermentum ulteriùs convincunt remedia adversus calculos communiter à practicis adhiberi solita , quæ alkalicæ potiùs naturæ sunt , quàm acidæ ; quemadmodum talia fuere etiam illa , quæ nos memorato Adolescenti pro præservatione suasimus , partium suarum tenuitate , volatilitatève alkalicâ non solum limositates illas , quæ calculi solent esse materia , attenuare , subtiliare , & veluti in serum convertere valentia , verùm & Acidum illud fermentum absorbere infringere & præcipitare. Neq; refert , quòd nephriticis subinde quoq; acida à Practicis suadeantur , veluti spir. nitri , suc. limon. citri , aurant. &c. suadentur siquidem ista non tam pro calculorum dissolutione , quàm potiùs pro eorum unà cum sero urinario tempestiva exclusione. Quà acida enim isthæc nerveas Renum , ureterum , & vesicæ fibrillas vellicant , & ad urinæ , cumq; ea ad calculorum , & arenarum citiorem exclusionem stimulant &c.

§. CVI. September, uti connaturali æris temperie omnes hujus anni mentes facile superârat, ita morborum habuit minimum.

§. CVII. Nostras Pharmacopola suæ artis gnarissimus ex colicis doloribus jam ultra annum manibus pareticus, seu uti vulgo loquuntur, contractus ex renovatione eorundem dolorû occasione intentæ animi ex candescentiæ in ipsis thermis Rudolphswertensibus existens epilepticus conciderat, propterea diversis quidem ex aliorum Medicorum consilio utus, sed frustrâ, tandem DEI subsidio liberatus fuit iteratis ex meo consilio singulis octiduis semel his levibus (facillimæ enim purgationis erat) pillulis:

℞. pill. tart. Querc. scrup. j  
 extr. valer. maj. gr. iv M.  
 cum spir. lil. conval. F. pil.  
 num. vij

Sig. Haupt: Pillulen auff 1 mahl.

Singulis matutinis verò ex aqua cerasorum nigr. acceptis his pulu. specificis, deobstruentibus, & dulcificantibus:

℞. specif. cephal. Michaël. gr. xij  
 rad. valer. major. pulu. gr. v  
 arcan. dupl.  
 chrystal. mont. pp.  
 sacchar. perl. aa gr. iv M.  
 F. pulu. detur in sextuplo.

Sig. Besondere Bergicht: Pulverlein.

Quæ quidem tantæ efficaciz fuere, ut unicâ vice ad hæc adhuc redierit poroxyismus. Quò is verò constanter emaneret, suaseram, ut memoratas pillulas adhuc per aliquot septimanas dicto modo continuaret, pulveres verò saltè ante, & in

Lunæ quadris. Et vivit etiamnum à tam horribili affectu liberimus.

§. CVIII. Sciendum verò est Thermâs in parestibus, vulgo contracturis dictis, & alijs quibuscunq; arthriticis affectibus paulò diuturnioribus, ob tot felices, quos in eis percurandis, quotidianâ experienciâ teste, edere solent effectus, adeò vulgare esse remedium, ut ferè nullus reperiat taliter affectus, qui ultimatim ad eas, tamquam ad unicum arthriticorum aylum non confugiat. Quòd autem non confugiant omnes æquè pro earum usu dispositi, plures redire detrius constitutos, quàm advenerint, non rarò accidit: subinde etiam planè non redire: quemadmodum nuperrimis annis in thermis Slangenbursibus in inferiori Styria sitis obtigit hujus Labacensis urbis meritissimo Judici Tholmainero. Unde propterea meritò quæritur alligati casûs occasione, quænam causa esse debeat, quòd thermarum usus quamplurimis pareticis, arthriticisq; soleat esse adeò proficuum, uni alterive verò subinde tamen adeò, uti dictum, nocivus? Respondeo id eis, meo judicio, potissimum ita evenire, quòd vel non ritè dispositi eas ingrediantur, vel quòd regulariter non balneent, vel deniq; quòd balneationis tempore vivendi regulam ritè non observent. Remedium etenim etsi de se sit optimum, si hisce non correspondentibus in usum ducatur, est idem ac gladius in manu furiosi. Oportet verò cum, qui thermis indiget, & ex earum usu commodum exoptat, primò internis visceribus esse sanissimum. Secundò omnis biliosæ cacochymiae expertem. Tertiò à febre liberum. Et tandem quartò viribus utcunq; constantem. Qualiter constitutus verò quia non fuit nominatus Pharmacopola, Tholmainerus, Ludovicus pictor, Linga Vi-

trarius, Labassar & certi Centurionis uxor, mirum non est, quod cum eo, quod ex thermis expectarant, levamine reversi non fuerint. Istam ob causam aliter Ego processeram cum Georgio Lipausch Presbytero, & Cooperatore Monspurgensi ad finem ætatis 1696 manibus pedibusq; adeò factoparetico, ut eis prorsus uti nequiverit. Hunc etenim, quia videram non solum viribus valde destitutum, verum & biliosis humoribus plenissimum, nec non febre lentâ continuâ detentum, tam diu in aliorum, virium debilitatem, biliosorum humorum successivam eductionem, & febriculæ illius lentæ extinctionem respicientium remediorum usû distrahebam, donec thermas, ad quas tamen, sed uti dixi, indispositus unicè anhelabat, pro eo anno adeundi tempus præterlapsum fuerit. Et recuperatis utcumq; viribus, eductâ per epicrasim biliosâ cacochymiâ, & febriculâ illâ extinctâ, cum accrescente die manifestè advertit accrescere sibi indices per se & manuum & pedum robur: donec tandem appropinquante Vere eis etiam jam utcumq; uti potuerit, lentè deambulare, & solita missæ sacrificia opitulante ædituo peragere. Ad Maij verò finem demum adierat Thermas, regulariter eis utebatur, & reversus fuit quàm sanissimus. Regularis autem thermarum usus est, uti & diætæ sub earum usû observatio, qualem descripsimus §. LXXVI. hujus Chronologiæ.

§. CIX. Quoniam verò thermas cuilibet, quâcumq; tandem de causa, adire non licet; producere in medium lubet Sebastianum Waischel pariter Presbyterum Crainburgensem, virum quoad ætatem sexagesimo anno proximum ultra anni spatium manibus pedibusq; primùm ex colicis doloribus pareticum, postea verò & ex levi apoplexia paralyticum, quem Ego, quia thermas adire volebat, ante aliquot

annos præmissis præmittendis opitulante supremo Archiatro DEO sequenti balneo eo perduxeram, ut etiamnum ambulare, suâq; uteunq; , qui tamen, uti dixi, ultra annum lecto erat affixus, peragere valeat :

℞. Calc. viu.

fulph. apyri aa lib. 1.

herb. juæ arthet.

paralyf.

siderit.

rosmarin.

origani

flor. lavend.

gran. junip. aa Miss

decoquantur in aq. com. mensur. viij

& sinantur refrigerescere. Postea calefiant

aquæ com. urnæ aliquot, indantur labro

balneatorio, & pro earum attemperazione

affundatur decoctum prædictarum specie-

rû. Hinc insideat æger, in eâq; persistat quoti-

die saltem per horam, vel si potest diutius.

Ex balneo ingrediatur lectum, & perunctis calidè unguento nervino vel paralytico Mysf. Ipinâ dorsi & artubus affectis continuet sudorem per horam. Advertendum tamen, non esse necessè, ut pro qualibet vice novum decoctum pareretur, sed sufficit unum pro quatuor, quinquéve vicibus, eandem aquam semper de novo calefaciendo.

§. CX. In Octobri, uti pariter suo loco dictum, similiter utcunq; sibi constabat humana valetudo: notabiliter tamen copiosiores erant ægroti, quàm in Septembri, fortè ob auram saltem in primo mensis hujus dimidio inam-



niorem ? Quod morbi tamen fuerint potissimum eis, quorum curationes jam hæcenus notavimus, simillimi, non lubuit eorundem historias, præter paucas quaspiam hîc inducere.

§. CXI. Mihi ipsi levis quæpiam defluxio cum pruritu ad oculos acciderat. Postquam verò aliquoties ante somnum palpebrarum commissuras ungu. Nibili ad oculos dicto perunxisssem, citra aliorum usum, me sensi ad votum sublevatum. Willius etiâ in tali casu hoc commendat :

℞. ungu. Nibil.

de tut. aa ʒij

margar. pp.

coral: rub: pp:

ocul. 69 pp:

tut. pp. aa scrup. ij

campho. gr. vj

fôl. auri:

argent. aa num. iv.

M. F. ungu.

Cui, si quis velle, etiam addere posset sacchari saturni. scrup. j.

§. CXII. Patiebatur Mercatoris de Graffhaiden filiolus lactens Achores eò tandem in facie progressos, ut ad oculos penetrârint, eis demum etiam ingentem crustam superinduxerint, ut metuendum fuerit, ne materia crassa, & absq; dubio acido acris à solita excretionè præpedita pupillas corroderet. Author propterea crâm, ut crustis palpebras contegentibus unguentum Nibili ad oculos dictum subtili linteolo illitum superponerent. Et decidere crustæ intra noctem catenus, ut infantulus mane citra impedimentum oculos aperire & circumspicere valuerit. Quò deflu-

xio isthæc verò tantò radicaliùs extirparetur, infantulo ad intrò pro revulsione *mann. el. in aqua Euphras. solutæ 3 vj* propinaveram; nuchæ apposueram emplastrum ex *resina pini*; & quò dictum unguentum adhuc ulterius saltem dormienti pupulo apponere continuarent, expergefacto verò rursus removerent, elutis ocellis cum lacte recens ex uberibus in ocellos expresso: aut cum eodem tantundem aquæ ros. admisto, jusseram, & res successit ad votum.

§. CXIII. Adm. Reverendus Pater Laurentius Ord. Cisterc. Sitticij Professus circa Novembris dimidium factus pleuriticus, antequam adhuc ad me tanquam Celeberrimi illius Conventûs Ordinarium Medicum pro consilio recurrisset, mox à mali invasione copiotum sanguinem ex incisa lateris affecti mediana emiserat. Postridie superveniens Ego ipsi adhuc tantundem sanguinis, (plethoricus siquidem erat) extraxi, pectus perunxi *angu. de althæ. ol. amygd. dulc. & tantillo sem. cymîn. submè triti*, atq; pro facilitanda expectoratione propinavi *decoctum pectorale cum additione syr. de alth. Fern, & papau. errat. nonnihil dulcificato*, & convaluit intra biduum citra aliorum utum. Procul dubio, quia sanguinem in partem affectam ruentem maturè revulserat, & solitæ suæ circulationi restituerat: unguento verò partim dolores leniverat, partim verò parùm illud, quod de sanguine fortè jam extravasatum erat, discusserat. Decocto tandem pectorali autem sanguinis acrimoniam, & ebullitionem præternaturalem tempestive satis suppresserat, & expectorationem promoverat &c. Tantùm valuit obstisse principijs.

§. CXIV. Equo erat ex inferiori Carnioliâ allata 20 circiter annorum puella jam in septimam septimanam Colicis dolo-

doloribus tortâ , aliquoties etiam epilepticis convulsionibus exagitata , tandem verò & paresi utrarumq; extremitatum enervata. Pulsus habebat debilem , paruum , frequentem , imò tremulum : vigilie erant ferè continuæ : sitis immensa : pectus phlegmate repletum , & inde respiratio præterquam anhelosa , etiam stertorosa : gena , præcipuè sinistra , rubebat : pectus , & extremitates dolebant. Demum supervenere pustulæ quæpiam pellucidæ minutæ , cute corporis fulcâ , ac si aquâ fervente exusta fuisset , existente. Et obiit. Ubi igitur talia in morbis conspexeris proximam esse mortem prædicito.

S. CXV. Jam enarratis casibus occasione mihi occurrit per Illustris Isenhausius ante triennium circiter ex febre malignâ vitâ functus. Cui , cute pariter existente fulcâ , & veluti exustâ , biduo ante mortem ( quod aliàs in nullo hætenus observavi ) primùm super naso , & circa supercilia , postea verò super fronte , demum super universâ facie verus quidam mutor succreverat , qui linteo abstergi poterat , sed paulò post denuò recrescens , manu autem contactus alperitatem , ac si minutissimâ arenâ perspersâ fuisset facies , prætulit : genuinum universalis tyderationis seu corruptionis indicium.

S. CXVI. Jacobus Ubez Barbitonsor & Chirurgus , cujus jam etiam superius meminimus , ex vehemente irâ , & in aqua suscepto frigore acutè febricitans cum vomitu biliolo præassumpto clystere domestico ex dextri brachij mediana uncias circiter sex sanguinis mox à mali invasione emiserat. Postridie purgavit assumptâ aquâ laxativâ Managet. Tertio mane sudavit super tali mixturâ :

*R. elect. diascord. Frac. ʒiſſ.*

*CC. phlicè pp.*

*antim. diaph.*

*ocul. 69 pp. aa. scrup. ſſ.*

*lap. prunel. gr. vij.*

*ſyr. de ſcord. ʒij.*

*aq. card. ben.*

*ſcabiſe aa. unc. j M. F. potio*

*Sig. Schwarz; Mixtur auff 1 mahl.*

Et tantùm inde ſublevatus fuit, ut abſterto ſudore magnam ejus dici partem in tondendis barbīs inſumpſerit. Quòd noctu verò febris rurtus increviſſet, emiſit poſtridiè rurtus ex altero brachio tantundem languinis. Veſperi bibit emulſionem ex ſem. melon. & papau. albi cum additione ſpec. de gem. frig. & ocul. 69 aa. scrup. j nec non confect. man. Chriſti perl. ʒj ; & quievit eâ nocte ſat commodè. Mane iteravit mixturam ſudoriferam priùs deſcriptam : & breviffimè citra aliorum remediorum ulum convaluit.

§. CXVII. Famoſi J. C. filioliſ quadrienniſ ſcabiſus ingentem, ſed benignæ naturæ bubonem ſub dextra axilla acquiſiverat. Sualerat, ut *Empl. diachyl. cum gum.* applicarent : & intra paucos dies tumor maturatus, & ruptus fuit, effluente ſere ſponte ichore purulento : Et citra aliud convaluit. Idem emplaſtrum ſufficit etiam ad furunculos citra aliud percurandos.

§. CXVIII. Reſtionis prope ſeminarium habitantiſ Vxor à longo tempore non obſtante diverſorum hæmagogorum uſu menſium obſtructionem paſſa erat. Acceſſerat tandem vicina mulier, quæ ſualerat, ut ægra de vino, cui *centaur. min.* eſſet inſuſum biberet, in propria urina *pulegium* decoque-

coqueret, & decoctum lateri candefacto superfusum utero aliquoties exciperet. Et supervenere tam copiosi menses, ut ægra ad eos cohibendos me in subsidium advocare coacta fuerit. Qui tamen, quia vidi nullum ulterius adesse metuumdum accidens, aliud ipsi non suasi, quàm ut à vino tantisper abstineret, in quiete se contineret, & quæcunq; impellentia intermitteret: successivè jam futurum, ut citra ulterius malum menses per se subsistant. Quod quidem tandem etiam ita factum: non solum illà nobis inde relicta doctrinà, quòd in mensium obstructione efficacia sint enarrata remedia, verùm etiam, quòd ad menses subinde superfluos non mox ad eos cohibentia festinare debeamus, sed num illi vires deiciant, dispicere. Quid aliàs in mensibus obstructis possint evaporationes, seu suffumigia ex *scorijis antimoniij in aqua decoctis* lateribus ignitis superfusis & utero exceptis, videre licet apud Hartman. in *praxi sua Chymiatrica*. Idem puta de *scorijis Martis*, si ignitis urina superfundatur, & ab eis ascendens vapor utero excipiatur.

§. CXIX. Certi J. C. uxori menses emanserant, & propterea se concepisse credebat: quòd illi verò ipsi altero mense rursus saltem aliquoties rediissent, de conceptione ambigere occæperat: postquam verò etiam tertio mense rediissent, planè desperare, etsi gravidarum ad instar subinde biliota vomeret. Hinc corporis expurgationem urisit, sanguinis ex saphena emissionem, & quæcunq; alia, quibus menses ad copiosorem fluxum proritarentur, illa verò ab intolerato corporis, languore, ventriculi indispositione, & necio quo ardente dextri femoris dolore liberaretur. Purgata propterea fuit bis tali pulvere:

℞. Spec. diaturb. c. rhab. scrup. ij  
 pulu. hermodact. comp. s. sacch. scrup. ℥  
 M. F. pulu.

Pro ventriculi digestionē, obstructionum refectione, & biliosorum humorum tubactione per aliquot dies utā est talibus pulvisculis :

℞. pulu. hepat. rub. ℥℥.  
 diarrhod. Abb. aa scrup. ij  
 arcan. dupl.  
 ocul. 69 pp. aa 3℥  
 Eleosacch. cinam. scrup. ℥ M. F. pulu.  
 dividatur in V. part. equal.

Sig. Gall-tämpfende Digestiv-Pulverlein.

Ultimatim verò etiam ex saphena dextri pedis uncias V. sanguinis emisit. Sed ecce successivè mammæ turgere, ventrem elevari, tandem verò & sætum se movere advertit mensuris quidem etiam quarto, imò & quinto contra omnem consuetudinem mensibus comparantibus, sed in minima quantitate, & albis ferè potiùs, quàm rubris. Unde quidem rursus pro praxi medica cautè exercenda hoc nobis eruere licet : uxoris videlicet mulieribus, si mentes sibi sive omnino emanasse, sive solùm imminutè fluere conquerantur, non facilè, quod gravida non sint, fidem esse adhibendam, sed potiùs esse expectandum tertium, vel etiam quartum mensem, quo dubium non est, quin se graviditas earum satis clarè manifestabit. Quòd si verò eas intereà agrotare contingeret, esse subsistendum in mitioribus, & gravidationi non periculosis remedijs. Prouti de eis plura videre licet in *Intric. Extric. nostro Medico*. Quamvis non desint exempla earum, quæ aut studiò, ut à sætu se liberassent, aut, quòd

quòd se gravidas esse nescierint , adhibuere quæcunq; , & tamen nihil inde damni sentiere.

§. CXX. Sic Sartoris Laurentij uxor plethorica jam à decem annis non imprægnata , consequenter nihil minus sibi , quàm , quòd concepisset , imaginata , dum mentes sibi defecissent , & febricitare incepisset , purgatione & alijs deobstruentibus usa fuit , tandem etiam sanguinem ex laphena emisit , & tamen suo tempore absq; ullo ex remedijs percepto incommodo se gravidam agnovit.

§. CXXI. Hujus ipsius Sartorisæ soror autem Primi Hrauat Sutoris uxor hydropica & absq; prævisione gravida aliquoties purgata fuit hoc electuario :

*R. rob. ebul. ʒj*

*Magist. jalap. pin. sub. gr. xvij*

*Spir. sal. coagul. gr. vij*

*ol. mac. gtj M. cum sacch. F. bolus.*

**Sig. Purgir = Lathweg auff 1 mahl.**

Usa est etiã diversis deobstruentibus , diureticisq; & tamen nullũ inde damnum sensit ; quin imò ab hydropo Ascite in secundo & tertio gestationis mente liberata prægnans ivit feliciter usq; ad consuetum pariendi tempus.

§. CXXII. In Decembri tandem , uti suo loco dictum , potissimum defluxiones vigeabant , & inter infantes quidem ferinæ tusses cum febrì continua plus minus acuta eatenus , ut plurimi eorum necessarijs remedijs destituti planè interierint ; quemadmodum istud in specie testari possunt Waixelburgenses , quantum mihi relatum fuit , exinde bono suarum recens natarum prolium numero eo tempore privati. Ut adco omnino dignum videatur , ut medendi methodum , & remedia , quibus Ego tunc apud

quamplurimos feliciter utebar, in medium producam. Fuere ea verò sequentia : primò eos expurgare solebam cum *manna* in aqua scabiolæ soluta. Secundò lambendum eis præbebam *ol. amygd. dulc. rec. sine igne expressum* nunc solitarium, nunc æquali portione *syr. viol. papau. er. & de althæ. Fern.* ( quia lympha acrimoniâ peccans similibus oleosis, & mucilaginosi optimè obtundebatur ) permistum. Maioribus natu verò etiam tales tabellas sæpius esitandas dabam :

℞. pulp. rad. althæ. in aq. farf. decoctæ &  
per setaceum traiectæ unc. iſſ.  
gum. arab.

tragac. in aq. papau. er. sol. aa ʒiſſ  
sperm. cet. ʒiſſ

sacch. perid. in aq. viol. sol q. ſ.

℞. confect. in tabulis, vel in rotulis.

### Sig. Brust- Marschellen.

Tertiò pectoris regioni à post & antè admovebam *empl. Filij Zahar.* vertici raso aut cataplasma ex *carne limacum in pulvem abjectis cochleis contusorum & succino alb. mastiche, thure, & ros. rub. pulverilatis persperlorum,* aut *simplex linum carptum suffumigio contra deflucciones perfumigatum.* Aliàs etiam *empl. de betonica* quadrasset. Ratione febris tandem à parte bis quotidie ex cultri cuspide in lacte præbebam de tali pulvisculo :

℞. margar. pp.

coral. rub. pp.

ocul. 69 pp.

antim. diaph. aa scrup. j

succin. alb. pp. scrup. ʒ

sacch. perl. ʒj



*fol. aur. num. ij M. F. pulu.*

**Sig. Besonderes Perl: Pülverl auff vil mahlen.**

Quòd si nutrices quarundam videbantur cacochymicæ, propinabam, & ipsis *mannam* in decocto pectorali solutam ab uncijis duabus ad uncias tres, quemadmodum istud fuit in specie factum in nutrice Sartoriana lactandam habente puellulam ferè usq; ad desperationem catarrhosam.

§. CXXIII. Nostratis Pharmacopolæ decem annorum filiolus fortè ex ingluvie simili ætati familiari, vel internorum viscerum pravâ constitutione, vel ex utrisq; simul factus atciticus purgabatur singulis 5 diebus hoc electuario specifico:

℞. *Rob. ebul. 3j*  
*magist. jalap. pin. sub. gr. xi.*  
 (difficilis purgationis erat)  
*rhab. pulu. scrup. ß*  
*Spir. sal. coagul. gr. v M.*  
*cum sacch. F. bolus.*

**Sig. Purgir: Lathwergen auff 1 mahl.**

Intermedijs diebus assumebat semper mane gut. XXX. de hac mixtura stomachico-deopillativa:

℞. *essent. absynt. 3iij*  
*elix. propriet. Parac. 3j*  
*tinct. tart. 3iß M.*

**Sig. Eröffnende Magen: Tinctur.**

In potu ordinario bibebat *Spir. salis*. Et externè ungebat ventrem *ung. de arthanita*, *deopil. rub. ol. lil. alb. & de laterib.* Et convaluit observatâ idoneâ diætâ intrâ perpaucos dies.

§. CXXIV. De variolis aliàs prorsus nihil fuit auditum hætenus. Unde domi consultus quid cum 14 circiter an-

norum (scholari febre continuâ summopere intensâ esset agendum, suaseram, sed de variolis prostantibus nil prorsus sciens, ut ipsi ad uncias quatuor sanguinis emitterent, post prandium verò, dum exiero me jam velle inter reliquos & eum visitare, ulterioraq; , quæ idonea ad rem videbuntur, ordinare. Et factum est ita. Et Ego ægrotum à prandijs inviteram; ast deprehenderam non quidem adco, ac mihi dicebatur, febricitantem, bene verò variolis valde discretis, & omni alio pravo accidente expertibus hinc & inde perspersum. Unde exprobrabam quidem ejus domesticos, quòd de variolis nil mihi dixerint; quòd tamen viderem, variolas esse benignissimas, febrèq; ferè expertes, ulterius nil addidi, excepto, quòd pro majori securitate puero singulis matutinis debeant ex aqua galegæ porrigere talem pulviticulum:

*R. pulu. pannon. rub.*

*CC. pblicè pp. aa scrup. ß*

*myrrhæ. rub. gr. ij M. F. pulu.*

Sig. **Ausstreibendes Pulver auff 1 mahl.**

Pro potu ordinario dare decoctum CC. lentium, & caricarum. Et pro faucium, quæ nonnihil dolentes erant, præservationè frequenter lambendum de *syr. granatorum dulcium*. Num aliàs venæsectio sit in variolis celebranda, nec non, determinavi in *Intric. Extricato meo Med. part. 2. cap. XI.* quod proinde istum in finem revideri poterit.

§. CXXV. Famosus hujus loci Juris Consultus antehac aliàs solis defluxionibus ad oculos frequenter obnoxius, ante biennium verò præterea etiam gravissimam plurium hebdomadarum hemicraniam perpeffus, postquam per plures septimanas hinc & inde per provinciam in suis negotijs profectus fuisset,

fuiſſet, defluxionem quamdam levem ad nares, & palatum perſentiſcere cœperat, cum ſaltem leviter dolorifico in anteriore palati parte tuberculo, quod verò utpote ad eò non moleſtum tam diu neglexit, donec ſuppuratum ſpontè ſuâ apertum fuerit. Hinc advocatus tandem quidem Chirurgus, verùm talis, qui per tres integras hebdomadas eum omnino fruſtra tractavit, ulcere jugiter in eodem ſtatu, & figurâ cordiformi perſiſtente, aëri, quoties æger volebat, liberrimum ad nares cum ſonoro ſybilo ſtridorève grillino tranſitum concedente. Ut puſillanimis inde redditus Patiens, partim verò etiam ab Amicis ſtimulatus omnino ſtatuert Venetias concedere, venetorumq; Chirurgorum dexteritatem experiri. Fortuitò tamen ipſi inciderat, prius iſtâ ſuper re adhuc mecum utpote ordinario ſuo Medico conferre: qui verò quia exactiùs perſpecto malo vidi cum eo nondum eò uſq; fuiſſe perventum, ut domi reſtitui non poſſet, propoſitum iter ipſi omnino diſuaſi, exhortatusq; ſum, ut meæ curæ ſeſe concrederet, ſecurus, fore, ut intra duplicatum, quo Venetias pertingeret, temporis ſpatium cum decuplo minoribus expenſis æquè ſolidè hîc reſtituatur, ac Venetijs. Aut ſi videret curam omnino ſuccedere non velle, ſemper libertatem habiturum, quò ulterius auxilium quærere poſſit. Et ſecutus tandem fuit conſilium. Ego verò retento priorè Chirurgo ſic curam exorſus eram: Omnium primò corpus talibus pillulis expurgabam:

*R. extr. Cathol.*

*pil. ſine quib. eſſ. nolo aa gr. xv.*

*Reſin. jalap. pin. ſub gr. ix*

*Merc. dulc. gr. V. M. cum ſyr. de*

*fumar. ſ. pil. num IX.*

Q 3

Sig.

## Sig. Purgir, Pilsen auff 1 mahl.

Hinc pro peccantis lymphæ dulcificatione, & versus cutim directione propinabam, ægro adhuc in lecto existente, quotidie mane lib.  $\beta$  de tali decocto :

$\mathcal{R}$ . rad. chin. ponder.

sarsapar. aa unc. ij

lign. s. raspat. unc. iij $\beta$

lentisc. unc. j

Rasur. CC. 3vj

Infundantur in aq. com. lib. vij

per 24 horas. Hinc decoquantur

lento igne ad evaporationem lib. iij $\beta$

in fine decoctionis addendo

passul. min. mund. unc. j

rad. polypod. 3ij

Colatura detur usui.

## Sig. Schwaif = Trancf.

Et bibatur, uti dixi, mane de eo lib.  $\beta$ , horâ quintâ pomeridianâ verò uncia iv. Mane cum expectatione sudoris, post meridiem citra eum. Reliquiæ specierum autem decoquebantur pro potu ordinario; quamvis apud mensam unum, alterumve vini vitrellum absolute non interdicebatur.

Interea verò tamen nullatenus intermittebatur pro ulceris absterfione, & mundificatione terna quotidie per siphonem talis lavativi injectio :

$\mathcal{R}$ . mel. ros. col. unc.  $\beta$

sulph. apyri

alum. usti aa 3iij $\beta$

alb. græci.

comar. sabin. aa gr. xv

fol. hyperic.

rorismar.

ruta

plantag.

salu.

puleg. aa ꝑj.

conciſa decoquantur in vini & aq. aa lib. ꝑ  
ad conſumptionem unius digiti transver-  
ſi, ſub ſuam decoctionis addendo ærug. æ-  
ris. ʒiꝑ

ſinatur, donec refrigeſcat.

poſtea coletur, &amp; detur uſui.

Ne os verò inde naſcabundum nimis maneret, ſemper de-  
ſuper elvebatur hæc mixturâ :

℞. aq. roſar.

plantag.

capriſol.

prunel. aa unc. iꝑ

Rob diamorrb.

mel. roſ. col. aa. unc. ꝑ M.

Ulceris cavo tamen ſemper deſuper expleto petijs lineis priùs  
diſto lavativo intinctis.

Et meliorabatur inde ulcus eatenus, ut vel primo octi-  
duo nobis evidentem conſecuturæ reſanationis ſpem mon-  
ſtrârit. Pro majore ſecuritate tamen adhuc ſemel iterandas  
in principio curæ acceptas pillulas judicabamus : nec non  
continuandum adhuc per alterum octiduum lignorum de-  
coctum : Capiti rato etiam applicandum emplaſtrum de be-  
tonica, cucuphaque geſtanda. Cùmq; æger adverſus hæctenus  
continuatū lavatiuū, utpote, fortè potiſſimūm propter viride  
æris,

æris, abominabile protestaretur, fuit eidem tale substitutum :

℞. decoct. lign. s. lib. ℞  
 myrrhæ rub.  
 oliban. aa scrup. ij  
 aloës gr. xv  
 mel. ros. col. unc. j M.

Atque ulceris cavo loco petiarum hæctenus in priore illo lavativo intingi solitarum petiæ siccæ, quò incarnatio tantò celerius procederet, impositæ. Et successit nostra intentio ita dextrè, ut intra trium septimanarum spatium ulcus ad omnimodam consolidationem perduxerimus, solâ superstite adhuc eo in loco, quo ulcus erat, cavitate aliquali reliquo palato profundiore, quæ verò ut & ipsa expleretur, adeoq; Domino Patienti omnis non perfectæ curationis suspicio adimeretur; Is re ipsâ etiam ab omni recidiva securior redderetur, jussus fuit præter aptæ diætæ continuationem adhuc per aliquot dies aliquoties de die tali mixturâ os colluere :

℞. decoct. lign. s. lib. ℞  
 aq. plantag.  
 prunel.  
 salu. aa unc. ij  
 mel. ros. col.  
 syr. de ros. sic.  
 de symphit. aa unc. j  
 myrrh. rub. gr. v  
 lap. prunel. gr. iij M.

Singulis septimanis semel etiam his pillulis caput expurgare :

℞. Mas. pil. de succin. Crat. 3j

Resin.

Resin. jalap. pin. sub. ʒʒ  
 scammon. sulph. gr. xv  
 ol. mac. gt. ij M. cum  
 syr. de beton. F. pil. instar pisi min.  
 dentur ad scabulam.

Sig. **Haubt**: Pilsen / deren 5 oder mehr nach ge-  
 ringen Abentmahl zu nehmen.

Et tandem in sinistro brachio cauterium sibi inuri curare.  
 Et vivit ( laudes , à quo omnis medela , supremo Archia-  
 tro DEo ) etiamnum citra querelam. Rarum autem , &  
 silentio non prætereundum videtur esse istud : quòd duo  
 quidem ossicula majoris unguis latitudinem faciliè adæquan-  
 tia ex dicto ulcere prodierint , unum mox sub primis prinii  
 illius lavativi ( dilatato , & ope lanceolæ inciso eum in  
 finem ulcere ) injectionis diebus totum corrosum , & ni-  
 gredine obductum per os ; alterum verò , & quidem ali-  
 quot post integrè jam peractam curam septimanis sub  
 fortiori sternutatione per dextram nares. Procul dubio ,  
 quoniam natura sub ipsa curatione inter ista duo ossicu-  
 la ab acri defluxione exela , & laminatim discerpta  
 novam carnem produxerit , ossiculorum uno deorsum ad  
 os protruso , altero verò sursum nares versus recedente ,  
 suo tempore quoque suum exitum acquisituro ? Sed agen-  
 dæ DEo gratiæ , quòd sibi tamdiu hærens novum ul-  
 cus quoq; in naribus non causerit. Quævisisset bonus  
 Patiens Venetij subsidium , quàm carò id sibi venisset , enar-  
 raret. Quamvis eos , qui Chirurgicis egent subsidijs , quòd  
 Italiam , quam scio longè expertioribus Chirurgis abunda-  
 re , ob tot , quæ in populosissimis suis Xenodochijs habent ,  
 exercitia , quàm nos in hisce partibus , subinde petant , Ego

adeò non admiror, admiror verò eos, qui etiam pro internis affectibus (pretis etiam centuplum majoribus ibidem, quàm hîc faciendis expensis, illuc proficiscuntur; dum tamen quos nos hîc (suppositâ fideli eorum, quæ ordinantur, executione) non percuravimus, hætenus nec percurârunt alienigenæ. Ast Calcari & nobis hîc opus.

§. CXXVI. De gravidis, puerperisq; juxta suo loco dicta circa hoc tempus singulariter periculis expositis multa hîc mihi essent necessariò dicenda, eò, quòd earum curationes sint à Curationibus earundem extra tales circumstantias constitutarum toto celo diversæ: Quòd istud verò jam fecerim, meo judicio, utcumq; exactè in *Intric. Extric. mei Medici capit. XV.* & sequentibus aliquot, supervacaneum mihi videtur hîc idem ipsum rursus repetere. Cui lubet, illuc se conferat. Mihi interà sufficit in præfenti in eorum, quæ memorato loco protuli, confirmationem, unum alterúmve exemplum saltem insinuativè in medium proferre.

CXXVII. Certi in Judæorum platea Sutoris uxor in nonum mensem gravida ex insperato in ingentem uteri hæmorrhagiam inciderat, & neglecta unâ cum fætu priusquam peperisset, interiit.

§. CXXVIII. Illustrissima Comitissa de Schrottenpach quidem feliciter pepererat, superveniente ipsi tamen febre malignâ cum convulsionibus epilepticis, non obstantibus exquisitissimis remedijs, eandem sortem experiri coacta fuit.

CXXIX. Felicior istis, & pluribus alijs, quas brevitas gratiâ prætereo, fuit quidem Aurifabri uxor primipara, eò, quòd aliquot à difficili partu diebus ex suscepto



scepto externo frigore , cui incauta se exposuerat quidem & ipsa in febrim continuam cum lochiorum imminutione incidisset , adhibitis verò tempestive adhibendis , tamen rursus sese recollegerit : in eo tamen fuit quoque periculosè constitutis adnumeranda , quòd & partum habuerit difficilem , & à partu periculosè febricitarit. Remedia verò , quibus illa à mortis faucibus fuit erepta , fuere pauca ista , sed mox à mali invasione adhibita , & propterea adeò efficacia : Primò iussa fuit ob imminuta lochia præter asperiores crurum deorsum versus frictiones , citra moram ex dextri pedis saphena uncias vj sanguinis emittere. Secundò clystere saltem domestico intereà præparando sibi corpus aperire , & vel hâc ipsâ operâ etiam naturam ad uberiorem lochiorum excretionem stimulare. Tertio antequam obdormiret ( verus vesperum enim ista agebantur ) talem pulvisculum cardiacum ex aqua scorzoneræ assumere :

℞. *spec. de byacint. inc.*

*antim. diaph. aa scrup. ß*

*arcan. dupl.*

*unicor. marin. aa gr. iij*

*myrrb. rub. gr. ij M. f. pulv.*

Sig. *Hertz- fühlendes Hyacinten- Pulver auff*  
1 mahl.

Quartò si quæ anxietates intereà ipsi obvenirent , de tali aqua cordiali cochleatim accipere.

℞. *aq. cord. temper. unc. iij*

*melis. unc. j*

*margar. pp. scrup. j*

*coral. rub. pp.*

℞ 2

*ma-*

*smaragd. pp. aa scrup. ß**tinct. castor. gr. iij**sol. aur. num. ij M.*

**Sig. Herz, kühlendes Perl, Wasser Löffel, weiß  
zugeben.**

Et oborto ad acceptum pulverem copioso sudore, intra noctem convaluit, lochijs feliciter fluentibus, & febre extinctâ. Quamvis domesticæ fœminæ venæ sectionem contra meam ordinationem ad posteram, nî melius ipsi factum fuisset, diem cum periculo distulissent.

§. CXXX. Postremus omnium, & vel propterea hîc quoq; memorandus, quòd fato quodam singulariori 29 Decembris & annum hunc nostrum Medicum, & sua lumina postremò clausit, fuit per Illustris p. m. D. Wolffgangus Andreas Firempfaill plus, quàm à 30 annis podagricus. Hic quotiescunq; podagrici dolores sibi instabant (instabant autem ferè semper alternis mensibus) toties unâ aut alterâ die præviè acriter febricitare solebat; & quidem eo cum ordine: ut per septem circiter dies communiter dolores augeri soliti fuerint, per septem subsequentes autem diminui, alui fluxu biliolo interveniente; febris autem bis quotidie accesserit in paroxysmorum principijs cum rigore & difficillimâ respiratione, postea verò istis succedente solito febrili æstu: & mane quidem horâ circiter secundâ matutinâ, post meridiem verò horâ circiter sextâ vespertinâ. Præterlapsò taliter 14 dierum spatio autem communiter bono Patienti rursus licuit ad sua munia redire. A quo Domino Patienti subinde hæmorrhoides sanguine manare cæperant, ille etiam quibusdam specificis à Mercatore quodam sibi

com.

communicatis pillulis uti incipisset, dicti paroxyſmi quidem fuere facti & mitiores, & rariores, à postremo Majo etiam saltem podagrici dolores omnino emanerant; verùm cum ea infelicitate, quòd econtra solita febris ( etsi indies ferè mitior, & versus ultimum absq; sensibili rigore, & respirationis solita difficultate ) ab eo tempore nunquam integrè emanerit; quin potius comitata sit agrum usq; ad interitum; non obstante vel ipso Chinæ chinæ, & quorumcunq; & à me, & à Böhmbio famolo Venetorum Medico adhibitorum exquisitissimorum remediorum usu. Procul dubio ex eò, quòd, donec natura adhuc utcunq; vigenſ acidum illud & podagricum & febrile utcunq; à se partim per alvum, partim per extremos artus abigere valuit, febris non incessanter affligere potuerit, neq; dolores, sed saltem per intervalla: postquam illa verò per tot miseras fracta dictum acidum amplius à se amovere non valuit, necessariùm fuit ipsi tandem succumbere, & febri jugiter affligenti succumbere: tandem verò, radicali humido absumpto, & vitalibus spiritibus dissipatis, omnino interire. Miseram Podagricorum sortem! Dum ipsis nunquam melius est, quàm dum est ipsis pessimè. Quamdiu enim acriter torquentur, habent, quòd sibi aliquid vitæ, sed illius ejaculationibus plenè adpromittant; ut primùm verò mitius cruciari, aut rarius, incipiunt, multò magis verò, si planè non amplius, jam interitum non longè sibi abesse imaginari coguntur. Hoc docuit præſens noster casus; hoc ob incomparabiles naturæ dotes immortalì memoriâ dignissimus Gallenbergius: hoc docuere innumeri alij. Ut propterea planè non habeam, quòd tale diurnæ, uti com-

muniter , sed dubito , num justè , loquuntur , vitæ beneficium ulli invidiam. Sed pennam ad thecam.

Annus noster , quem Medico-Chronologicè nobis considerare proposueramus , cursum suum complevit. Reliquum est , ut & nos considerationibus nostris Medicis super ejus constitutione institutis demum finem imponamus.

Benignum Numen faxit , ut id , quod in ejusdem debitam gloriam , & Proximi nostri utilitatem commenti summus , cedat animæ nostræ  
in salutem !

*Non nobis Domine , non nobis , sed Nomini  
Tuo da gloriam. Psal. 113.*





# INDEX

Rerum & Verborum, quæ in hoc  
 primo Anno hujus CHRONOLOGICÆ MEDICÆ  
 continentur.

## A

<b>A</b> cidularum usus quando proficuus ?	Fol. 95 f. 90
Acidularum Roitschenſium infelix in Colicis doloribus ufus.	94 - 90
Äderläß • Täſſel Calendarijs communiter insertæ irridendæ.	30 - 24
Äër quid ?	3 - 3
Äërem conſtituentes particulæ quales ?	3 - 4
Äër eſt ad diutiùs vivendum abſolutè neceſſarius.	3 - 5
Cur ſit ad vivendum adeò neceſſariùs ?	7 - 6
Eſt Spiritu Mundi pleniffimus.	3 - 5
Eſt Spiritùs Mundi vehiculum.	7 - 6
Quis purus dicendus ?	18 - 14
Quis impurus ?	17 - 14
Äëris eſt maxima in res quascunq; ſublunares vis.	1 - 1
Äër nimis ſubtilis, aut nimis craſſus cur ſit ad reſpirationem ineptus ?	18 - 14
Äër frigidus coagulandi vi pollet.	28 - 23
Äëris conſtitutio Anni 1697.	30 - 24
Äëris humidæ conſtitutiones inſalubres.	38 - 43
Äëris ſiccæ conſtitutiones communiter ſalubriores.	38 - 43
Achores oculos impetentes curati.	115 - 112
Agrorum ſulcationes cur ad ſatorum ubertatem adeò proficuæ.	7 - 6
Anates aquis immerſæ cur non ſuffocentur ?	12 - 8
Angina curata,	70 - 70

# I N D E X.

In Moniali.	51 - 52
In Piſtore.	53 - 53
In Sutore lethalis.	53 - 54
Anni humida & calida conſtitutio eſt deterior , quàm humida & frigida.	39 - 43
Annus 1697 cur deſfluxionum fuerit adeò ferax ?	35 - 39
Apoplexia in ſeptuagenario feliciter curata.	45 - 48
Apoſtēma auris curatum.	55 - 58
Aquæ vitioſæ morborum cauſa.	25 - 19
Aqua Iggenſis februm cauſa.	25 - 19
Aquilonares venti humorum coagulativi.	28 - 22
Arbores cur tempore hyemis non viſcant.	6 - 6
Arena ex utero in copia excreta.	64 - 67
Arthritidis vagæ curatio.	56 - 60
Curatæ exemplum.	57 - 61
Item aliud.	57 - 62
Aſcites curatus in puero.	123 - 123
Item in gravida.	121 - 121
Aſtrorum influxus ſaltem majores à Medicis obſervandi.	29 - 24
Aſtra malè obſervantur in ægro periculose conſtituto.	30 - 24
Aves cur vitro incluſæ extracto inde artificioſè aère emoriantur?	4 - 5
Aura verna qualis , & quis ejus effectus ?	21 - 18
Aura æſtiva qualis , & quis ejus effectus ?	20 - 16
Aura autumnalis qualis , & quis ejus effectus ?	20 - 17
Aura hyemalis qualis , & quis ejus effectus ?	19 - 15
Auræ repentinæ mutationes peſſimæ.	26 - 20
Auſtria cur dicatur venenosa , niſi ſit ventosa.	23 - 19

## B

<b>B</b> Alneum antiarthriticum Authoris.	114 - 109
Bubo benignus curatus.	118 - 117

## C

<b>C</b> Alor innatus viventium , ſpiritusve vitalis eſt ſpiritus Mundi Univerſalis portio.	4 - 5
Carinthia , Styria , & Tyrolis multos alit ſtrumofos , & obtulo ingenio præditos.	23 - 19

# I N D E X.

Calculorum causa acidum peccans.	109 - 105
Calculosorum alkalika , & non acida remedium.	110 - 105
Catarrhi curati.	49 - 50
Catarrhus suffocativus cum febre acuta curatus.	71 - 72
Caverna Adelspergensis.	108 - 104
Cerebri fluctuatio curata.	46 - 49
Coagulativa vis aëri frigido unde ?	28 - 23
Colicorum dolorum causa.	37 - 42
Golicæ curatio in genere.	78 - 77
Golicæ curatæ exemplum.	81 - 78
Item.	81 - 79
Item.	87 - 79
Item.	93 - 89
Colici & arthritici dolores cur Anno 1697 adeò frequentes ?	40 - 44

## D

DEffusionum quænam auræ constitutio feracissima ?	25 - 20
Diarrhæa curata.	102 - 99
Dysenteria indolens lethalis.	104 - 101
Dysenteria præmaturè suppressa lethalis.	104 - 102
Dysenteria præmaturè suppressa causa palseos , seu contractura.	105 - 102

## E

EClipsum , præcipuè solarium , unde tanta nocumenta ?	7 - 6
Endemiorum affectuum quæ causa ?	24 - 19
Epilepsia curata.	97 - 94
Item.	111 - 107

## F

FÆtus in utero materno respirant.	9 - 8
Fætus in utero etiam per os nutriuntur.	9 - 8
Fætuum in utero minor est sanguinis , quàm extra uterum efferue- scentia.	10 - 8
Fætus in utero petrefactus.	64 - 67
Febres cur fuerint Anno 1697 adeò raræ ?	40 - 44

# I N D E X.

Februm intermittentium Anno 1690 apud Mutinenses adeò frequen- tium à Ramazino inducta causa in dubium vocatur.	41 - 45
Febris miliaris quid ?	103 - 100
Febris maligna cum diarrhæa & petechijs curata.	91 - 87
Febris tertiana intermittens curata.	95 - 92
Item.	96 - 93
Febris tertiana duplex continua cum supervenientibus mensibus curata.	101 - 98
Febris continua cum narium hæmorrhagia curata.	88 - 86
Item cum menstruo fluxu & petechijs.	90 - 86
Febris tertiana duplex continua curata.	59 - 64
Febris acuta curata.	117 - 116 & 57 - 63
Fluctuatio cerebri curata.	46 - 49
Frigus , quatenus acido pollens , à putredine præservat.	39 - 43

## G

<b>G</b> Angræa labiorum uteri.	65 - 68
Generaciones æquivocæ v. g. ranarum ex luto &c. quâ ratione contingant ?	7 - 6
Generatio lapidum quomodo contingat ?	108 - 104
Gravedines curatæ.	49 - 50
Gravidæ puerperæq; cur in Decembri Anno 1697 steterint adeò periculosè ?	43 - 47
Gravidæ cautè medicandæ.	120 - 119
Gravidæ ad nullum remedium facilè abortiunt.	120 - 119
Item.	121 - 120

## H

<b>H</b> Abitationes quibus in locis salubriores ?	22 - 19
Hæmorrhoides tumidæ & dolentes curatæ.	92 - 88
Halitus hominis in alium inflatus , quâ ratione eum subinde ad vi- tam revocat ?	5 - 5
Hæmorrhagia narium curata.	86 - 8; Item 88 - 86
Hemicranie curatio in genere.	54 - 57
Hemicrania curata.	99 - 97
Hirundines ubinam tempore hyemis morentur ?	6 - 6
Hirundines quomodo sub aquis morantes non intereant ?	11 - 8
Homo	



I N D E X.

Homo cur tempore nubilo & pluvioso sit magis tetricus, lassusq; ?	5 - 5
Hungaria cur dicatur Germanorum sepulchrum ?	23 - 19
Hydrops in gravida curatus.	121 - 121
Hydrops labiorum uteri cum gangræna lethalis.	65 - 68
<b>I</b>	
Icterus flavus cum hydropo curatus.	97 - 95
Insectorum cur plurima hyeme emoriantur ?	6 - 6
<b>L</b>	
Linguae ariditas curata.	91 - 87
Luna est spiritus Mundi veluti mater.	7 - 6
<b>M</b>	
Medicis testimonijs citra juramentum fides adhibenda.	84 - 80
Mensium suppressio curata.	119 - 118
Mixtura anticolica Authoris.	80 - 77
Morbi partim ex dietis, partim ex spiritu.	37 - 42
Morbi potissimum ex depravatis aëris constitutionibus.	17 - 13
Morbi quo anni tempore copiosiores.	19 - 15
Morbi verni qui ?	22 - 18
Morbi æstivi qui ?	20 - 16
Morbi autumnales qui ?	21 - 17
Morbi hyemales qui ?	19 - 15
Morbilli Rubeolæ dicti curati.	103 - 100
<b>N</b>	
Necessitas non habet legem.	29 - 24
Nephritidem præservantia remedia.	105 - 103
<b>O</b>	
Oculorum pruritus curatus.	115 - 111
Ophtalmiæ curatio.	55 - 59
Offis palati particula per nares excreta.	129 - 125
<b>P</b>	
Paresis ex dysenteria præmaturè suppressa.	105 - 102
Petechiæ nigræ curatæ.	84 - 81
	Pete-

# I N D E X.

Petechiæ nigræ citra specialia symptomata lethales.	85 - 82
Pisces cur in vivarijs glacie undiq; obductis emoriantur ?	4 - 5
Phtisis curata.	72 - 74
Phlebotomicæ tabulæ reprobatio.	70 - 70
Phrenitis curata.	58 - 63
Pleuritis curata.	116 - 113 & 70 - 71
Pleuritis lethalis.	82 - 80
Prunella curata.	91 - 87
Podagræ in ei subjectis emanatio suspecta.	133 - 130
Puerperæ cur febribus acutis adeò obnoxie ?	44 - 47
Puerpera ex suscepto frigore febricitans curata ?	131 - 129
Puerpera ex febre maligna mortua.	130 - 128
Pudendi muliebris hydrops.	65 - 68

## R

<b>R</b> heumatismus totius.	63 - 66
Rubeola quid ?	103 - 100

## S

<b>S</b> cabiosi solum æstate curandi.	72 - 73
Scabies curata.	76 - 76
Sanguis alterius texturæ & coloris ex naribus , alterius ex incisa vena.	89 - 86
Signa lethalia in Colica.	116 - 114
Item in febre maligna.	117 - 115
Spiritûs Mundi nomine quid intelligendum ;	5 - 6
Spiritûs Mundi origo est à solo DEO.	6 - 6
Spiritus Mundi residet primario in Sole.	6 - 6
Spiritûs Mundi virtus quæ , & quanta ?	5 - 6
Sol est spiritûs Mundi veluti pater.	7 - 6
Sphincteris vesicæ urinariæ resolutio.	69 - 69
Sporadicorum affectuum causa lex rerum non naturalium abusus.	37 - 42
Stranguriæ senibus familiares.	69 - 69
Stranguria curata.	66 - 69
Submersi cur subinde non intereant ?	11 - 8
Synochus imputris cum narium hæmorrhagia curata.	86 - 83
Ther.	

## T

<b>T</b> hermarum usus, & in eis balneandi modus.	77 - 76
Therinae cur subinde plus obsint, quam profint?	112 - 108
Tonsillarum inflammatio curata.	53 - 55 Item 54 - 56 & 60 - 65.
Transpirationis insensibilis necessitas.	16 - 12
Transpirationis insensibilis impeditae nocumenta.	27 - 21
Tusses cur in Decembri Anno 1697 fuerint praecipue inter infantes adeo frequentes?	43 - 46
Tusses ferinae curatae.	121 - 122
Testium tumor curatus.	98 - 96
Testium tumores neglecti lethales.	99 - 96
Thee potus nobile antinephriticum.	107 - 103
Tragea pectoralis Authoris.	50 - 50

## V

<b>V</b> enæsectio in variolis citra damnum celebrata.	124 - 124
Venti quid sint, & quomodo ab aëre simplici differant?	12 - 9
Venti quot numero, & qui?	14 - 10
Ventorum qualitates pro locorum, & temporum diversitate diversae.	14 - 9
Ventorum australium effectus, & inde oriri soliti affectus.	13 - 9
Ventorum septentrionalium effectus, & inde oriri soliti morbi.	13 - 9
Venti orientales occidentalibus temperatiores.	14 - 9
Venti nulli frequentiores, fortiores, & constantiores septentrionalibus, & austrinis.	15 - 10
Ventorum frequens alternatio depurando aëri proficua.	38 - 43
Ver cur saluberrimum?	21 - 18
Vicius ratio moderata prolongat sanitatem & vitam.	39 - 43
Verrucae manuum curatae.	75 - 75
Vicius ratio vulgi qualis fuerit Anno 1697?	39 - 43
Vinum in Colica noxium.	81 - 77
Vinum arthriticis noxium.	57 - 62
Urina mirè gelatinosa.	66 - 69
Urinae incontinentia in puerpera.	63 - 67
Item in senè.	69 - 69
	Uteri

# I N D E X.

Uteri vaginæ exulceratio in puerpera curata.	63 - 67
Ulcus palati feliciter curatum.	125 - 125
Uxoratis menstruis carentibus , quòd non conceperint , faciliè non credendum.	120 - 119

## F I N I S.

**E**Rrata Typographica, si quæ præter Authoris intentionem irreperunt, Benevolus Lector ipse corriget : uti & signaturam fol. 51 ubi loco 5 ponendum 7 bis 9.



DEO OPTIMO MAXIMO

# CHRONOLOGIÆ MEDICÆ

ANNUS SECUNDUS.

SEU

*Constitutio Anni 1698 Philosophicè, Hi-  
storicè, & Medicè Considerata, descripta, & in  
publicum Commodum data*

A

**MARCO GERBEZIO Phil. & Med.**  
Doctore Labacensi, Inclytorum Carniolix Statuum  
Physico & Medico Ordinario, SAC. ROM. IMP. Academiae  
Imperialis LEOPOLDINÆ Nat. Cur. Collega, dicto AGESILAO,  
& Operolo Labacensi dicto INTENTO

*Continens*

Exactam Anni 1698 temporum, auræ, tempestatum,  
& humanorum corporum alterationum apud Labacentes de-  
scriptionem, cum suis historiis Medicis, causis, & Curationibus,  
potissimum ad Modernorum mentem  
adumbratam.

PERMISSU SUPERIORUM

*ILLUSTRISSIMIS CONFRA TRIBUS*

Domino Domino FRANCISCO  
BERNARDO Inclytæ Provin-  
ciæ Carniolæ Pedestris Militiæ Capiteo.

Domino Domino MARCO AN-  
TONIO Inclytæ Provinciæ  
Carniolæ Prætorialium Judiciorum Assessori,  
& Quæstori Generali.

Domino Domino VITO JACOBO.

*LIBERIS BARONIBUS*

DE

WAIXELBACH, Dominis in Grundlhoff &c.

Dom. Dominis Patronis Gratiſſimis.

*Salus & Felicitas.*

ILLUSTRISSIMI

CONFRA TRES

DOMINI DOMINI

GRATIOSISSIMI &c.



*E miremini Fratres Illust. Annum istum Alterum meæ  
CHRONOLOGÆ - MEDICÆ rectè ad Vestras La-  
res prætrocium implorare: eis siquidem is tempo-  
ribus in publicum prodire aspirat, quibus, nisi suf-  
ficiente tutelâ munitus, ne à malevolis biateronibus, & invidis  
detractoribus mox in suo ortu, si non in pristinum suum nihilum  
redigatur, saltem potissimâ sui astimatione orbetur, maximum  
periculum subiret.*

*Ubi verò securiorem tutelam aut implorare deberet, aut  
consequi posset, quàm rectè apud Illust. Dominationes Vestras:  
utpote quos benigni Numen inter reliquas singularissimas virtu-  
tes ( taceo antiquissimam nobilitatem ) quibus tamen & ipsis ve-  
stri consimiles longissimè antecellit, eâ generalitate, sapientiâ, &  
prudentiâ prodigalissimè dotavit, ut nemo facile sub Vestro præ-  
sidio constitutum ne à longè quidem interpellare, taceo cominùs ag-  
gredi præsumperit.*

*Quis se enim Tuæ Franciscæ Bernardæ heroicæ generositati  
opponet? cuius primùm in Romano Imperio adversus Gallos, post-*

*modum verò in Græcia, & Dalmatia adversus juratos Christi-  
tatis hostes Turcas plusquam herculeè exercitæ intuitu Te Inchyta  
hæc Provincia Carniolia Pedestri Suae Militiæ ut Caput proponere  
non dubitavit.*

*Quis Tuæ Marce Antoni incomparabili sapientiæ obloque-  
tur? quàm tantam agnovit illa ipsa Inchyta Provinciâ Carnio-  
lia, ut Te pridem in Prætorialium Suorum Judiciorum Assessorè,  
& Quæstorem Generalè, non pridem autem & in Universalis Suae  
Oeconomiae Reformatorem ex tot aliis deligendum censuerit.*

*Quis Tuæ Vite Jacobe raræ Philosophico-politiæ prudentiæ  
imponet? quâ non solum in privatis, verùm etiam in publicis  
negotiis, quoties occasio exposcebat, Aliis longè præminuisti.  
Quis demique Vobis tribus unitis fortior? me Hercule ex malevo-  
lis meis nemo: & propterea meritò rectè ad vestras Lares patrocini-  
um implorat in publicum proditurus Annus Alter istæ Chronolo-  
giæ meæ Medicæ, sub nullo magis, quàm vestro sub præsidio à de-  
tractorum hostilitate securus.*

*Suscipite proinde eundem tam confidenter in Vestram prote-  
ctionem ruentem, Authorèmq; eius fidelissimum vestrum & ser-  
vum, & Archiatrum pristinis favoribus gratiisque prosequi  
ne desistite: utpote qui vicissim non desinet persistere, quoad vice-  
rit, salutis & honoribus vestris.*

**Juratissimus**

**MARCUS GERBEZIUS.**



# PRÆFATIO

AD

## LECTOREM.



Deò quidem, uti percipies Lector Benevole, Secundus iste Chronologiæ nostræ Medicæ Annus, Annus videlicet 1698 quoad auræ temperiem fuit similis Anno Primo elapso 1697 anno à nobis considerato, ut præterquam, quòd tot, tantasq; ab uno extremo ad alterum auræ mutationes non habuerit, neq; fuerit per totum admodum frigidus, cum facile eundem fuisse crederes. Proptereaq; quidem etiam morbis à tali auræ temperie dependentibus fuit obnoxius simillimis; consequenter specialem circa se nobis considerationem non suppeditantibus: quòd morbi tamen non omnes, uti pariter suo loco videbitur, ab auræ intemperie dependeant, verùm plurimi eorum etiam ab in victis regulâ committi solitis erroribus, & ab alijs ab extra subinde obvenientibus causis; istæ autem hoc anno per totum non fuere elapsi anni erroribus, & ab extra advenientibus causis omnino similes; positò, quòd non haberemus adeò singularem quoad morbos ab auræ intemperie dependentes considerationem; ha-

bcbi.

bebim̄us eandem tamen saltem quoad à victis erroribus, & ab externis causis dependentes. Quamvis tamen non omnino rarò intervenient & alia lectione digna elapso anno quidem prætermiffa, ad nostrum intentum tamen plurimùm facientia : veluti inter reliqua erit consideratio situationis Urbis Labacensis : diversorum meteororum , quatenus ad auræ salubritatem & insalubritatem faciunt : rubiginis, pluviarum, nivium &c. quatenus latis, vitibus, & arboribus frugiferis solent esse nociva &c. Non dubito propterea Te non minùs in hoc Secundo, quàm in Primo illo Anno talia reporturum, quæ Tuæ curiositati utcunq; opimum pabulum sint præbitura : dummodo ea non omnino perfunctoriè, sed collectis nonnihil sensibus sis pervoluturus. Qualia proinde, ut eo animi candore à me suscipias, quo Ego ea tibi exhibita cupio, perhumaniter supplico, proximè, si Cœlites volent, Tibi cum Tertio Anno interviturus, vel propterea duobus istis prioribus singulariore, quòd is quoad auræ constitutionem longè ordinatior fuerit, & tamen pluribus, periculosioribusq; obnoxius fuerit Epidemijs, quàm illi : manifesto indicio affectus Epidemicos non tam à manifestis aëris qualitatibus dependere, quàm ab occultis : id est solis, & eis veris Philoſophis notis. Interea vive, vale, & fave.

MARGO GERBEZIO.



ALLUSIO AD SYMBOLUM EXCELLEN-  
TISSIMI DOMINI AUTHORIS UT ACA-  
DEMICI *Operosi.*

**N**omina, lausque tibi cupis, ut post fata supersint ?  
Nunc fac virtutis sint tibi mella dapes.  
Non vepres Apibus, sed lilia poscua prabent :  
Non vitia, ast virtus sunt alimenta probis.  
Improba fac fugias, & sis AD INANIA NUNQUAM  
INTENTUS. Nobis sic OPEROSUS eris.

Cecinit in debitæ observ. testimonium

Joan. Bapt. Werloschnig Phil. &  
Med. Doct., Practicus Græcensis,

DEO OPTIMO MAXIMO.

MARCI GERBEZIJ Philos. &  
Medic. Doctoris

CHRONOLOGIÆ  
MEDICÆ

ANNUS SECUNDUS

SEU

*Constitutio Anni 1698 Philosophicè,  
Historicè, & Medicè, Considerata.*

S. I.



Uppositis eis, quæ nos Anno præterito hu-  
jus nostræ Chronologiæ Medicæ de Aëris in  
humana corpora vi & energia nec non de  
Diætæ recta observantia pluribus disserui-  
mus, existimo nemini arduum fore de cu-  
juscunque alterius Anni salubritate & insa-  
lubritate justum judicium ferre: dummodo prius perceperit,  
quænam viguerit tali Anno Aëris quoad suum tempera-  
mentum Constitutio, & qualiter nam fuerit communiter ob-  
servata à vulgo hominum victûs ratio. Ab istis siquidem  
duobus docuimus dependere potissimam humanum genus  
infestare solitarum indispositionum generationem: ab illo  
videlicet Epidemicarum, seu vulgarium: ab hoc Sporadica-  
rum, seu dispersarum. Quamvis non omnino desint adhuc

aliæ, à quibus subinde ægrotamus, causæ, veluti si ab extra vulneremur, cadamus &c. quorum verò utpote rariorem specialis consideratio hîc non habetur.

S. II. Ut proinde penetretur, qualiter nam quoad salubritatem & insalubritatem substiterit Annus 1698, qui alter huius nostræ Chronologiæ Medicæ Annus est, aliud de eo dicendum superesse non videtur, quàm citra ambages recensere, quænam per ejus decursum uiguerit Aëris constitutio, & quænam vulgi nostri communis fuerit victûs rationis observantia.

S. III. Dico proinde quoad primum in genere Annum 1698, serè in omnibus quoad temperiem cum præterlapso 1697, coincidisse: adeoque fuisse, ut iste, inordinatissimum: ut plurimum videlicet nubilum, pluviolum, & justò frigidior: in eo serè solo ab isto discrepantem, quòd ob ventos communiter mitiùs flantes admodùm frigidus non fuerit: neq; habuerit tam notabiles Aëris quoad temperiem ab uno extremo ad aliud mutationes: neque diuturnas in una constitutione perseverantias: sed juges ob indies alternantes omnis generis ventos mutationes: adè ut non rarò una eadèmq; dies fuerit & nubila & serena, & pluviosa & lqualida, & tranquilla & procellosa, & australis, & septentrionalis.

S. IV. Quoad secundum autem, seu victûs rationis observantiam dico diætam non minùs hoc, quàm præterito Anno fuisse sat exactè observatam, ob non majorem huius quàm illius Anni annonæ ubertatem. Quod enim de segetibus ab ultra Æquinoctium vernali protractis nivibus illæ (um evaserat, id fuit postmodum per Junij & Julij quotidiana: cum Solis radiorum intermicationibus alternantes pluvias, corrosivosq; rores adè exsuccum redditum, ut trituræ tempore gra-

grana macerrima, & veluti tabe confecta ferè sine farina conspicerentur. Arbores frugiferæ fructibus destitutæ, & vites præterquam paucioribus solitò, austèrissimis uvis ipso vindemiarum tempore obsitæ: unde vinum præterquam paucum, inspidissimum.

§. V. In specie autem fuit antèrius Januarii dimidium serenum & intensè frigidum, secùs ac præteriti Decembris postremi dies, qui austrini fuère, nubili, & ad pluvias proclives. Decima quarta nivola facta persistit talis exceptis paucis, qui subinde absque nivibus intercurrere, diebus, usque ad mensis exitum, & quidem indefinenter flantibus borealibus ventis: qui tamen, quia admodum vehementes non fuère; neq; auram fecerant admodum asperam, sed utcunque tolerabilem.

§. VI. Decimâ quartâ Januarii inchoatas nives usque ad quintam continuavit Februarius, catenusque adauxerat, ut eæ 4. spithamarum profunditatem etiam in planis facilè superârint. Septima facta austrina alternavit cum Aquilone usq; ad 23. Duodecimâ tamen, quæ aliàs etiam propter levem quamdam terræ concussionem erat notabilis, ad eò prævaluerat Aquilo, uti & 17, ut auram effecerit frigoris ratione ferè intolerabilem. 23, verò recurrentes & per integrum quadriduum continuantes nives per elapsis diebus subinde intercurrentes Austros utcunque imminutam nivium molem rursus ad eò adauxerant, ut nisi postremi dies ex Noto tepidi eam iterum imminuissent, habuissent hyemem quoad nivium copiam non minùs famosam, quàm fuit Anno 1684.

§. VII. Martius in ingressu ex Borea nivoso pluviosus mox postridiè fuit ab eodem Borea non solùm serenatus, verùm & de novo intensissimè perfrigeratus: post decem dies

nubibus obducto Cælo frigus illud quidem remissius factum; Boreas autem tamen cotinuans. Æquinoctium pluviosū. 24. serena, sed hoc ipso asperior. 28. Austrina & propterea tepidior. Postremum biduum tandem rursus boreale, & propterea rursus asperius. Nives etiamnum spithamâ altæ, & propterea hyemalibus satis evidens periculum minitantes.

§. VIII. Postremi Martij bidui serenitas continuârat: etiam in Aprilis bonam partem: unde etsi ob australium ventorum penuriam non nihil lentius dissolutæ fuerint nives, vi radiorum Solis interdum jam utcunque vigorosorum demum tamen cessere utcunque feliciter. Undecima facta pluviosa perstitit talis usque ad 21, quæ quidem fuit ab Euro serenata, eam consequentes verò tamen rursus nubilæ & inamœnæ.

IX. Quantò ob insolitam cæli serenitatem amœnior fuit Martius, & ex magna sui parte Aprilis, tantò inacceptabilior fuit ob insolitam auræ inamœnitatem Majus: exceptis siquidem Solis tribus postremis diebus rarissimè intermicantibus solis radijs illustratis fuit per totum nubilus, & usq; ad maximam aquarum exundationem pluviosus: intercurrentibus quidem subinde Euro & Boreâ, prævalente tamen per totum solito asperiore ob multa, quæ secum vehebat, nivium corpuscula Austro & Libanoto. Adeoq; auram prætulit, ei, quæ elapso anno erat, à diametro oppositam, & ad Curas Majales ineptissimam

§. X. Post exactum in dicta inamœnitate Majale tempus sperabamus saltem Junium fore acceptabiliorem: verum experiri debuimus, & ei ipsi sufficientissimas relictas fuisse in aëre aquas, quibus non solum ad facietatem, verum & ferè ad superfluitatem irroraretur: quamvis minimè in ea continuitate ac Majus, verum interruptim, & intercurrentibus

rentibus sapissimè Solis radijs : neq; cum ea auræ asperitate ac in Majo : Exceptis siquidem 11 & 12 , nec non 25 , quæ ex Euro Cæciâq; erant utcumq; refrigeratæ , per totum vigeat Notus australis ventus , adeòq; calidus , qui à ferè quotidie intercurrentibus jam utcumq; validis Solis radijs secundatus reddebat auram ei tempori utcumq; competentem.

§. XI. Exacto sic Junio confidebatur saltem Julius constantior : verùm intercurrentes non minùs frequentes quàm in Junio pluvix , nec non omnis generis venti , imò procellosissimæ tempestates in causa fuère , quòd is longè inacceptabilior fuerit , quàm Junius. Inspecie sexta ex Africo adversus Cæciam , & Euro adversus utrumq; flante adeò horribilis fuit ob incessanter ex densissimis nubibus promicantes coruscationes , tonitrua , & fulminationes , ut quis proximè instare universi interitum inde ominari potuisset. Eâ die in prædio Siberaviano prope Cœnobium Fratrum Augustinianorum Discalceatorum sito mendicus in fenestra adversus tempestatem preces fundens fulmine tactus corruit , cumq; eo & vicinis pellionum ædibus universum prædium in cineres redactum. Subsequentes dies quidem amœniores ; 9 tamen & 10 rursus pluvioso-procellosa. 27 verò tandem ob Eurum Zephyrumq; nubes adversus se invicem agentes , fulgurationibus , tonitruis , fulminationibusq; iterum adeò intempestiva , ut sextæ illi ne latum quidem unguem concesserit ; alibi quæ antùm recensebatur , etiam grandinosa.

§. XII. Augustus quidem adeò procellosus non erat , ac Julius , imò usq; ad undecimam , exceptâ sextâ & septimâ , quæ pariter fuère tempestuosæ , utcumq; amœnus ; æstivam



tamen temperiem affecutus minimè fuit : verùm ob indies alternantes nunc septentrionales , nunc orientales , prætertim Eurum , ventos , & undecimâ exortas in planis horridas pluvias , in montanis verò nives, vix autumnalem.

§. XIII. September in ingressu quidem Augusti inamœnitatem correcturus videbatur , & uvis ob Augusti frigiditatem adhuc durissimis maturandis accommodatissimus futurus : quòd paulò post verò eandem induisset ob pariter indies alternantes ventos , & inde concitari solitas horridas pluvias , imò tubinde & terrificæ tonitrua intemperiem , quam Augustus , fuit & ipse exceptis quinque circa Arcturi exortum serenis , & uvis , quorum tamen jam potior , eò quòd valde putrescerent , pars decerpta erat , maturandis idoneis diebus inamœnissimus. Adeoq; tota , si ritè perspicitur Ætas , sicut antecedens Ver , inordinatissima.

§. XIV. Solius demum Octobris constitutio videbatur esse nonnihil naturalior : eò , quòd etsi neq; ipse caruerit suis inordinationibus , frequentissimisq; pluvijs , eæ tamen exceptis postremis diebus , qui usq; ad aquarum exundationem fuere pluviosi , utcunq; interpollatæ , & communiter brevissimæ fuere : à decima verò usq; ad 22 ferè æstiva aura. Tertiâ inter octavam & nonam horam vespertinam levis quæpiam Terræ Concussio.

§. XV. November econtra excepto post primum pluviosum biduum triduo sereno & tranquillo, nec non tribus , quatuorve postremis diebus pariter serenis , sed ob flantem Septentrionem & altas nives frigore molestis , rursus fuit totus inordinatissimus : potissimum videlicet nunc ex australibus , nunc ex Occidentalibus , nunc etiam ex borealibus ventis pluviosus , aut nivofus , imò tubinde & procellosus

cum horridis coruscationibus, tonitruis, & fulminationibus, quemadmodum 14 die de nocte. Hinc ingentes & nives & aquarum exundationes.

§. XVI. December tamen verò rursus ordinatior, et si & ipse sibi consuetas habuerit inconstantias. Secunda siquidem & ultima fuit pluviosa. Secundam consequentes nunc nivosaë nunc simpliciter nubilaë ex Borea leniter flante. Decimam quartam sequentes serenæ & frigidæ, & tandem 27, sequentes eatenus cum serenitate tamen austrinæ, ut nives hætenus partas ferè in totum dissolverint: quia tamen singulaë isthæc mutationes fuere ob leniter saltem flantes ventos quoad frigus aliàs hoc mense jam utcunque molestum, tolerabiles, causaverant tempus pro ea statione præter solitum acceptabile, & Festa CHRISTI Natalitia veluti verna.

§. XVII. Atque taliter terminatum & postremum hoc trimestre, consequenter totus Annus 1698 in non minoribus quoad tempestates inordinationibus, quàm antecedens 1697, in eò, uti dixi, ferè iolo ab illo discrepans, quòd neque adeò asper fuerit præcipuè Hyeme, frigidusve, neque tantas tamve diuturnas habuerit auræ ab uno extremo ad alterum mutationes: omnes siquidem, quæ in eo contigere, fuere & breviores & tolerabiliores, neque ferè in alio molestæ, præterquam quòd valdè frequentes.

§. XVIII. Quibus demùm sic perceptis spontè suâ de Anni huius 1698 salubritate & insalubritate hoc cadit iudicium: nimirùm in genere loquendo sicut Annum istum non fuisse planè omnium saluberrimum, ita neque fuisse omninò insalubrem. Non fuit autem omnium saluberrimus, et si in eo aliàs ipsi neglecta Diætæ observantia nil obstiterit: eò quòd ad saluberrimos Annos *Galenus Comment. 1. In lib. 1. Hip. Morb.*

*de Morb. Vulgar.* eam in temporibus frigiditatis & caliditatis, humiditatis, & siccitatis sibi invicem successionē requirat, quæ à nemine advertatur. Superet videlicet Hyems reliqua Anni tempora frigiditate & humiditate: Æstas caliditate & siccitate: Autumnus frigiditate & siccitate: sed ita ut eorum successio & permutatio sit veluti inadvertibilis. *Itaque experimentis & ratione didicimus, ubi in hunc modum Anni tempora procedunt, & in se mutuo convertuntur, non existere neque pestem ullam, neque quemquam alium morbum vulgarem, sed solos dispersos, quos vocant, qui victus comites sunt.* Quoniam igitur omnino taliter Anni huius 1698 tempora sibi non successere, sed sæpè sæpius cum valde perceptibili calidi in frigidum &c. permutatione, præsertim mox in Januarij ingressu: circa duodecimam, & decimā septimam Februarij: & ad Martij principium; quid nī debuit in eo quid saltem vulgarium morborum produci, consequenter Annus hic non potuit esse omninò saluberrimus. Neque verò fuisse eum tamen omnino insalubrem, conijcere licet ex eo: quòd etsi is quidem omnibus omnino perceptibilibus quoad temperiem mutationibus non caruerit, eas tamen habuerit saltem solùm leviores, & minùs sensibiles, nec non juxta §. III. recensita minùs durabiles: adeòque tales, quæ singularem in corpora impressionem facere non poterant.

§. XIX. In specie autem debuit indispositionibus deflexionibus communiter adscribi solitis esse obnoxius: eò, quòd Anni multum pluviosi, & in quibus frequenter aquilonares venti excipiunt austrinos, juxta elapso Anno §. XX. à nobis dicta solent esse deflexionum feraces: neque tamen istis ipsis adeò frequentibus, aut gravibus: eò quòd dictæ mutationes neque fuerint admodùm, ac subinde alijs Annis sensibiles,

sibiles, neq; admodum durabiles. Unde propterea quidem toto Anno habuimus cum gravedinibus, tussibus, raucedinibus, tonsillarum inflammationibus, anginis, odontalgijis & similibus à defluxionibus dependentibus indispositionibus ad agendum, præsertim mox ad Anni principium: post duodecimam, & decimam septimam Februarij: ac ad initium Martij, quibus temporibus in auræ temperie sensibilibus res factæ fuere mutationes, eis tamen non æq; frequentibus, periculositate, ac subinde alijs similibus Annis.

§. XX. Sporadicis, & à neglecta victûs regula dependentibus affectibus quidem pariter non omnino caruimus: neq; istos ipsos tamen nos habuisse admodum copiosos, conuincit victûs ratio juxta dicta exactiùs hoc, quàm subinde alijs annis obseruata.

§. XXI In specie autem fuere in Januario præ alijs sporadicis affectibus communiore colici dolores, sudamina, arthritides, & abortus. In Febuario variolæ, febres tertianæ duplices continuæ, Epilepsiæ, & apoplexiæ. In Martio ijdem affectus, sed rariores, nec non febres tertianæ intermittentes. In Aprili & Majo febres tertianæ intermittentes, & continuæ, scabies, & phtises. In Junio penes eadem febres subinde malignas Rubeolæ, seu maculæ miliares, qualium elapso Anno §. C. meminimus, nec non sudamina. In Julio eadem febres, sed potiùs intermittentes, quàm continuæ, nec non diarrhææ. In Augusto eadem febres, & quidem apud quosdam cum maculis petechialibus, diarrhææ & dysenteria. Quod ipsum puta & de Septembri. In Octobri febres tertianæ intermittentes, quartanæ, colici dolores, & ad mensis exitum abortus. Et tandem in Novembri Decembriq; ijdem abortus.

§. XXII. Sicut autem elapso Anno febres fuere rarissimæ, Colici dolores econtrà, arthriticiq; frequentissimi propter rationem ibidem §. XXXIV. allegatam, ita propter contrariam rationem hoc Anno febres fuere frequentiores, quàm Colici, arthriticive dolores: ex eo videlicet, quòd februm primaria causa juxta dicta sit bilis & copiosior & acrior, colicorum, arthriticorumq; dolorum autem acidum sive pancreaticum, sive glandulare, sive quodcunq; aliud. Hoc ipso igitur, quòd iste Annus fuerit quoad frigus temperatior, quàm præterlapsus; produxit in corporibus humanis, potius bilem & copiosiore, & acriorem, quàm acidum: consequenter causam suppeditavit frequentioribus potius febribus, quàm Colicis, arthriticisve doloribus: præcipuè, quòd cum eodem conspiraverit etiam fructuum hornorum paucitas, & major maturitas: qui proinde maturiores, & minore copiâ assumpti, non potuere suppeditare multam colicis, arthriticisve doloribus producendis idoneam austeritatem, aciditatemq;

§. XXIII. Neq; refert quòd ad fructuum hornorum esum communiter potius incidere soleamus in febres, quàm in Colicos, arthriticosve dolores; adeòq; fructus horni potius videantur suâ austeritate, aciditateq; suppeditare causam excitandis febribus, quàm colicis, arthriticisve doloribus: istud siquidem contingit, non tam, quòd fructus horni acidum, quòd febris censetur esse causa, intendant, quàm potius, quòd cruditates augeant, obstructionsq;, à quibus in lateralibus pancreatis ductibus ordinarius pancreatici succi in intestinum duodenum profluxus impeditur: qui succus taliter diutius retentus acrior redditur, neq; demum perfractis ductibus lateralium pancreatis ductuum obstructionibus cum bile

in intestino duodeno aliter concurrere potest, quàm cum febrili effervescencia. Quemadmodum de eo suis in locis pluribus Franciscus de Boë Sylvius, & Regnerus de Graff.

§. XXIV. Nec obstat, quòd pro abigentis febribus potius utamur alkalicis: salibus puta lixiviosis, *cent. min absynth.* & similibus, quàm acidis: eò, quòd istis utamur non tam quàm acidum ut febrium primariam causam corrigentibus, quàm potius quàm cruditates digerentibus, & obstructions referantibus: quibus per ea sublatis liber pancreatico succo ex pancreate in intestinum duodenum profluxus procuratur: consequenter prævenitur, ne ille diutius in pancreate retentus eatenus & adaugeatur, & intendatur, ut demum ad dictum intestinum, duodenum delatus cum bile pariter justò acriore febriliter effervescat. Atq; adeò adhuc inconcussum manet, febrium causam primariam potius esse bilem acriorem, quàm acidum acrius: eò quòd sicuti Anno elapso loco citato diximus, febres intermittentes non accidunt temper, & in omnibus eis subiectis, quibus acidum est & acrius solitò, & copiosius: sed solum tunc, & in illis subiectis, quando, & in quibus simul bilis existit & copiosior & acrior: secus tempore hyemali, annis frigidioribus, in subiectis melancholicis, hypochondriacis, & in regionibus aquilonaribus deberent frequentiores esse febres, utpote copiosiore, & acriore acido abundantibus, quàm Vere & Æstate, annis calidioribus, in subiectis biliosis & in regionibus austrinis, utpote copiosiore & acriore potius bile, quàm succo pancreatico scatentibus: quod verò repugnat experientiæ. Non tamen negaverim esse causam secundariam.

§. XXV. Quemadmodum verò annus iste non fuit ab-

sita sit, ut à quibuslibet, adeòq; & ab aquilonaribus, & ab orientalibus ventis universa commodissime perflatur: quòd si igitur ab istorum perflatu potissima locis salubritas accedat, quid allegata demissior urbis situatio ejusdem salubritati derogat, non video: nisi in Roseam, Raphanaceamque plateam cisq; adiacens forum Ranarum, utpote à memoratis ventis minùs perflabilia, & fortè rectè propterea grassantibus in urbe frequentioribus morbis communiter frequentioribus funeribus obnoxia inde quid mali redundet? Interea verò tamen certum est, partem urbis trans flumen positam, exceptâ Judaica, & ei adiacente virginea plateola, quæ pariter demissiore loco sitæ sunt, & minùs perflabiles, esse monti subjacente parte notabiliter salubriorem. Cracoviam e contra suburbium meridem versus sitam rursus insalubriorem: eò, quòd non solùm sit ob urbem, cui altiori subjacet, septentrionalibus ventis minùs pervia, verùm etiam Labaci fluminis & eam perfluentis Gradaficæ exundationibus adeò exposita, ut exundationum tempore adiacentium domuncularum incolæ non nisi naviculis atria perambulare, & domibus egredi queant. Hinc etiam vulgariùs grassantium morborum tempore ex nulla Urbis parte tot funera exportari cernuntur, quàm ex hac ipsa: quamvis tamen fatendum sit, ad istud etiam non parùm facere huius gentis miserabilem victûs rationem. Sunt enim meri nautæ & Piscatores, quibus subindè necessarium est edere, quod habent, & non quod vellent. Quantum verò ventos concernit: paulò antè dictum est, Urbem Labacentem esse adeò artificiosè circa montem sitam, ut quorumcunque ventorum, adeòque non solùm meridionalium, occidentaliumve, verùm & septentrionalium, & orientalium perflatus sit maxime pervia.

Quid

Quid igitur meridionales illi venti, naturâ suâ quidem intaluberrimi, occidentalesve ipsi specialiter intalubre inferre possint, non video : præcipuè, quòd, prouti istud jam suo loco adnotavimus, & pluribus deduxit in *Topographiæ suæ Carniolicæ lib. 3. cap. 3.* Valvalorius in Patria hac nostra ob circumfisos pluribus voraginibus præditos montes soleant esse adeò inconstantes venti, ut rarò quispiam eorum diu perduret, sed paulò post excipiat ab altero, vel etiam pluribus simul juxta Ovidianum illud 1. *Tristium Eleg. 2.*

*Nam modò purpureo vires capit Eurus abortu,*

*Nunc Zephyrus sero vespere missus adest.*

*Nunc gelidus siccâ Boreas bacchatur ab Arcto,*

*Nunc Notus adversâ prælia fronte gerit.*

Et Virgilianum illud :

*Unâ Eurûsque Notûsque ruunt, creberg; procellis Africus.*

Quo supposito sit, quòd austrini flatus quid intalubre inferant : quòd si id verò diu non perduret, sed paulò post emendetur à supervenientibus ventis salubrioribus, quam specialem impressionem corporibus inferet ? profectò nullam : quemadmodum fortè propterea hâc in Vrbe, imò ferè in tota Provincia saltem hætenùs fuit rarissimè de specialibus malignitatibus, Pestilentialibusve infectionibus auditum, dum tamen alibi subindè interfecta ferè omnia : veluti primo clapso anno 1679. Viennæ, & anno sequente Græcij, Goritiæ, & Carinthiæ confinibus. Quòd Labacum sit paludibus meridiem versus adjacens, pariter quidem negari non potest : quòd per istud verò ei tamen quid de salubritate alijs locis commune decedat, vel ex eo mihi persuadere nequeo, quòd incolas ejus videam, non minùs vivaces, robustos, & quoad omnia benè constitutos, diutissimèque vitam protrahentes, ac in alio quo-



quocunque loco : quòd si autem paludes quid eis obessent, quomodo essent taliter constituti? Sciendum quippè est paludes istas ejusmodi minimè esse, quas *in lib. de Aère, locis & aquis* pro insalubribus proclamavit Hippocrates, quæ videlicet aquis constant stagnantibus, putridis, fætidis, plurimisque venenatis insectis scatentibus, & propterea noxijs suis, venenatisque exhalationibus circumsitum Aëra æstivo præsertim tempore solitâ suâ uligine præ Aëris siccitate destituta, vitæque privata inficere, vicinósque incolas pessimis quibusque & non rarò etiam pessimalibus affectionibus inficere solent : quales esse Arelaten ses paludes propterea Arelaten sibus incolis insensissimas expressis verbis deplorat Franciscus Valeriol. *lib. I. locorum Com. de locorum salubrium delectu cap. v.* verùm paludes nostræ præterquam, quòd humidæ jugiter sint, nocivi nil continent : non putrescunt, non fætent, nec præter rarissimas, & eas omnis venenositatis expertes ranas quicquam insectorum alunt : utpotè nullâ aliâ, quàm merè fontanâ ex vicinis montibus jugiter affluente, & fluviatili subinde exundante aquâ constantes. Est verùm quidem subinde gramina sive jam pro fæno resecta, sed priusquam ad reservatoria conducta fuere, ab exundationibus præventa, sive etiamnum germinantia, sed tamè exundantibus aquis diutius immerisa non nihil corrumpi, & proinde post subsidentes illas exundationes notabilem fætorem de se spargere; verùm istud non tam in Labacensi, quàm Iggen si, & Podpecensi distinctu locis duobus abhinc milliaribus distitis contingit : adeoque si quid insalubritatis inde in vicinos redundat, redundat potiùs, in Iggenes, Podpecen sibusque, quàm in Labacenses : quamvis vix unquam gramina illa corrupta tandiu in suo fætore persistant, ut specialem Aëri circumvicino impressionem facere possent; verum

verùm à supervenientibus novis pluviis exundationibusve brevi rursus dilui, abstergi, aut secundo fluvio aliò alportari solent. Quod rectè nunc dictum est de paludibus, idem dicendum restat de nebulis: eas videlicet omnino præcipuè autumnali & hyemali tempore Labaci esse, quàm alibi, frequentiores: verùm quemadmodum paludès diximus propterea Aëri Labacensi quoad salubritatem nil aliud derogare, nisi quòd eidem copiosius humidum suppeditent, quòd eæ ex limpidissimis, minimè fetulentis, corruptisve aquis consent; ita de nebulis dicendum remur, eas minimè insalubres esse, nisi in quantum Aërem reddunt humidiores: eò, quòd & ipsæ non sunt fetus fetulentarum exhalationum evaporationumve, sed limpidissimarum aquarum. Quemadmodum verò humidus Aër per se aliud damnum corporibus non infert, nisi, quòd ea reddat defluxionibus, adeoque catarrhis, tussibus, phtisibus, &c. magis obnoxia: Ita, si in quo situs Urbis Labacensis veniret culpandus, culpandus esset in eo, quòd sit Aëri expositus humidiori; consequenter ejusdem incolæ obnoxij eis affectibus, quos communiter defluxionibus imputare solemus. Quemadmodum verò nebulæ non sunt, nisi æstate & hyeme, tubindèque primo Vere non nihil frequentiores, reliquo verò anni tempore non; ita reddunt corpora humana solùm eis temporibus memoratis affectibus magis obnoxia, non verò reliquo tempore. Quamvis neq; tunc multum incommodi inferre possint, eò, quòd (quemadmodum istud non ineptè loco citato animadvertit laudatus de Coppinis) quantum illæ nimiùm humectant Aërem, tantùm rursus eundem exsiccant innumeri foccorum furnorumque ignes, indèque in Aëra tublimati fumi. Ut adeò nec ratione frequentiorum nebularum Urbis Labacensis situs

possit dici adeò, ac vulgo censetur, insalubris. Quemadmodum istud etiam manifestè convincunt Urbem incolentes Civés, utpote qui communiter videntur optimè colorati, constanter sani, & cõmuniter vitam ad sexagesimum & septuagesimum, non rarò ultrà, subinde verò & ad centesimum annum protrahentes: siquè eos ægrotare contingat, ægrotant benignè, & rarissimè indispositione aliquâ malignâ. Decimus septimus jam ingruit annus, à quo ego constanter professionem meam medicam in hac urbe exerceo, & nec semel recordor specialem aliquam, valdève malignam indispositionem inter homines populariter, & cum singulari lethalitate sævisse. Anno 1693 Febres malignæ cum exanthematibus omnis generis, præcipuè verò (charlatinis potiore ætatis parte adeò erant communes, ut serè non fuerit domus, quæ earum feritatem non fuisset experta: ex infectis tamen vix centesimus interiit: & ille potissimum, qui aliunde aliquam specialem labem visceribus habuit impressam: quemadmodum ex eis fuit etiam Wagnerus inclytæ Provinciæ Carniolæ Cancellista, postquam petechialem morbum unâ cum sua Conjuge, prolibus & universâ servitute intra 21 diem feliciter superâisset, intra 5 hebdomadas ex Phtisi demortuus. Variolæ, & dyssenterix, quæ tamen alibi, veluti tempore postremæ obsidionis Viennæ, terè quotannis plurimos lethæis lacubus immergunt, apud nos rarissimos, etsi etiam populariter, quemadmodum anno 1696 grassantes, e medio tollunt. Quòd verò simplices quipiam præsertim alienigenæ adversus eandem adeò subindè querantur, utpotè, qui primis annis cõmuniter quid indispositionum, præsertim colicos dolores, pareles, vulgo contracturas dictas, & arthridides vagas, subire coguntur, istud loci salubritati parùm deo-

derogat: eò, quòd hoc etiam aliis saluberrimis locis commune sit: priùsquàm scilicet quis novæ auræ assuecat, semper quid alterationis in natura percipere solet: præsertim si talem victûs rationem instituerit, qualem instituere solent communiter exteri Germani, qui primùm huc appellentes, dum vident omnia leviori ( loquor de temporibus præterlapsis: ab aliquot siquidem annis huc & hîc omnia caro pretio) quàm alibi pretio, & præcipuè vina lapidissima, Pucinum, Moschatelinum, Marsaminum &c. ostreas, polypos, caneros marinos & alia similia suis Regionibus insueta gulæ lenocinia: vorant tûsq; deque omnia absque ullo ordinis, temporis, ciborum potuùmque delectu, non immeritò propterea adhuc olim ab Hippocrate edaces, à Modernis verò & bibaces dicti. Vndè quòd paulò pòst se indispositos sentiant, quale miraculum? *Noli avidus esse*, inquit *Eccel. cap. XXXII. ad finem, in epulatione, & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit usq; ad choleram: propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est, adiiciet vitam.*

§. XXIX. Manet igitur solidè sancitum, situm Labacensem, consequenter incolatum eius adèò in salubrem minimè esse, ac communiter censetur; quin potius esse salubrioribus adnumerandum, præcipuè ob perfluentem fluvium Labacum inter reliqua maxima beneficia & istud Vrbi præstantem, quòd omnia sterquilinia, omnésque alias, quæ tamen alibi factores causant & molestissimos & nocentissimos, sordes aluat, absorbeat, & secum abducat: qui factores fortè non minima causa sunt, quòd Viennæ etiam jugiter flantibus salubribus ventis communiter morbi maligni grassentur: quia videlicet habet quidem Vrbs illa suas cloacas, & canales subterraneos

pro evehendis dictis omnis generis sordibus, sed quæ ad Urbem patent, pertranscuntium ora æstivis præsertim & squalidis diebus abominabili fætoe ferientes. Verùm de istis latis. Nunc demum ad historias, seu curationum per anni decursum à nobis in omnis generis personis factarum enumerationem more à nobis præterlapso anno practicato deveniendum.

§. XXX. Frequentissimi autem, quos mox ad anni initium currandos habuimus fuere infantes ferinis catarrhis ferè non mitius detenti, quàm elapso Decembri anni 1697. Etsi enim temporis constitutio non fuerit amplius priori illi similis, austrina scilicet & pluviosa, sed potius sicca: adeoque teste Hip. 3: aph. 15. salubris, & de se defluxionum minimè ferax: quòd ea verò tamen adjunctum sibi habuerit ingens frigus, superveneritque repentiè austrinæ illi, pluviosæ, & respectivè calidæ Aëris constitutioni, mirandum, minimè fuit, quòd præsertim in tenellulis infantum corpusculis humiditates, quas in justò maiore copia aggregaverat antecedens illa austrina, pluviosa, & aliàs variabilis Aëris constitutio, ex circumfisis glandulis in fauces, asperam arteriam, & pulmones expresserit: à quibus irritata natura se aliter liberare non potuit, quàm tussi mediante, nunc feriore, nunc mitiore: prout, videlicet irritans lymphæ fuit aut acrior, aut minùs acris: copiosior, aut paucior. Nunc cum Febre, nunc sine ea, prout videlicet dictæ lymphæ portio fuit sanguinæ massæ permista, aut non permista: adeoque naturalem sanguinis miscellam turbavit, aut non turbavit. Omnibus tamen ferè profuere remedia Anno elapso §. CXXII. notata.

§. XXXI. Pessimè autem ex omnibus se habuit ob adjunctam valde intentam Febrim continuam Illustriss. Domini L. B. ab Engelshaus Patroni mei gratiosissimi natu maximus  
Filio.

Filiolus quinquennis, qui verò tamen & ipse ad memorata & sanguinis ex dextri brachij mediana ad uncias tres medianibus sanguifugis extractionem convaluit. Quidquid simili operationi contradicat Galenus, dum ante 14 ætatis annum venam leccare vetat.

§. XXXII. Mea Filiola Maria Anna septennis verò præterea etiam in lateris dextri punctorios dolores inciderat, sanguine ab externo frigore in vena azygo condensato, in sua circulatione præpedito, & propterea aliquâ sui parte intra membranam costas succingentem extrauulato, & dictam membranâ à costis divellendo dolores illos, non continuando autem solitam suam circulationem febrilem in sanguinea massa confusionem & fermentationem cum solitis suis accidentibus, siti, & vigiliis, & tandem tussiculam ferè siccam per contentum affectâ asperâ arteriâ causante. Quòd maturè tamen satis ipsi fuerit de necessarijs prospectum, convaluit & ipsa intra quadriduum feliciter ad sequentia, sed diligenter usurpata remedia.

℞. aq. scabiosæ

zaraccac.

papau. er. aa. unc. ij

℥yr. papau. er. unc. ℥

pulu. pleurit. Myns.

antim. diaphor.

ocul. 69 pp. aa. Scrup. j M. f. potio saepe

sæpius ex cocleari propinanda.

Sig. Brust, Mixtur Lefflweiß zu geben.

℞. ungu. de alth. comp. unc. j

ol. lil. alb.

amygd. dulc. expres. aa. ʒij

*sem. cumin. subtilmè pulu. ʒʒ M.*

**Sig. Brust-Salben.**

*R. gum. formic. pulu. unc j*

*ol. lin. ʒij*

*vitel. ou. num. j M. ad ignem, & exten-  
datur ad alutam parti dolenti applican-  
dam.*

**Sig. Brust-Pflaster.**

S. XXXIII. Gravidae pariter etiamnum periculosius subsistebant; forte tamen non tam ob praesentem, quae sicca erat, quam praeteritam humidioris aëris constitutionem uteros nimis laxos, lubricosque reddentem; quamvis Hip. 3 apb. 12 sicco & aquilonio Vere austrinae, pluviolae, & elementi hyemi succedente etiam propterea facile obtingere abortus asserat, quod humiditates in austrina, pluviola, & clemente hyeme in praegnantium corporibus aggregatae per superveniens vernum frigus ad partes genitales mulierum veluti exprimantur.

XXXIV. Nobilis matrona Perizhoffia tertio gestationis mense apertioni cadaveris ex nimia uteri haemorrhagia abortum passae Sutorissae ex curiositate interfuit: unde domum pertingens praevijs coxendicis, & pubis doloribus, non solum abortijt & ipsa, verum etiam maximum periculum subiit, ne & ipsa ex nimia uteri haemorrhagia interierit. Ad curationem vocatus omni modo quidem, quò per venam in brachio incisionem versus uterum ruentem sanguinem revellerem, à Medicastris mulieribus incitabar: quoniam verò cognitum habebam, quantum in legitima lochiorum evacuatione puerperis sit positum, malui eandem penes brachiorum ligaturas cum sequente stegnoticâ mixturâ cochl-

chleatim subinde propinatâ moderari, quàm per sanguinis ex superioribus venis emissionem fortè omnino sistere ;

*R. aq. plantag.*

*equisset.*

*fol. querc. aa unc. iß*

*troch. de ter. sigil. ʒj*

*ocul. 69 pp.*

*unicorn. foss. aa scrup. ʒ*

*styr. myrtin.*

*coral. aa ʒij M.*

**Sig.** Unhaltende Mirtur Leßlweiß zu geben.

Et remittente sensim & sensim hæmorrhagiâ bona Domina te citra aliorum usum recollegit. Curiositas cujus generis ? vide *Intricac Extric. nostrum Med. part. 2 cap. 20.*

**§. XXXV.** Quandoquidem juxta superius dicta colicorum dolorum communior causa esse solet acidum sive pancreaticum, sive glandulare, vel etiam succus nerveus acidior debito redditus ; acidi verò & copiosioris, & acrioris feracissima esse solet auræ frigida constitutio ; miratus nullatenus fui, quòd in rigidissima ista tempestate quoq; colicis doloribus quipiam præhensi fuerint : præsertim verò tales, qui frigori illi magis fuere expositi, veluti Restionis è regione horti Collegij Soc. JESU uxor in dividendis rebus in publica officina totis diebus occupata. Item tales qui aut vi melancholici temperamenti, aut vi copiosi acidi feracis diætæ copiosiore, & acriore acido aliunde pollebant, quemadmodum ex affinitatè mea non nemo, qui præterquam, quòd sit omnibus victûs inordinationibus deditissimus, nihil avidius appetit, quàm acida. Remedia autem, quæ tales sibi fuisse proficua experti sunt, fuere in genere acidum



acidum illud corrigentia, evacuantia, & dolores lenientia. In specie autem illa, quibus in simillimis casibus usi fuimus Anno prioris s. LXXVII. & sequentibus duobus. Sic Reftionis memorata uxor, postquam pridie vespere domestico, ex decocto fol. malua, florum chamom. & sambucci, cum additione butyri, vitel. ovi, & salis parato clystere alvum sibi referasset, postridie mane expurgata fuit decocto citato loco s. XXIX descripto. Desuper abdomen sibi calidè ter de die unxit unguento carminat. Myns. ol. lumbr. ter. & laurimo, superpositis tacculis auenâ, milio, cumino, sale, & floribus chamomilla in sartagine tostis repletis: & ante somnum assumpsit hunc bolum specificum:

℞. philon. Rom. ʒʒ  
 conf. alcher. inc. gr. iv  
 chrystal. mont. pp. gr. v M. cum elæosac.  
 citri. f. bolus.

**Sig. Schmerzen stillendes Lathwergl auf  
 i mahl.**

Et expergefacta fuit, oborto ad bolum quietissimo somno, sanissima. Memoratus autem Affinis meus, postquam prævio clystere ex decocto emolliente & carminativo cum additione elect. benedictæ laxat. elefcopi, & de bac. lauri parato bina laxativa vomitu reieciisset, tandem hoc infuso fuit feliciter expurgatus:

℞. fol. fen. s. st. unc. iʒ  
 mechoac alb. unc. ʒ  
 Turbit el. ʒij  
 polypod. querc. ʒij.  
 fol. card. ben.  
 veron.

menth.  
 flor. chamom.  
 centau. min. aa. pi.  
 sem. anis.  
 fenic. aa ʒiʒ.  
 Zedoar. ʒʒ.

*Concisa inf. in vini albi sextarijs  
 duobus nostræ mensura per noctem,  
 & fiat inde mane, præassumpto in sculo,  
 bonus haustus.*

Bibit de eo mane unum haustum, ad prandium alterum,  
 & sequente manè tertium, & expurgatâ pituitâ acidâ, absq;  
 eò, quòd aliis ( exceptâ unctione abdominis cum unguento  
*carminat*. Mynl. atque superpositione lacculorum rectè prius  
 memoratorum ) fuisset usus, convaluit. Vnde quidem ma-  
 nifestè colligere licuit, quantò acceptabiliùs fuerit ventriculo  
 nauæ abundo & vino assueto medicamentum in vino insulû,  
 quàm aliâ formâ propinatum. *Consueti longo tempore, etiamkè  
 deteriora, insuetis minis molesta solent esse. Hip. 2. aph. 50.*

s. XXXVI. Similiter certa Matrona difficilis hæctenus  
 fuit & purgationis, & medicamentorum assumptionis post-  
 quam verò ex meo consilio *fol. sen. s. st. ʒ V & rhabarbari  
 Monach.* quod in proprio horto colebat, *unc. ʒ cum florum  
 cent. min. p. 1. in vini albi & aq. aa sextario ʒ* per 24. horas  
 intudisset, indèque præassumpto iusculo bibisset mane bonû  
 haustum loco alterius multis, præsertim bibulis, consueti ab-  
 sinthisis, fuit ad eò prosperè expurgata, ut ab eo tempore in  
 necessitate nullum aliud medicamentum pro expurgando  
 corpore assumere cupiat, quàm istud. Loco rhab. Mo-  
 nachorum aliàs in phlegmatum abundantia tantundem me-

*choac. albæ*, aut *turbit* ʒiij. accipere liceret : & evacuatio non minùs prosperè succederet. Possent addi & *faliola card. ben.* aut *abfynthij* aliquot.

s. XXXVII. Sudamina Græcis hydroa: Arabibus Effere, vulgo patavino Assarasi, & Avicenæ sudationes, & planta noctis dictæ pustulæ, quæ cutim per uniuersum corpus, instar earum, quæ urticarum contactum consequi solent, cum maiore aut minore pruritu, maiore aut minore, intermittente aut continuâ febris eleuant, aliàs ab Hip. 3 aph. 21. inter æstivos affectus recensentur; ut propterea quempiam facilè in admirationem abripi accideret, si easdem hyemali tempore apud quempiam conspiceret: quòd si verò earum causam perspicere velimus, admirabimur potius easdem non frequentius in hyeme, quàm æstate contingere, eò quòd earum generatio facilius fit hyeme, quàm æstate. Communiter siquidem illæ tunc excitantur, cum sudoris materia crassior viscosiorve est, quàm ut per cuticulæ cuti superstratæ poros penetrare possit, cuticulæ etiam pori arctiores sunt, quàm ut tali materiæ liberum transitum concedere possint: atqui materia illa, quæ serum seu lymphæ est, hyeme crassior est, quàm æstate, pori cuticulæ etiam arctiores: ergò pronius est, ut dicta illa sudoris materia potius hyeme, quàm æstate infra cuticulam subsistat, consequenter producat eas cuticulæ elevationes, quas juxta dicta Sudamina &c. vulgo nominamus. Curationem

talium eruptionum per sudorifera, & quæcunque corpus excalefacere valent, tentare quidè omnino prohibet in sua praxi Medica *Tract. 3. cap. 17.* Paulus de Sorbait, eorum loco purgantia, alterantia, & venectionem commendans: quod tamen me concernit: Ego me & in nobili Matrona Sumre-  
kera, & certa puella ex Gynæceo Auerispergico *pulvere pan-*

*nonico rubeo cum CC. phlice. pp. & antim. diaph.* citra ullum damnum, imò cum optimo effectu rectè his diebus utum tuisse testari possum. Ut ad eò quare saltem temperatiora diaphoretica non convenirent, rationem non videam: præsertim, quòd ipse toties laudatus Medicorum Primpillus Hippocrates nos naturæ ductum sequi, & *I apb. 21* eò ducere debere doceat, quòd natura vergit: atqui hîc vergit versus corporis cutim: ergo. Non omnino tamen non esse ex usu quoque venæsectionem, purgantia, & alterantia, videbimus alio loco.

§. XXXVIII. Postremi, quos hoc mente sub nostram curam cadere contigerat, erant arthritici, & inter eos quidem etiam Illustrissima Domina L. B. Rauberin, nec non honestissima hujus inelytæ provinciæ Capitaneatûs Secretarij Prickleri filia: quoniam verò eorum singuli fuere methodo, & remedijs elapso Anno §. LX. & sequentibus descriptis percurati; non est, quòd pluribus eorum hîc recondemur.

§. XXXIX. Februarius sicut fuit ob sæpiùs intercurrentes austrinos flatus Januario variabilior, ita morbosior præsertim circa sui dimidium, dum 12 & 17 excitatus Boreas aërem antecedentibus diebus ab Austris utcunque tepesactum catenus refrigeverat, ut eundem reddiderit ferè intolerabilem. Morbi tamen, qui grassabantur erant ferè meræ defluxiones; gravedines puta, raucedines, tusses, nunc cum nunc sine adjunctis febribus, tonsillarum inflammationes, gurgulionis prolongationes, asthmata, pleuritides, capitis dolores, aurium tinnitus, apostemata, rheumatismi &c.

§. XL. Decimâ octavâ ego ipse ex ægrorum visitationibus domum redux faucibus dolere, difficiliusque deglutire cæperam. Unde deteriora metuens citra cænam excepto fumo aduersus defluxiones usurpari solito me lecto commi-

feram : mox etiam obdormieram : verùm circa mediam noctem cum tanto totius corporis horrore, subsecutóq; febrili æstu expergetactus, ut postridie præ lassitudine è lecto surgere nequiverim, versus auroram largissimo sudore perfusus. Mane faucium dolorem quidem tantum amplius non sensi, ac heri, neq; deglutiendi difficultatem : quo lymphæ ad fauces præcipitata tamen & ex parte sanguinæ massæ, quæ propterea febriliter effervecebat, admista tantò radicaliùs extirparetur, eam partim per alvum, partim per cutis poros eliminandam censui: quapropter mox adhuc eò manè assumpseram *manne Chalabr. in decocto pectorali dissolutæ unc. duas* : vesperi autem sub lecti ingressu talem pulvisculum in à sua circulatione deviante, & in quamcunque corporis partem præcipitata lymphæ tum corrigenda, cum mediante sudore per cutis poros evacuanda specificum :

℞. cc. *philos. pp.*

*ocul. 69 pp.*

*antim. diaphor. aa. scrup. β.*

*succin. alb. pp. gr. ij.*

*flor. sulph. gr. i. M. F. pulv.*

*in aqua scabiosa assummendus*

Sig. **Schwaiß-Pulver auff i. mahl.**

Et sudavi ferè totà nocte. Manè sequente me sensi quidem eatenus inde sublevatum, ut domo exire mihi fidissem: ne verò tamen ab externo frigore rursus deterius afficerer, malui adhuc totà eà die in lecto manere, viriumque restitutionem expectare : quas etiam illà & posteriore die eatenus recuperaveram, ut quintà ab invasione die ægros meos citra difficultatem revivere potuerim.

§. XLI. Daniel Lanio verò ante portam Teuthonicam,  
& Malchl-

& Manchlweg Ehippiarius propè ædes divo Floriano dicatas decumbens, uterque quinquagesimum annum ætate transcendens, eatenus tussiebant, cum feбри continua, siti, vigiliis, & materiæ purulentæ rejectione, ut eos octavâ morbi die in vivens nunquam evaluos edixissem. Curati demum tamen ambo fuere primò sanguinis ex sinistri brachii mediâ in proportionata quantitate eductione, qui ferè merum phlegma fuit. Secundò corporis cum manna in decocto pectorali folijs sen. & mechoac alb. acuato dissolutâ expurgatione. Tertio sudoris his pulvisculis manè & vesperi iteratâ procuratione:

℞. spec. diamarg. frig. scrup. ℥

cc. publicè pp.

antim. diaph.

ocul. 69. pp. aa. gr. v.

Juccin. alb. pp. gr. j.

flor. sulph. gr. ij m. F. pulv.

in aqua scabiosæ bis de die assumendus.

Sig. Besonderes Brust und Schweiß-Pulver.

Et demum quartò excreationis cum decocti pectorali in sequentem modum ordinati promotione:

℞. decoct. pector. cum

rad. chin. ponder.

sarsapar. aa. unc. ℥. facti lib. ij.

℥yr. de alth. Fern.

capil. ven. aa. unc. j.

spir. sulph. gut. iv. m. f. potio non solum semper ad unc. iij dictis pulvisculis superbibenda, verum & interdum subinde sorbillanda.

Sig. Besonderes Brust-Tranck auf mehr mahlen.

Quamvis interdum subinde, imò & de nocte etiam de trochiscis beccic. nigris pro facilitanda expectoratione accipere soliti sint: nec non in pectoris tam antica, quam postica regione empl. Filij Zachar. gestare. Potus fuit decoctum chinæ cum rad. liquirit. & sem. faniculi. Cibi hordeata, avenata, panatellæ, & caponum, gallinarumque iuscula.

§. XLII. Ehippiarius quidem post tuperatum dicto modo catarrhum in rheumaticos totius corporis dolores inciderat; quòd similes dolores verò sibi hyemali tempore, ob nimiam corporis in officina perfrigerationem, jam sæpius taliter obvenisse, demum verò per se evanuisse dixisset: sicut pro eis abigendis nulla remedia exposulavit, ita nulla fuere ipsi à me adhibita. Taliter suo prognostico relictus ille reconvaluit demum quidem, sed primò in Aprili: materia nimirum ad artus depositâ non priùs discussâ, quam postquam interno nativi caloris conatui ab externo aëris à directioribus Solis radijs jam utcunq; excalesfacti fuere suppetiæ allatæ: materia scilicet illa, quæ probabiliter lymphæ crassæ & acris erat, attenuata, & ad discussionem promptior redita, nec non cutis pori, per quos illa discutienda erat, ampliores facti. Quantumvis enim multum per se valeat naturæ calor innatus, multum calor calesfacti, in quo æger decumbit, hypocauti, multum lectus & stargulæ; nisi ista tamen ab externo Solis calore juxta suo loco dicta Anima mundi universaliter omnia vivificante foeto secundentur, in subigendis humoribus frigidis, crudis, crassis, & tenacibus, qualem fuisse lympham illam ad artus boni Ehippiarii depositam probabile est, parum proficiunt. Vide aliàs simillimam, spontaneam videlicet, sed pariter seram simillimorum dolorum solutionem Anno priore §. LXVI.

§. XLIII. Non multò mitius tussiebat à longo tempore quoq; uxor mea dilectissima, sed isto ipso tempore cum dolore sub mamilla sinistra ipiculi ibidem infixi ad instar pungente. Convaluit tamen tandem & ipsa ad diligentem *Trageæ nostræ pectoralis* priore Anno §. L. discriptæ & *ol. lini* utum, excreando atra & fetida cum cruore permista. Ego mihi persuadeo subfuisse pulmonum vomicam, quæ sensim maturata ultimatin rupta est, & citra ulterius damnum oleo lini consolidata. Quantum autem & istud, & trageam nostram pectoralem ingredientia medicamenta in pectoris affectionibus valeant, contuli possunt de quolibet singulatim Authores, quorum de eis scriptis proditas multiplices experientias Ego brevitatis gratiâ, & ne mea ambitiosius commendare velle videar, prætermitto: uti & quid Vomice pulmonum sint, quæve percurari ab Alijs soleant. Fuisse aliàs de eis discurrit *Wepferus in Eph. Nat. Cur. Dec. 2 An. 9 obs. CCXXIX.* Proficua ad easdem proponit in eisdem *Eph. Nat. Cur. Dec. 2 An. 6 Obs. 186 Clauderus.* Et tandem quare (communiter aliàs incurabiles) faciliùs subinde percurentur, quàm aliæ pulmonum in phtisi exulcerationes, rationem reddit *Daniel Ludovici Eph. Nat. Cur. Dec. 1 An. IX. & X. Obs. CLVII.* eò videlicet, quòd in pulmonum vomicis recentior adhuc sit continui solutio, materia propriæ capsulæ inclusa, & pulmones adhuc vegeti; in phtisi econtrà pulmones flaccidi, sensim & sensim debilitati, & eorum substantia ipsa ulcerata, irregulariterq; exesa.

§. XLIV. Paucissimis post diebus mea filiola septennis ad dentes & maxillas, imò & axillam dextram, cum dolore & tumore defluxiones sensit, seu potius lymphæ in dictarum partium glandulis stagnationes cum horripilatione, & æstu febrili



febrili totius corporis. Postquam verò sudâisset ad talem bolum :

*R. theria. ven.*

*CC. pblicè pp.*

*antim. diaph. aa gr. v*

*succini alb. pp. gr. j M. cum sacch.*

*f. bolus.*

**Sig. Schweiß-Zucker auff 1 mahl.**

Et fumum contra defluxiones consuetum capite excepisset, convaluit citra aliorum usum : lymphâ, quæ fortè extravasata erat, per sudorem in tempore discussâ, eâ verò, quæ intra glandulas stagnabat, attenuatâ & suæ circulationi restitutâ.

§. XLV. Dominico Wabelch 16 annorum adolescenti sanguineo-cholerico verò ex ejusdem lymphæ sub axilla sinistra stagnatione, & extravasatione cum interventu sanguinis ex à lymphæ illius acrimoniâ exesis illuc protensis vasibus sanguiferis extravasati glandulæ subaxillares in ingentem, sed benignæ naturæ, bubonem eis ipsis diebus excreverant : postquam is verò binis vicibus ad rectè antecedente §. descriptum & in duplâ dosi assumptum bolum sudâisset, bubo autem admovisset *empl. diachyl. c. gum.* maturato bubone, rupto, & consolidato convaluit pariter absq; aliorum usu.

§. XLVI. Variolæ aliàs affectus hyemalis non sunt, sed potius vernus, eò, quòd tunc potius natura suas excretionnes per cutis poros moliri soleat, quàm tempore hyemali : quemadmodum istud adhuc suo tempore notavit Hip 3 aph. 20, dum inter reliquos vernos affectus etiam *lepras, impetigines, vitiligines, & pustulas ulcergas*, sub quibus cum probabile est & variolas intellexisse, enumerat. Quòd teste

eodem tamen eâdem sectione apb. 19. quibuslibet temporibus quilibet morbi generari possint; accidit, ut & hoc hyemali tempore, apud quosdam saltem sporadicæ observatæ fuerint variolæ: quemadmodum inter reliquos apud Illustrissimū I 2. annorum Adolescentulum Comitem de Raising temperamento sanguineo præditum. Hic, postquam aliquamdiu horripillationes per dorsum cum æstu totius corporis alternantes sensisset, demum serio febricitare cæperat cum pulsu magno, frequente, & undoso, capitis dolore gravativo, inquietudine, siti, raucedine, & tussi: facies rubebat, oculi pruriebant, & involuntariè lachrymabantur: & demum tertiâ die facies, extremæque manus pustulis quibusdam minutulis, colore rubicundis perpersæ conspiciebantur, quæ postridie eatenus increverant, ut eas veras variolas esse, etsi tunc aliàs nemo eis laborarit, nullus dubitaverit. Ad curationem mox alterâ ab invasione die vocatus ego quidem ambigebam, num voracitatis, simili ætati familiaris, consequenter inde natarum cruditatum ratione curationem ab evacuante medicamento inciperem, vel potius febris ratione à sanguinis iminutione: videndo verò, quòd febris adeò non urgeret, me demum tamen potius ad purgationem resolveram, venæ sectionem, si videretur necessaria, alterâ die celebraturus: proindè que propinaveram ægro, adhuc eo mane Aquæ laxat. Managet. *unc. iiijß.* Et ille fuit indè commodè evacuatus. Postridiè, quæ tertia ab invasione morbi dies erat, ut de ulterioribus ægro prospicerem, reversus, jam corpus hinc & inde per faciem, & extremas manus pustulis quibusdam rubicundis minutulis & cuspidatis perpersitū deprehenderâ: exinde indubius redditus, ex hocce morbo aliud non fore, quàm variolas: proindè que non tam Sanguinis emissionem esse celebrandam, quàm potius:

tius naturam in expellendo adjuvandam. Id quod quidem etiam feliciter cum *pulv. pannon. rub. CC. phil. pp. & lap. bezoard. or. in aqua fumarie quotidie mane propinatis factum*. Quartâ siquidem die, quintâque non solum adhuc plures pustulæ prorupisse visæ sunt, verum & ampliores evasisse, febre, & reliquis enarratis accidentibus remissioribus factis. Donec eadem succelsive maturatæ & in crustas convertæ planè abscesserint.

§. XLVII. Sed dubitare quis posset, utrum curatio isthæc legitimè fuerit facta, nec non; eò quod purgatio in variolis communiter suspecta habeatur, utpote naturam ad extra vergentem ad intro revocans, & revocatâ ad infra variolarum materiâ acido acre facilè insitibili alui fluxui ansam præbens. Legitimè verò eandem tamen fuisse factam, docuit eventus ipse, toto morbi decursu ad eò prosperè terminato, ut nullis aliis remediis indiguerimus præterquam memoratis solis: Cùm tamen communiter pluribus soleat esse opus. Plura autem istâ de re, uti & de venæsectione diaphoreticisque in variolis *in Intrit. Extric. nostro Medico part. 2. cap. 2.*

§. XLVIII. Pleuritici communiter aliàs ad remedia priorè Anno §. LXXI. descripta convaluère. Quidam mediis destituti etiam ad solam venæsectionem, & olei lini potum. Illustrissima Domina L. B. de Gallenfels Vidua Craiburgi decumbens verò ad bis celebratam venæsectionem: ad aliquoties acceptum *pulverem pleuriticum Mynsichti*: ad quotidie bis celebrari solitam perunctionem lateris dolentis cum *unguento de alth. comp. ol. amygd. dulc. & sem. cymin.* nec non superpositionem cataplasmatum ex *herb. malu. albæ. summit. chamom. melil. & farin. sem. lini in lacte decoctis facti*: ad pro facilitanda expectoratione, & maturanda pectori impacta materia bibitum tale decoctum specificum; R de

℞. decoct. pector. cum  
 flor. papav. er. p. i. fact. l.ij.  
 syr. de alth. Fern. unc. j.  
 de farsar.

papav. er. aa. unc. β.  
 spir. sulph. gut. iiij. M. f. potio mane & ves-  
 peri ad unc. iiij vel IV. bibenda, & etiam  
 interdium subinde sorbillanda.

Sig. Besonderes Brust-Tranck auf mehr mah-  
 len.

Et tandem profluentandis valde prostratis viribus, ad  
 subindè cochleatim potam talem mixturam cordiaco-anti-  
 pleuriticam.

℞. aq. cord. temper. unc. iiij.  
 scabios.  
 tarax. aa. unc. j.  
 spec. diamarg. frig.  
 dent. apri pp.  
 coral. rub. pp.  
 mandib. lucij pisc pp. aa. scrup. β  
 sacch. perl. zij. M.

Sig. Krafft-Wasser woll auffgerierter Lessl-  
 weiß zugeben.

S. XLIX. Planè curiosè autem Sclopetarius ille ictericus,  
 qui purgantis pulveris loco auripigmentum assumpserat. Ve-  
 nerat videlicet Februario mente rectè in exitu constituto  
 ad me Sclopetarius quispiam ictericus supplicans, quò se à  
 foeditate illa, quæ jam ab aliquot septimanis suum corpus  
 taliter deturpâisset, liberarem. Et suaseram, ut pro corporis  
 expurgatione 3j spec. diat. c. rhab. acciperet: de super verò

ad me rediret, quò ulterióra ipsi suadere possem. Et accipit ille chartam dictis speciebus signatam, pharmacopolium adit, & species inde eximit postero manè introsumendas: verùm in suum infortunium eximit & auripigmenti pro dexterius fundendis globulis illis sclopetariis vulgo *Bixen Schrodt* dictis pro grosso. Utrâque chartulâ ad togæ sacco demissâ domum petit. Postridiè, priusquam è lecto surrexisset, uxorem, quò pulverem purgantem in togæ sacco asservatum, cum jure permisceret, sibique ebibendum porrigeret, jubet. Illa exequitur quidem mandatum, at cum eo infortunio, quò arripuerit chartulam non pulvere purgante, sed auripigmento refertam. Quòd verò nesciret præter illam chartulam adhuc aliam sacco inesse, bonâ fide illius ipsius contentum juri admiscet, maritòque propinat: qui bonâ fide illud etiam ebibit, auripigmenti unâ ad eundem sacco projecti omnino jam oblitus. Vix præterierat horæ quadrans, cum bonus Sclopetarius interiùs uri, assumptum jus unâ cum pulvere putatio purgante, & cum eo omnis generis acerbissimos humores, phlegmatúmque copiam rejicere, paulò post verò & per inferna enormiter purgari cæpit, non sine ferè intolerabilibus torminibus: quòd censeret tamen talem debere esse assumpti medicamenti operationem, tulit, ut potuit: Vxore excretiones cum frequentibus julsulis secundante. Ultimatim tandem desiêrant successivè excretiones unâ cum torminibus: Sclopetarius etiam lecto surrexerat, se prævio prandio ad solitos suos labores accincturus. Cùm ecce sub togæ induitione casu sui auripigmenti recordatur, illud sacco eximit, & chartulam, cui id inclusum erat, revolvit; cumq; videret ei non auripigmentum, sed pulverem purgantem esse involutum, consequenter à se ejus loco auripig-

mea-

mentum assumptum, eatenus exhorruit, ut vix non exanimis conciderit. Citra moram proinde ad me curritur, quidque rei factum fuisset, enarratur. Et mox adfui Ego: quòd verò vidissem aliud mali ægro nil superesse, exceptà forti apprehensione: cum bono animo esse debere iusseram, nec quicquam metuere: eò quòd id, quod ipsi obesse poterat, jam totum reiecisset. Si tamen vellet, posse pro majore securitate aliquid theriacæ ex bono vino assumere & lecto se pro sudore eliciendo committere: cæterum verò nullum ulteriorem metum habere debere. Et secutus is erat consilium, & nullum ulteriùs incommodum sensit.

§. L. Auripigmentum lethale venenum esse, nemo, credo, est, qui nesciat, ob sulphur & sal corrosivum, quo fortè non pauciore, quàm ullum aliud minerale, constat; quòd tantà quantitate assumptum dicto sclopetario tamen non adeò nocuerit, videtur fecisse præprimis, quòd priusquàm vis eius corrosiva fuit ultra primas vias versus cor abrepta, illud rejectum jam fuerit. Secundò quòd ventriculi fibræ admodum sensibiles, utpote duris, sicut & reliquum corpus, assuetæ non fuerint, ut corrosionem illam, quàm auripigmenti corrosiva spicula eis intulerant, ultra modum perciperent. Tertiò, quòd naturæ robur tantum fuerit, ut suscipiendæ illi excretionum violentiæ, corrosionumq; feritati utcunq; suffecerit. Et tandem quartò, quòd spicula illa corrosiva à frequentibus, & eis fortè pinguioribus iulculis fuerint, utcunq; obtusa. Secus, si ista talia non fuissent, non credo, quòd negotium istud adeò dextrè successisset. Ante plures siquidem, quàm viginti annos, recordor ad S. Vitum infra Sitticium certam puellam ex simili assumpto veneno interiisse. Ante sex primò annos autem hinc Labaci

certam Illustrissi. Matronam post enormes corrosiones, cruentas vomitiones, & innumeras per alvum excretiones pareticam factam talem usq; ad mortem permanisse: suam familiam autem, quæ de eodem, quo sua Domina, cibo, dicto auripigmento condito, comederat, saltem ferissimas per superna & inferna evacuationes cum maximo vitæ periculo perpeffam fuisse. Et perpeffa fortè fuisset planè cum interitu, si venenum magis comminutum fuisset. Erat autem quantum authopsia monstraverat, saltem crasse contusum, & propterea mox in primis oryzae, cui admistum fuit, cochlearibus à comedentibus animadvertum. Quoad curationem, ei quidem nihil magis conducit, quam donec adhuc in ventriculo hæret, tempestiva ejus per vomitum reiectio; postquam autem ventriculum egressum jam est, lac, & pingua quæcunq; tepidé assumpta, ut oleum, butyrumve utpote sua pinguedine spicula ejus corrosiva obtundentia: posse tamen etiam in usum duci alexipharmaca illa omnibus venenis communia, *Theriacam* puta, *Mitbrid.* & *Oruietanum* testis est Fiorauanti in suis secretis italico Idiome proditis *Theriacam*, vinum optimum, spiritum vini, atque perunctionem totius corporis cum ol. hyperic. & scorpion. unicum arlenici alexipharmacum esse deprædicans. Quamvis contrarium cepteant alij similia calida, suã volatilitate alkalitatèq; dicta spicula potius exacuerè dicentes, quam quòd eam obtunderent. Prouti ea de re pluribus Lemery *en Cours de Chymie cap. de Arsenico s. IV.*

s. LI. Neq; refert, quòd arlenico quipiam non solum externè in ablumenda superflua ulcerum carnositate, & exedendis verrucis utantur, verum & ad intro illud in curandis febribus quartanis, & asthmatibus à materia frigida, & pituitosa

tuitola dependentibus cum optato eventu exhibeant : multa siquidem à proteruis fiunt , quæ à cautis nullatenus approbantur. Quandoquidem enim providissimum Numen nobis de alijs securioribus abundè prospexit , quis prudens ad adeò periculosa recurret ? Est verùm quidem etiã antimonium , multaq; ex mercurio parata venenata esse , & tamen à Medicis etiã cautissimis in usum medicum quotidie trahi; verùm ea , quæ ex istis in usum medicum trahuntur, arte chymicã eatenus correctã sunt , ut experienciã teste nil tale in corpus debitã dosi assumpta caulent, ac arsenicum , & eiusdem species auripigmentum. Cæterùm verò ea non minùs forè vitanda ac arsenicum ipsum censerem.

§. LI. Martius aliàs & Aprilis adeò perniciosi, & humanæ naturæ infensi mentes sunt, ob communiter inconstantissimam eorum aëris intemperiem, & terræ totã hyeme aliàs communiter congelatæ tunc contingentem reserationem, indèque communicatas aëri omnis generis nocentissimas evaporationes, ut planè in proverbium abierit, *was der März nicht wil / das nimbt der April* : quòd hoc anno tamen uterq; hic mensis fuerit solito ordinatior : præter morem videlicet siccus & serenus : accidit , quòd & humana corpora adeò varias & frequentes indispositiones perpeffa non fuerint, ac aliis annis : quamvis intempeffiva illa mox ad Martij principium facta ex tepida in frigidam ; seu ex austrina in aquilonarem auræ mutatio non exiguam causam dederit , quòd saltem anteriore Martij dimidio ferè non pauciores inciderint in omnis generis defluxiones, ac in Februario. Postquàm tamen aquilonaris illa siccitas aliquamdiu perseverarãt, observatum fuit , quòd & defluxiones illæ acciderint rariùs. Bacchanales excessus aliàs hoc tempore etiã

non



non paucos præcipitant; verùm hoc anno neque ex istis specialem stragem advertimus, ob annonæ, & pecuniarum penuriam vix necessitati, taceo multis excessibus sufficientem. Quòd adèò istud, aliàs infanissimum, tempus fuerit satis, & præter morem salutare, aëris dictam præter solitum constantem serenitatem egregiè secundantibus quatragesimalibus jejunijs.

§. LIII. Famosi Juris Consulti Andreae Purgeri honesta Conjux aure dextrâ cum puncturis ferè intolerabilibus dolebat à lymphâ acri ibidem extravasata, & circumfisos nervos, membranâsque utpote insigni sentatione præditas immaniter rodente. De remedijs consultus ego quidem omnium primò corpus fore pillulis capitalibus dictis expurgandum, postmodùm verò reliquam defluxionem diaphoreticis, suffumigijs, & certis fomentis discutendam edixeram: Illa autem malum mitius, & levioribus transiturum rata, se quidem ad pillularum assumptionem tandem resolverat, & ad suffumigia, utpote quorum usus esset facilior, quàm reliquorum à me propositorum remediorum, ad reliqua verò (si etiam mori deberet) nullo modo: postquam verò demùm viderat illa sola non sufficere, sed eis non obstantibus malum indies augeri, non solùm se & ad reliquorum ulum promptissimam præbuerat, verùm etiam ad quorumcunque aliorum: ast cum eo damno, quòd, quæ fortè intra paucos dies cum diaphoreticis retanari poterat, absq; eis immanes illos dolores per tres integras hebdomadas pati debuerit. *Principiis obsta.* Pillulæ illæ autem fuère tales:

℞. *Mass. pil. de succin. Crat. scrup. ℞.*

*exctr. panchrymag. scrup. j.*

*trocb. alband. gr. iv.*

*ol. mac. gut j. M. cum spir.*

*lil. convul. f. pil. n. IX.*

**Sig. Haupt Pillen auf 1. mahl.**

Diaphoreticum tale.

*℞. CC. phlicè pp. scrup. i.*

*antimon. diaph. scrup. ℞.*

*specif. cephal. Michaël.*

*Juccin. alb. pp. aa. gr. ij. M. f. pulv.*

**Sig. Schweiß Pulver.**

Suffumigium tale.

*℞. Juffum. contra deflucciones ℞ij.*

*sem. lini 3 ℞ M.*

**Sig. Fluß Rauch.**

Fomentum tale.

*℞. herb. malu.*

*alba.*

*verben.*

*summit. chamom.*

*melilot. aa. mi.*

*farin sem. lin.*

*fenngr. aa. unc. ℞ M. grosso*

*modo concisa dentur ad chartam.*

**Sig. Krauter zur Wachung.**

Vtus eorum verò fuit, ut pillulis singulis quinque diebus corpus expurgaretur, post primam earum assumptionem scapulis & dorso postridiè quatuor cucurbitulis scarificatis admotis; post alteram autem binis sanguitugis post singulas aures. Intermediis diebus verò semper summo mane ex decocto *herbæ Ibee*, vel fructus *Cassè* assumeretur pulvis diaphoreticus, & deluperper unam alteramve horam in lecto

sudor expectaretur. Singulis vespers, etiam ante lecti ingressum fumus ex suffumigio ardentibus prunis injecto auribus exciperetur: ter de die autem aut vapor ex herbis in lacte decoctis aure dolente exciperetur, aut herba ipsa intra duo linteamina auri calidè saltem per horam admotæ tenerentur, vel spongia in lacte eis alterato intincta: quibus demum, extremâ necessitate sic exigente, taliter ordine usurpatis, & præterea auri affecta subindè tepidè instillato ad dolores leniendos *lacte muliebri cum album. oui, ol. chamom. & croco.* permixto, bona domina feliciter restituta est.

S. LIV. Pissima vice Dominatus Secretarij Clar. Domini Perco J. U. D. Coniux ex nimis diuturna in sacris ædibus mora, & indè contracta corporis perfrigeratione in eum totius corporis Rheumatismum cum dolore & febre continua inciderat, ut præter caput & linguam ferè nil movere potuerit. Ad curam vocatus suaeram corporis saltem cum clystere domestico elutionem: sanguinis ratione adjunctæ febris ad uncias iv ex Ilchiatica vena emissionem: & tandem præcipitata ad artus lymphæ talibus pulvisculis temper vespri ante somnum ex aq. cerat. nigr. assumendis discussionem.

℞. *Specif. cephal. Michaël gr. vj.*

*of. microc. phlicè pp.*

*CC. phlicè pp. aa. scrup. i.*

*antim. diapbor. gr. xv.*

*ocul. 69. pp. scrup. ʒ.*

*laudan. op gr. j.*

*succin. alb. pp. gr. iij.*

*sacch. perl. (pro gratia) scrup. ʒ M. f. pulv.*

*dividatur in 3. part. æquales.*

**Sig.** Besondere vergicht Pulverlein.

Vitatis in diæta quibuscunq; crudis, & difficulter digestibilibus, acidis & qualitercunq; acribus: vino, & animi per iram, cui erat deditissima, commotione. Ast mox in principio protestata erat illa se clysterem quidem admissuram, eò quòd jam à biduo alvum obstructam haberet, emissuram etiam sanguinem, ulteriora verò se nullatenus admissuram, eò quòd talibus, quæ ego ipsi præbere intendo, jam ipsa domi esset ( Medicastra autem fuit ) provisã, nec non certo quodam suffumigio, quo jam plures alias similiter affectas percyratas sciret, absque eo, quòd vinum vitaverint, aut in diæta tam medicè se gesserint. Quibus perceptis ego ei aliud non reposui, quàm quòd illa sit post DEUM Patrona sui corporis, & proinde posse secum facere, quòd vellet: ceterùm verò me in eo prophetam acturum, quòd ipsa, si præsertim enarratam diætã neglexerit, sit aut adhuc in deteriore statum lapsura, aut certè pedibus non institura, priùsquã æstivus Sol suis radiis universalis illo mundi Spiritu, seu cælesti virtute, de qua nos *Anno præterlapso s. V.* omnia vivificante factis nativum suum calorem, spiritumve insitum nunc à nimio frigore & humiditate obrutum, & veluti constrictum eatenus exaltaverit, ut in discutiendo illo frigore, humiditatèque sibi artubusque immerlà idem efficere valiturus sit, quòd nunc facerent medicamenta à me proposita, præsertim pulveres illi specifici. Et discessi ab eius Domino Marito unà mecum mulieris pervicaciam increpante honesto solstro donatus. Illa autem permansit lecto affixa serè usque ad æstatem, & neque tunc domo exire valuit, nisi pedisæque brachiis fortiter innixa. *Oportet autem non modo se ipsum exhibere promptum ad ea, quæ decent, faciendã, sed ægrum. 1. apb. 1.*

S. LV. Alternis diebus febricitantes convalescebant

citissimè ad remedia præterito Anno §. XCII. descripta. Sed miraretur quispiam quâ ratione illæ in tam rigida tempestate cuiusdam accidere potuerint ? si verum est illud, quòd nos & elapso Anno §. XXXXIV. & XXXXV. & iterum hoc Anno §. XXII. docuimus: quòd febrium videlicet causa non tam sit acidum pancreaticum excessivè acre, quàm potius bilis excessivè acris. In tali siquidem tempestate bilis potius suppressa est, ab acido exsuperante subacta, & à restagnantibus ad interiora ob inhibitam insensibilem transpirationem serositatibus diluta : ut adeò probabile non videatur, eam eatenus exaltari posse, ut tanquam causa primaria febrem inducere possit ; consequenter, si cuiusdam hoc, aut aliàs hyemali tempore febris quæpiam accidat, ea potius ut causæ principali succo pancreatico, utpote tunc juxta elapso Anno dicta vel maximè abundante, & in sua aciditate exaltato imputanda erit, quàm bili. Verùm respondeo, de ordinario, & bile ad hyemale tempus considerata, omnino ita esse, & rectè propterea febres solere esse hyemali tempore longè rariores, quàm æstivo : quòd si verò de extraordinario fiat sermo, & præcisivè à tempore ; dico dari etiam in hyeme talia subjecta, quæ non pauciore, neq; minùs acre bile abundant hyeme, quàm æstate, sicut dantur talia, quæ non minùs copioso, acréq; succo pancreatico abundant æstate, quàm hyeme : consequenter, quòd saltem tales subinde etiam hyemali tempore vernouè à febribus apprehendantur, mirùm nemini videri debet : sicut mirum non est, quòd non rarò affectus ab acido peccante dependentes etiam æstate, quâ acidum respectu æstivi temporis consideratum aliàs & paucius & minùs acre esse solet, accidant : veluti tales esse suo loco diximus colicos, arthriticosque

côsq; dolores. Et ista ipsa fuit ratio, quòd *Hip. 3. aph. 19.* postquam cuilibet anni tempori suos morbos à talis temporis temperie dependentes adnumerâset, perpendisset econtrâ morbos non solum à temporum constitutionibus fieri, verùm etiam à corporum temperamentis, & in victu committi solitis erroribus, demum edixit: *quilibet in quibusvis anni temporibus morbi fiunt: nonnulli tamen in quibusdam ipsorum magis tum fiunt, tum exacerbantur.* In illis videlicet temporibus certi morbi magis tum fiunt, tum exacerbantur, in quibus eorum causæ etiam anni ipsius temperies correspondet, veluti in febribus producendis bili, quæ primariâ febris causa est, correspondet calor æstivus: in producendis defluxionibus lymphæ, quæ extravasata defluxionum causa esse solet, correspondet hyems, & aliàs tempora pluviosa frigidâq;: & propterea febres solent æstate esse & frequentiores, & ferociores, quàm alijs anni temporibus: defluxiones solent esse hyeme & pluviosis frigidisq; temporibus & frequentiores, & graviore, quàm æstate, & siccis, calidisq; temporibus. Et sic de alijs. Possunt tamen, & hyeme excitari febres, & siccis temporibus defluxiones, dummodo eis deprehendatur sufficiens febrile excitandæ bilis, & defluxionibus concitandis lymphæ: & sic de alijs. Deprehenditur autem etiam hyeme subinde sufficiens ad febrim excitandam bilis in corporibus bilioto E. G. temperamento præditis, in ira, exercitijs corporis immodicis, multo aromatum, & ciborum calidorum usu, vinis generosis, & similibus circumstantijs excedentibus. Deprehenditur etiam æstate, & temporibus quibuscunq; siccis, calidæ sufficiens ad concitandas defluxiones lymphæ in corporibus temperamento phlegmatico præditis, multo crudorum, humidorumq; usu, somno

nimio, & diurno, otio, aquæ potû & similibus delectantibus. Et sic de alijs quibuscunq; affectibus. Qualia corpora proinde siquidem etiam hoc martiali tempore fuere re-  
 perta; mirari neminem decet, quòd ea fuerint etiam hoc tempore à febribus intermittentibus apprehensa. Quòd ipsum puta & de continuis, si & ab eis quispiam quid passus est: quatinvis ad istarum accensionem prætereà non minimum fortè etiam fecerit ab externo frigore prohibita humorum insensibilis perspiratio.

§. LVI. Pleuritici non minùs hoc, quàm elapso mente, dummodo tempestivè ad rem fecerunt, convalescere ad remedia elapso mente descripta. Illustrissima Comitissa de Blaggay jam tertià vice eo malo prehensa tamen propter conjunctam valde ardentem febrem & inde ortam inluetam tali malo linguæ ariditatem præter ibidem adnotatam antipleuritica & cordialia prætereà uti debuit mucilagine sem, cydon, elapso Anno §. LXXXVII. descripta: pro febris attemperatone autem, somniquè, qui planè aberat revocatione semper vesperi ante somnum hæc specificam emulsionem.

*R. sem melon. ꝑj.*

*pepav. alb. ʒij.*

*card. ben. par. ij.*

*amygd. dule. par. ij.*

*contusis in mortario lapideo affunde aq. card.*

*maria & flor. acacia*

*aa. unc. iʒ, & f. l. a. emulsio.*

*cui adde*

*conf. man. Christ. perl. ʒij.*

*Magist. dent. apri.*

*ocul. 6ʒ. ꝑꝑ. aa. scrup. ʒ. M.*

Sig.

## Sig. Besondere Bluser-Milch.

Et convaluit intra dies 14. feliciter. Caterum quibus pleuritici dolores taliter læpitis recurrunt ultimatum communiter in empyemata lethalia desinunt: quemadmodum id ante annos factum apud Ill. L. B. Christophorum ab Engls-haus Inclytæ huius Provinciæ Carniolæ Quæstorem Generalem. qui proinde talibus obnoxii sunt, terid sibi prospiciant, acida, & corporis perfrigerationes vitando. Hippocrates aliàs etiam dicit 5. aph. 8. quòd qui pleuritide laborantes intra 14. dies superviè non repurgantur, ijs in empyema fit mali translatio. Et 5. aph. 15. quòd, qui ex pleuritide Emphy fiunt, si à ruptione intra dies 40. sursum repurgantur, liberentur, alioquin transeant in tabem.

S. LVII. Cum quanta circumspectione sint medicandæ gravidæ mulieres, à nobis quidem jam in *Intric. Extricato nostro Medico part. 2. cap. xvi* proditum est: quòd verò tamen etiam his diebus se dederit occasio quæpiam in ibidem dictorum confirmationem experiundi, lubuit & ea hîc subnectere. Gravida autem fuit Domina Sartoria suæ artis gnarissimi Domini Sartorij pharmacopolæ nostratis uxor honestissima in septimum mensem utero gerens: & conquerebatur de febre continuâ, cordis palpitatione, siti, & jugi oris amaritudine: causam talis mali attribuens partim iracundiæ, partim nescio cui mœrori, seu uti vulgò loquuntur, melancholiæ. Atque adeò curationis scopi erant quidem exagitatam per iram bilem educere, febrim extinguere, corroborare, & melancholiam illam, seu nescio quibus de causis conceptum mœrorem competentibus contrariis persuasionibus dispellere: quibusnam tamèn remediis istud esset in actum redigendum, erat dubium (gravidas siquidem juxta citato loco dicta



dicta, primis tribus & postremis tribus gestationis mensibus est purgare intutum; venam autem leccare, quòd tamen febris exigebat, adhuc intutiùs) demum verò tamen resolutionem caperamus ex rectè citato nostri Intric. Extricati Medici loco, ubi dictum, & uti reor, fundatè demonstratum fuit, infecuritatem illam solùm fortibus illis, electivè, uti dicitur, purgantibus, & veteribus consuetis evacuanti-  
bus medicamentis inesse; minimè verò mitibus illis, qualia à nobis ibidem fuère enumerata: neque in minimâ quâque quantitate celebratis sanguinis emissionibus. Et bonæ patienti citra metum pro corporis expurgatione unc. iſſ aquæ laxat. Managetta propinaveramus, postridicque ex saluatella manûs sinistrae ad unc. v sanguinis extraxeramus. De super verò pro ulteriore exagitatae bilis subactione, febrilisque caloris attemperacione quotidie tales pulvisculos ex jure caponum propinare soliti sumus:

℞. *spec. diamarg. frig.*

*arcen. duplic.*

*occul. 69. pp. aa. scrup. ʒ.*

*sacch. perl. gr. v. M. f. pulv.*

Sig. **Gall tämpfendes. Hiß und Perl Pulver:**

Et tandem pro cordis corroboracione internè Cochlearim propinare aquam cordialem cum additione *spec. de hyacinth. inc. & Sach. perlat.* externè verò sacculos cordiales ex *herb. melis. flor. borag. violar. & garyophyl. aromat. cum aqua flor. tunic. flor. citri, & aceto rub. Ida. per/perfor.* Et bona ægra convaluit citra ullum ex purgatione, aut sanguinis missione perceptum periculum. Manet igitur etiamnum inconcussa loco citato à nobis tradita doctrina: utero gerentes mulieres primis tribus & postremis tribus mensibus quidem

non.

non esse purgandas drastice illis, & veteribus usitatis medicamentis, suum effectum non, nisi cum maxima naturæ perturbatione edentibus: bene verò cum mitibus illis, propter lenem suam operationem lenientibus dictis: qualium plura videre est ibidem. Id quod quidem ipsum putandum & de sanguinis emissione: eam videlicet non esse celebrandam in veteribus, qui usque ad animi deliquium communiter cum sanguinis emissionem procedebant, consueta quantitate: sed solum in nobis consueta, quæ aliquot unciolas faciliè non transcendit.

§. LVIII. Multifaria quidem sunt, quæ præmaturè parere subinde faciunt in utero gerentes, qualia sunt e. g. rectè in mox præcedente historia memorata purgantia, & sanguinis emissiones, si cum debita circumspèctione non adhibeantur. Item commissi graviores in victu errores, vi quorum vel uteri redduntur nimis lubrici mucosive teste *Hip. 5. aph. 45.* ad abortum proclivissimi, vel aliæ tales excitantur indispositiones, ad quas præmaturi partus non consequi non possunt: veluti talia esse prodidit *Hip. alui profluvia 5. aph. 34. tenellos 7. aph. 27. febres 5. aph. 55. &c.* Nec non graves animi perturbationes, præcipuè iram & terrorè. Et tandem vehementiores corporis commotiones, quales subinde fiunt in saltu, calu, equitatione &c. ad quæ proflus nihil contribuit fetus ipse: propterea si præmaturè præcipitatur, præcipitatur eum difficulter aliquando excutandâ à matre culpâ. Præcipitari eum verò tamen subinde ex propria culpa, omninò nihil ad talem abortum conferente matre, docuit inter alios *27. Martij* improvò, & citra ullam ad id à matre (quantum saltem illa asserbat) datam causam, octavo gestationis mense exclusus fetus in abdomine propè dextrum, nî fallor, inguen-

fat amplo affectus ulcere, sub cuius suppuratione dum febricitabat & dolebat, probabile est eum se eatenus contraxisse, contorsisseve, atque calcitrâsse, ut Chorion & Amnion membranas se cingentes perruperit, sicque sibi exitum præmaturè intra matris culpam paraverit. Nisi quis urgere velit, matrem saltem in eo potuisse dici culpabilem, quòd fortè inordinatiùs victitans morbo lo sanguini in se prognerando occasionem dederit, ex quo nutritus fætus postmodum incurrit in memoratum ulcus: id quod quidem in isto sensu per me ipsum etiam valere potest, utpote qui non ignoro pravas mulierum diætæ observantias communes esse causas, quòd earum partus nunc adhuc intra uterum existentes, nunc etiam postquam enixi jam fuère, sunt quandòq; jugiter morbo si. Trahit quidem docente Hip. fætus pro sui alimento, quod optimum est in sanguine primis mensibus, postremis verò etiam quidcùnque obvium: eò quòd solùm quod optimum est, ipsi tunc jam copiosiore alimento indigenti amplius non sufficit: & istud quidem etiam in sensu Modernorum, qui volunt, quòd foetus in utero non sanguine materno, sed chylo partim unà cum sanguine ad uterum advecto, partim autem per speciales ductus chyloferos illuc deducto nutriatur. Quamvis, quì foetus istam electionem facere possit, non videam.

§. LIX. Jecoris vulnera aliàs pro incurabilibus reputat Hip. 6 *apb.* 18. quòd ea verò tamen non solùm alij observârint sæpius fuisse feliciter consolidata, verùm & Ego in jam jam enarranda historia, credendum est cum Christoph. à Vega Hippocratem ibi magna vulnera, & profundè penetrantia, aut vas venæ cauæ majus discindentia intellexisse, non autem levia quæcunq;. Trigesimâ Martij certus vetustæ prolapiæ herus suum famulum ob certum delictum præ-

via efficaci cannâ indicâ concussione carceribus includi curaverat. Unde præ indignatione, furore, & desperatione ex sacco, in quo eum aliàs communiter gestabat, extractum sat longum latúmque cultrum sibi mox sub costis (spurijs in hypochondrium dextrum, quoad poterat, adegerat famulus, & tamen intra paucum tempus integerrimè resanatus est. Procul dubio contactum fuisse unâ hepar oportuit? siquidem rectè ibi, & adhuc demissiùs prominet infimus hepatis lobus; quia verò tamen nullum existit ibidem magnum vas-sanguiferum, læsio lethalis esse non potuit. Ast admiranda, hominis tam stulti cæcitas, abominandumque hominis tam furiosi consortium! qui siquidem in furias actus sibi ipsi parcere nequivit, quid non alteri cuiquam datâ sibi causâ, non inferret? me hercle verum est, hominem homini esse lupum.

§. LX. Pulmonum læsiones non solere esse saltem tam citò mortiferas, docent phthises. Rarius tamen videtur, quòd hîc Labaci jam à quadriennio vivat & citra ullum incommodum labore Arcularius per jocum, quia exsuccissimus est, *der faiste Tischler* dictus, cui tamen culter oblongus, qualibus in mensis utimur, fuit proximè ad mammam dextram profundissimè in pectoris cavitationem, adeoque & in pulmones impactus. Vulnus diu quidem quidpiam ichoris purulenti fudit, tandem verò tamen eatenus coarctatum est, consolidatum, circâque labia callo obductum, ut in forti expiratione quidem spiritum perceptibiliter, sicut antehac non obturatum in ordinaria, transmittat, aliàs verò nullum ægro incommodum, etsi contactum, obturatúmve minimè sit, inferat.

§. LXI. Similiter vivit etiamnum puerulus Tazollij In-

elytæ Provinciæ aliquando Cancellariæ Expeditoris filius, cui prævio scroti, & vesicæ sphacelo calculus vesicæ inclusus sponte suâ ante annos prociderat. Huic quoque scrotum unâ cum vesica quidem demum à Webero nostrate etiamnum vivente Chirurgo, & Barbitonsore contolitatum fuit: ita tamen, ut, dum puerulus diu retentam, & in majore copia collectam urinam cum solito maiore conatu excernere vult, illa câ mole seu striâ per vulneris aliàs non visibile, sed intra scroti rugas absconditum foramen profluat, quâ per canalem ordinarium, seu penem. Quemadmodum isto de casu ego pluribus in *Ephem. Nat. cur.*

§. LXII. Mox ad Aprilis hoc anno aliàs propter diuturniorem tum sui, tum prægressi Martij siccitatem solito salubrioris initium usque terè ad interitum in venationibus tempore rigidiore institutis factus pleuriticus Illustrissimus Comes de Trillég intra septem dies omne periculum evasit ex usu remedium in historia Illustrissimæ Dominæ L. B. de Gallenfels §. XLVIII. & In historia Illustrissimæ Dominæ Ursinæ Comitissæ de Bloggay §. LV. descriptorum.

§. LXIII. Ex phtificis pars magis læsa obiit, pars ad remedia à nobis anno priore §. LXXIV. descripta pro tempore à morte vitam pacta fuit. Sic floridissimi corporis habitûs coqua pileonis filia, eò, quòd suæ sociæ aulæ Sitticensis Clavigeræ phtificæ ministrasset, eâque demortuâ in ejusdem lecto jacuisset, facta phtifica se ad remedia loco citato memorata adeò recollegerat, ut suo muneri aliquot septimanis consequenter utcunque præesse valuerit: postquam verò, periculum se omne jam superasse rata, rursus addicentiorem victûs rationem rediisset, de novo deterius valere cæperat, usque dum tandem quoque ipsa scedifragæ morti in rapinam cesserit.

Unde

Unde quantæ astivitatís esse debeant miasmata, quæ phthisici de se sive expiratione, sive sudore, sive spúto emittunt, manifestum nimis evadit: propterea non cum minore cautione, præsertim à phthisi magis obnoxiiis, vitandi, quàm febribus malignis, nisi charitas contrarium urgeat, detenti. Sunt verò teste Hip. 3. *aph.* 29. phthisi præ aliis obnoxii adolescentēs & Juvēnes, & quidem uti idem ipse habet 5. *aph.* 9. præsertim ab anno suæ ætatis 18. usque ad 35. eò, quòd, prouti *comment.* 29. *sect.* 3. docet Gal. illi solent communiter esse inordinatissimæ victus rationi dediti. Nunc siquidem bibunt vina meratiora, nunc aquam frigidissimam, ceravissimamve glaciata: luctantur, saltant, vociferantur: sudantes se repente denudant, & frigido aëri exponunt, excessivè edunt, acidis & acribus delectantur: veneri nimium litant, & nescio quæ non, quibus se tali malo suscipiendo magis dispositos reddunt, commitunt. Ulterius sunt phthisi præ aliis obnoxii, qui temperamentum nacti sunt à natura calidius & siccus, pectus habent angustum, scapulas eminentes, collum oblongum & gracile, genas rosæ ad instar in medio rubentes, & destillationes ad fauces & pectus frequenter patiuntur.

§. LXIV. Cursor Auspergicus à longo tempore graviter tussiebat, circa 17. Aprilis verò & continuè febricitabat, peccante lymphâ, quæ hætenus saltem spiritalia organa molestè afficiebat, simul sanguinæ massæ communicatâ eandemque in naturali sua fermentatione turbante: postquam verò potione laxativâ priore Anno §. LXV. descripta decenter purgatus fuisset: bis sanguinem imminuisset: sanguineam massam à memorata lymphâ sequente pulvere quotidie mane ex decocto pectorali assumpto depurasset:

℞. *spec. diamarg. frig. scrup. ℞.*

*CC. publicè pp.*

*antimon. diaphor.*

*ocul. 69. pp. aa. gr. v.*

*succini. alb. pp.*

*flor. Sulph. aa. gr. j. M. f. pulv.*

Sig. **Brust und Hitz: Pulver auf 1. mahl.**

Atque tandem coagulata in spiritalibus organis lymphæ digestionem, expectorationemque promovisset *decocto pectorali cum syr. de aloha. Fern. & farfara dulcificato*, melius se, præsertim quoad febrim habuit. Postquam verò (observata victus regulâ: ) adhuc aliquamdiu utum trageæ nostræ pectoralis continuasset, in integrum convaluit, aurâ ipsâ successivè elementiore factâ trageæ utum & probæ diætæ observantiam secundante.

§. LXV. Paulò post 20 scilicet Aprilis Ill: quidam L. B. ante annum rectè ferè circa hoc ipsum tempus simillimè affectus ex suscepto in itinere frigore simul ac Labacum appulisset, febricitare, tussire, & in faucibus, sternòq; paulò supra cartilagine mucronatam dolere incæperat: postquam verò & ipse purgasset ex *unc. iijß mannae Chal. in decocto pector. dissolutæ*; sanguinem ex mediana brachij dextri emisisset, atq; tum pro corrigenda, cum per cutis poros evacuanda ad fauces & pectus ruente lymphâ, perq; hoc ipsum sopienda febrili corporis incalescentia aliquoties rectè priorè historiâ descriptos pulviculos ex aqua scabiosæ assumpsisset; gestato in dolente sterno *Empl. filij zachariæ*, atq; singulis vespers capite & faucibus excepto suffitu ex *succin. alb. atq; sacchar. com.* convaluit usq; ad solam tussim adhuc subinde modi-

modicè recurrentem : quam verò tamen & ipsam sensim & sensim sustulit ope toties memoratæ *trageæ pectoralis*.

§. LXVI. Honestissimæ Matronæ de Graffhaiden propriam prolem lactanti, nescio quâ occasione, sinistra mamilla intumuerat cum rubore quasi erysipelaceo, febre, capitis dolore, & siti inuetâ. Pro remedijs consultus tuale-ram præter diligentem lactis exlucionem *unguenti de Altbæ comp.* ad linteamen extensi applicationem, & ad intro pro sudoris concitatione talis mixturæ assumptionem :

℞. rob. sambuc. ʒij

elect. diasc. Frac. ʒj

CC. phlicè pp.

antim. diaph.

ocul. 69 pp. aa. scrup. ʒ

aq. flor. sambuc.

card ben. aa unc iʒ M. f. potio.

vesperi ante lecti ingressum ebibenda.

Sig. Schwaiß-Mixtur auff 1 mahl.

Bibit, sudavit, & convaluit lacte in glandulis mammarijs à quocunq; demum acido congrumato per hæcce dissoluto, & sanguini per compressionem in suo motu non nihil retardato, & propterea tumori insolitam rubedinem imprimenti, nec non febriliter effervescenti suâ liberâ circulatione restitutâ. Qualiter aliàs tractandi sint similes tumores, si curatione diutiùs neglectâ levioribus istis non cedant, breviter proposuit Paulus Barbette in *Anatom. suæ pract. lib. 3. cap. j. Item Muraltus in Colleg. Anat. lect. 14.*

§. LXVII. Defluxiones ad gingivas, & dentes cum genarum tumore communiter aliàs per se sensim discutiuntur, dummodo quis ab externa réfrigeratione sibi caveat, suffi-  
túmq;



tumq; contra defluxiones excipiat: vel etiam externè præfertim in rubente, & veluti erysipelaceo tumore farinam siliiginis volatilem, vel nonnihil prius tostam linteamini superstratam admoveat: ut citius tamen, securiusq; res succedat, potest corpus leniter E. g. cum manna in decocto petorali, aut scabiolæ in debita dosi dissoluta expurgari: hinc præcipitata, & stagnans in affecta parte lymphæ mediante sudore discuti *CC. pblicè pp. antimom. diaph. ocul. 69 pp. interuè ex aqua scabiosa* acceptis, externè autem in parte affecta gestato *Euplastro de meliloto*. Qualiter Ego rectè his diebus feliciter processi in 5 annorum puellula, filia de Albertis.

§. LXVIII. Illustrissimus quidam L. B. Juvenis, sanguineus, obelus, & rubicundus sub exitu currentis Aprilis pro cura vernali sanguinem ex dextri brachij mediana emiserat, qui sub effluxu quidem apparebat quàm rubicundissimus, postquam verò aliquamdiu stetisset, veluti lacti modicè flavescenti innatans. Vnde perterritus L. B. vix expectavit, donec ego à prandis reversus sibi, quid hoc portentosi significaret, explicarem. Et respondi Ego tale quidem in praxi facillè non observari, observari tamen subinde, si sanguinem emissuri non pridem opiparè pasti fuerint, & assumpta quidem in ventriculo digesserint, optimumque in chylum converterint, qui chylus verò in sanguinem nondum fuerit integrè conversus, convertendus tamen citra ulla ulterius damnum, si tempus sufficiens pro sanguificatione habuisset. Et propterea istum ipsum chylum serò permittum non nihil flavescere, seu ad rubedinem tendere, eò, quòd jam quidem inceperit aliqualem sanguinis tincturam recipere, verum nondum integram: & propterea cum nec proprie adhuc rubere, neque sanguini esse intinè permittum, sed potius sero.

sero. Et censerem cum quidem à quibusdam esse specialis sanguinæ massæ impuritatis iudicium; eò, quòd fortè aliquando talis fuerit in scabie, malignis febribus &c. observatus, prouti id videre est apud Borellum *Cent. 1. obs. xxv.* quòd verò tamen huic contrarium doceant plurimæ hinc & inde in *Ephem. Nat. cur.*, præsertim apud Sachsum *dec. 1. an. 1. obs. xxviii. in scholio* legibiles observationes: tam laudabilis corporis habitus, validæ vires, & emissi sanguinis, cæterùm inculpatissimæ Conditiones etiam quid suspecti in corpore latere credere prohibeant, illum, Baronem prorsus non habere, quòd inde sibi metuat. Sicut is etiã re ipsã perstitit sanissimus.

5. LXIX. Sed ratione nunc tactæ curarum vernalium mentionis quæri posset primò, undenam harum Curarum tam solemnis consuetudo originem sumpserit? Secundò quænam sit illarum tanta utilitas? Tertiò utrùm eæ quibuslibet hominibus conveniant? Quartò quo veris tempore convenientiùs instituantur? Et tandem quintò quibus remediis eæ sint peragenda? Ego responderem quoad primum, quòd ab ipso medicorum primipillo Hippocrate *6. aph. 74.* sic loquente: *quibus sanguinis missio, aut purgans medicamentum convenit, iis vere sanguinem mittere, aut ventrem purgare expedit.* Ad secundum dicerem curarum vernalium utilitatem eam esse, quòd illæ hominem ab indispositionibus non solum verno tempore evenire solitis & ab Hip. *3. aph. 20. enarratis* verùm & ab aliis quibuscunque per ætatem affligere assuetis, & *3. aph. 21.* ab eodem Hip. recensitis prætervare queant. Scire etenim oportet hyemali tempore ob impeditam insensibilem transpirationem, multum otium, & diversa alia, quibus per id tempus, præsertim Bachanalibus diebus, nos opplere solemus, in nostris corporibus plurimum

peccantium humorum accumulari, qui verno solis calore agitati, nisi præviè aut corrigantur, aut educantur, facillimè in morbos erumpunt. Ad tertium dicerem curas vernaes quibuslibet hominibus nullatenus convenire, multò verò adhuc minùs esse necessarias; eò quòd non quilibet homines vitiosos humores in suis corporibus aggregant; & istud vel ob religiosiùs observatam victùs regulam: vel ob inculpatam ventriculi, & aliarum partium digestionem, distributionémque: vel denique ob tale naturæ robur, quo, etsi quid vitiosi in corpore aggregetur, illud rursus tempestivè satis per quascunque demum excretionum vias everritur. Ad quid verò curatio, ubi nulla adest præternaturalis dispositio? Nisi quis sponte tua vellet in Hippocratis illud 2. *aph.* 37. *qui bonà sunt corporis valetudine, purgationes difficulter ferunt, & citò excoluuntur*, peccare. Aut curandis causam dare, quòd in lectum, si non planè in tumbam præcipitati dicere possent *per star meglio, sto qui*. Ad quartum dico communem quidem esse opinionem curationes vernaes debere institui temperatissimo sicut anni, quod est vernum, ita veris, quod est majale, tempore: verùm cenleo ego distinctionem potiùs inter temperamenta, & corporum constitutiones esse faciendam, quàm in tempore ipso vernali: eò, quòd, qui temperamenti sunt calidioris, & multis biliosis humoribus abundant, vel simpliciter plethorici sunt, si curationem usque in Majum, vel planè Junium differant, periculum est, ne per indies intensiorem aëris calorem exagitati dicti humores, acriores, calidiorésve redditi, priùsquàm Majus, Juniùsve adveniat, in partem aliquam principaliorem corporis præcipitentur, sanguineæve massæ admisceantur, atque adeò laniatam pessudent: quod ipsum puta & de plethora. Quos proinde

inde mox in veris principio, quod sub solis in Arietem ingressu accidit, curare convenit. Secus verò habent, quod metuant, ne ipsis accidat, veluti mihi jam aliquoties, præsertim ante septennium, qui absque ullo prævio secuturi mali signo mox ac Æquinoctium vernum adfuit, in febrim tertianam duplicem continuam periculosissimam incideram. Aliàs vero si aliud mihi non obvenit, obvenère defluxiones ad tonsillas, vel saltem lassitudines intolitæ. Certum L. Baronem verò novi aliquot annis consequenter fuisse circa idem tempus febre tertiana intermittente prehensum. Alios aliis affectibus, nisi eos maturiore corporis expurgatione & sanguinis missione prævenère. Qui econtrà temperamenti frigidioris sunt, & potiùs phlegmatibus abundant, eis dictas curationes in Majum, vel etiam in Junium differre adeò non nocet; eò, quòd indies calidior æris constitutio phlegmatibus illis digerendis potiùs prodest, quàm obest: adeò, ut nisi illa planè copiosa sint, subinde etiam per se à natura externo æris calore adjuta superentur. Melancholicos econtrà rursus, et si melancholia aliàs etiam frigida sit, quia tamen est sicca, siccitas verò ad æris majorem incalescentiam intenditur, maturiùs curare præstat. Ad quintum denique dico Hippocratem quidem in curationibus vernalibus saltem purgationis, & sanguinis missionis meminisse: quòd si verò tamen peccantes humores aliis: puta alterantibus, incidentibus, attenuantibus, dulcificantibus, præcipitantibus &c. indigere viderentur, in subsidium esse advocanda & ista.

§. LXX. Ast ridiculum est, quòd subinde à quibusdam auditur, homines sanos non esse purgandos; eò, quòd læpius observatum fuerit per purgationes excitatas fuisse febres tertianas intermittentes, imò quandoq; & continuas: velu-

ti ante paucos annos obtigit insigni Juris-Consulto Joanni Stephano Floriantſchitſch Amico meo ex mille uni: sed potiùs canem dormientem non esse excitandum: **Man soll den schlaffenden Hund nicht aufwecken.** Verùm respondeo Ego omnino absolute sanos, id est, qui non solum actu sani sunt, verùm nec vitiosis humoribus, ex quibus in futurum quid mali sibi accidere posset, scatent (quales tamen in nostra Germania valde rari) non esse purgandos, quemadmodum istud jam antea diximus: nego tamen non esse purgandos eos, qui actu quidem sani apparent, interea verò tamen talibus humoribus abundant, qui in tempore non educti facile in morbos erumpere possunt: quales sunt communiter illi, qui sunt varijs indispositionibus à natura obnoxii. Et transeat, quòd ad acceptum medicamentum aliquando (rarò enim tale quid accidit) febres consequantur: illud enim non tam medicamento, quàm potiùs humoribus peccantibus illuc usq; alicubi quiescentibus, & per medicamentum exagitatis, non tamen integrè eductis, venit imputandum: qui humores verò successu temporis tamen per se in easdem febres prorupissent, sed tantò adhuc periculosiores, quantò copiosiores latuissent in corpore ante, quàm post acceptum medicamentum dicti vitiosi humores. Quemadmodum istud manifestè factum fuit in rectè priùs laudato D. Floriantſchitſch, qui triduo post inculpatisimè procedentem purgationem quidem in febrim petechialem à nobis in *Ephem. N. C. Dec. 3. An. 4. obs. CXIV.* fusiùs descriptam inciderat, quam verò ultimam tamen feliciter superavit: dum tamen interea alij non purgati eodem tempore ex eadem febre omnino interierunt: veluti Joannes Baptista Petermannus inclytæ hujus Provinciæ physicus & Medicus

dieus Ordinarius : Joannes Ingolitsch Ord. Cisterc. Sitticij Professor : & Illust. L. B. de Gallenfels ad S. Vitum infra Sitticium Parochus : omnes tres viri juvenes, plethorici, & cæterum probè constituti. Imò postremus actu habebat domi medicamenta pro cura majali paulò antè à me sibi ordinata, quibus verò quia uti neglexerat, non solum in morbum incidit, verùm eo planè interiit, fortè quid tale non experturus, si præviè corpus expurgasset. Ast talia interveniunt, dum extrema, & à DEO Creatore vi Job illius *cap. 14. definiti sunt dies hominis* &c. determinata mortis hora appropinquat. Excæcatur Medicus, excæcantur ægro ministrantes, excæcatur æger ipse, & medicamentis aptissimis vis tua ordinaria adimitur. Videatur aliàs ad propositum etiam historia nostra in *Eph. Nat. Cur. dec 2. An. X. Obs. LXIV.*

§. LXXI. Quemadmodum furiosus, & in se nimis impius famulus præcedentem Martium clauferat, sic clausit currentem Aprilem furiosus, & desperatus Lanio : ut adeò quis jure dixerit cum *Hip. 3. aph. 20. in vere* non solum dominari furores medicè acceptos, verùm & moraliter acceptos. Erat verò Lanioni juveni formosa, adeoq; juxta illud : *Rara est concordia formæ, atq; pudicitia*, fortè illicitis amoribus dedita uxor. Unde accidit, quòd domum veniens Lanio suæ uxoris coomatozem domi deprehenderit : veritus verò, ne eundem expellendo fortè ipse impingeret, in eum furorem, vel potiùs desperationem incidit, quòd se ipsum in proximè præterfluentem fluvium Labacum præcipitem dederit, inde nunquam amplius revertus. Quanta hominis vesani cæcitas ! si alterutri fuit intereundum, præcipitasset in interitum potiùs uxorem, quàm se ipsum : aut si cum eadem

dem mitius procedere voluit, usus frequentius fuisset remedio à Poëta similiter constitutis præscripto :

*Nux, asinus, mulier simili sunt lege ligati,*

*Hæc tria nil rectè faciunt, si verbera cessent.*

s. LXXII. Majus aliàs teste Hip. 3. aph. 9. saluberrimum, & acceptabilissimum anni tempus, quo videlicet

*Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes,*

*Vividâq; in tenero palmitè gemma tumet.*

*Pratâq; pubescunt variorum flore colorum,*

*Indociliq; loquax gutture vernat avis,*

Hoc anno, uti dictum, ad eò fuit nubilus & pluviosus, per totum prævalente Austro, ut solos tres postremos dies habuerit in totum serenos, ex intermedijs autem paucissimos, qui solem veluti momentaneè è nubibus promicantem vidère; & propterea auram inamænissimam, atq; ad Curationes Majales ineptissimam. Quòd mirandum, morbos tamen habuit rarissimos. Puto partim ob prægressi cum Martij cum Aprilis solito majorem serenitatem, partim ob nullam intereà intercurrentem specialem auræ quoad temperiem de uno extremo ad aliud mutationem; partim denique etiam, quòd auster ille non tam more suo tepidus, adeòq; ad putredinem multùm disponens, sed potiùs ob unà vectas plurimas nivium particulas austeriusculus fuerit, adeòque juxta à nobis Anno priore s. XXXXIII. dicta non admodum ad putredinem disponens. Illi tamen qui fuère, fuère potissimùm defluxiones ad fauces, adeòque tonsillarum inflammationes, & scrophulæ: ad pectus, adeòque tusses, asthmata, & phtises: ad oculos, adeòque opthalmiæ: ad dentes, adeòque odontalgia &c. Item febres tam intermittentes tertianæ, quàm continuæ, (caries &c. Et illæ quidem ob humidam pluviosamque

tempestatem nimis diu protractam : hæc autem , ob bilem ex quacunque demum §. LV. enarratarum causarum in certis subiectis aggregatam , & cum acido pancreatico , aut alio quocunque acriore reddito in intestino duodeno , aut vasis languiferis majoribus febriliter effervescentem. Scabies denique ob vernalem solem cutis poros reterantem , universos humores exagitantem , fermentantemque , & eorum recrementa per cutis poros evocantem , quæ dum crassiora in cutis poris subsistunt , eamque quæ acriora exedunt , ulcutorum illorum , quæ vulgo scabies dicuntur , evadunt causa. Plura aliàs de aura & sole vernali *Anno elapso s. XVIII.*

§. LXXIII. Certus L. Baro patiebatur defluxionem dolorificam ad utramque aurem : postquam autem purgasset , sanguinem misisset , & auribus excepisset aliquoties fumum ex suffitu contra defluxiones cum sem. lini , effluxit sponte suâ ex utraque aure ichor saniosus , & convaluit æger citra alia remedia.

§. LXXIV. Idem ipse jam memoratus L. Baro acquisiverat furunculum in radice nasi inter utrumque oculum. Gestavit empl. diachyl. cum gumi : & furunculus maturatus , apertus , & successivè consolidatus est.

§. LXXV. Alternis diebus febricitantes convalescebant ad remedia in pluribus locis hætenus à nobis descripta. In specie Domina Tolmainerin puerpera , præmissâ proportionatâ corporis expurgatione , ad istam potionem bis unâ horâ ante febris invasionem acceptam.

℞ aq. card. ben.  
cent. min. aa. unc. j.  
zberac. s. ʒij.  
[sal. febr. myns. ʒʒ.



*Spir. sal. armon. gut. v.*

*Syr. papav. er. ʒiʒs. M. f. potio.*

Sig. Fieber Mixture auf 1. mahl.

§. LXXVI. Defluxiones ad fauces & alias partes cedebant remedijs à nobis in suis locis descriptis.

§. LXXVII. Mea Uxor dilectissima ob exutam in horto extimam vestem perfrigerata graviter tussiebat. Convaluit autem rursus breviter ad suffitum contra defluxiones, & tragæ nostræ pectoralis usum. Adeò nocivæ autem solent esse præsertim rarioris texturæ hominibus similes repentinae perfrigerationes, ut vernaes, æstivæ, auctumnalesque tusses, gravedines, & quæcunque defluxiones ferè solis istis veniant adscribendæ. Qui proinde ab eis tutus esse cupit, similes perfrigerationes vitare recordabitur, neque brumales vestes exuet, priusquam externus æstus eum ad assumendas æstivas coegerit: Siquè eas jam semel deposuit, intervenire econtra accideret rursus rigidiorè auram, eas reassumere non erubescet.

§. LXXVIII. Scabiosorum curationes ob rationem elapso Anno §. LXXIII. memoratam in æstatem differebam.

§. LXXIX. Pistoria è regione hospitalis Civici in domûs Sæditiæ infima contignatione ex febre tertiana duplici continua decumbens convaluit ad ea, ad quæ plures alij anno elapso similiter affecti: mox scilicet alterâ ab invasione die purgata fuit aqua laxat. Manag. succ. v. cum arcani dupl. Myns. scrup. ʒ postidie sanguinem emisit: reliquis diebus usq; ad morbi finem usa est quotidie bis talibus pulvisculis:

*R. Spec. de gem. frig. scrup. ʒ*

*ʒ antim. diaph. ʒ*

arcana. dupl.

ocul. 69 pp. aa. gr. vii M. F. pula. detur  
in quadruplo.

Sig. Herz schillende Perl-Pulverlein.

Et ante somnum bibere solita est emulsiones ex sem.  
melon. papav. alb. amygd. dulc. cum. additione sacch. perl. atq;  
ocul. 69. Ultimatim pro recidivæ præcautione tali potione  
expurgata.

℞. aq. cichor.

℥yr. diaser. aa. unc. j.

spec. diat. c. rhab. ʒi M. f. pozio

Sig. Gall Tränckl auf 1. mahl.

§. LXXX. Sub idem tempus mihi ad domum curru  
advectus fuit rusticus juvenis, robustus, & sanguineo tem-  
peramento præditus, propter delirium furiosum & inquietu-  
tudinem manibus, pedibusq; curru adligatus. Quòd is ve-  
rò convaluerit intra hebdomadam ad illa ipsa, ad quæ Faber  
ille, de quo Anno elapso §. LXIII., non est, quod reme-  
dia ei adhibita hîc repetam. Notabile tamen in eo fuit, quòd  
vesicatoria eius brachijs fæmoribusq; per 12 horas admota ferè  
nec vestigiũ tuæ operationis ediderint; atq; adeò si volumus,  
ut pro intentione nostra fuissent operata, coacti fuerimus  
ea per alias totidem horas in corpore relinquere, dum ea  
tamen, experienciã teste, intra tantum temporis spacium  
aliàs pro desiderio tuam operationem edere solent. Imò  
novi subjecta, in quibus intra totidem horas nimium  
operata fuere, veluti ante annos in sculptore Maje-  
titich cognominato, homine bilioso, & febre malignâ  
cum delirio, & motibus convulsivis detento, in  
quo planè profundas exulcerationes causârunt. Ut ve-

rò sciatur, undenam ista eorum operationis diversitas? Sciendum est, eorundem vesicas excitandi facultatem consistere in alkali volatili cantharidum summè corrosivo; & proinde quò corpus, cui ea applicantur, mollius teneriusve est, qualia sunt communiter corpora civilium, nobilium, mulierum, puerorum, & sanguineo temperamento præditorum hominum: vel copiosiore alkali ex natura, vel ex diætâ abundat, qualia sunt corpora biliolo temperamento præditorum, vel aliàs tali diætâ utentium, quæ multam bilem progenerat, ea tantò sensibiliorem effectum edere: quò e contra corpus, cui applicantur, durius est, crassius, & densius, aut pauciore minùsque acre alkali abundat, qualia sunt corpora rusticorum aut aliàs duris laboribus deditorum hominum, ætate provectorum, virorum, & pituitoso, aut melancholico temperamento præditorum, ea tantò minùs sensibilem effectum producere. Quòd si proinde ea sint illis admovenda, ne nimium effectū producant, non esse tam diu in corpore relinquenda: Si autem istis; diutiùs: v. 9. illis per horas 7, 8 vel 9. his autem per horas 10, 12 vel diutiùs. Secùs periculum est, ne in illis diutiùs relicta, sicut in dicto sculptore, non solùm profundas exulcerationes inducant, verùm subiectis nervis tendinibusque sale eorum corrosivo communicato planè convulsiones: in his autem, si diu latis admota non relinquuntur, desideratum effectum non producant. Vel certè istis incommodis est mitioribus, fartioribusve, quàm, quæ ab Augustanis proponuntur, vesicatorijs obviam eundum. Quod nunc de corporibus biliosis, & copioso alkali pollentibus diximus, idem planè dicendum reor, de corporibus à copioso alkali de-

pendentibus indispositionibus detentis, quales sunt E. g. febres ardentes, sive benignæ, sive malignæ: in his siquidem, si vesicatoria admoveantur, & præsertim diutius in corpore relinquuntur, non minus est periculum, ne vesicatoriorum alkali alkali corporis superadditum, non solum effectum desiderio majorem producat, verum & indispositionem ipsam sensibilibus adaugeat: id quod probabiliter factum fuit in febribus illis malignis in quibus *in Ephem. Nat. Cur. Dec. 2. An. 9. obs. CXXXI.* vesicatoria adeo perniciose fuisse notavit Emanuel König Medicus Basileensis celeberrimus, prodiditq; ea propterea in talibus febribus nunquam esse usurpanda, nisi dum ægri sunt soporosi, seu ad lethargum proclives: adeoq; non tam alkali valatili, seu bile tenui, & valde acre abundantes, quam pituita, & narcosi eorum spiritus veluti ligante. In religatione tamen vesicatorum partium etiam diligentia est adhibenda; eò, quod, in negligenter tractatis partibus vesicatis relicta diutius cantharidum particula corrosiva possint cuticula subjectæ cuti exulcerationem profundiorē inducere, absq; eo, quod alius ex enarratis error interveniat. Veluti apud Laicum Carthusianum, cui Ego ante biennium in defectu aliorum vesicatoriorum ranunculi folia non nihil conquassata, & aceto perspersa applicueram, cui postea in vesicatis brachijs, etsi valde carnosus, adeoq; tam facile non exulcerabilibus, fuere valde profundæ exulcerationes ex pura negligentia enata.

§. LXXXI. Famulus Argentinensium Archiater Kuefferus à suo discipulo secreta curandi rogatus ei respondisse fertur: *Serva meam medendi methodum, & habebis mea secreta.* Quasi dixisset, Medicis nulla esse secreta, exceptâ artificiosa

medendi methodo. Hanc qui possidet, possidet secreta medica. Hanc qui non possidet, noverit etiam remedia qualiacunque velit, parùm prosperè in curando procedet. Certus 15. annorum adolescens Arch cognominatus Seminarij Labacensis Alumnus à sæda capitis scabie fuit quidem à vetulâ quadam Medicatrice unico linimento percuratus, verùm cum ea infelicitate, quòd paulò post toto corpore intumescere incæperit: demùm verò epilepsiâ repentè prehensus planè interierit: lymphâ acido-acre, quæ rectâ medendi methodo potiùs ad extra, quò natura vergebat, erat pellenda, ad intrò repullâ, primùm quidem sanguini & nutritionis organis, unde illa totius corporis intumescencia: postcâ verò & nervoso generi communicatâ, quod ab ea utpote acre vellicatum spiritus animales in se contentos ultimâ in eam confusione egit, ut illi inordinatè commoti, atque sùsque deque ruentes non solum motus illos convulsivos, quos in epilepticis cum horrore conspiciamus, in toto adolescentis corpore causârint, verùm demum dissipati eû planè vitâ ipsâ privarint. Vnde hoc totum, nisi ex defectu veræ medendi methodi? Remedium erat bonum, cò, quò ediderit effectum, quem intendebat irrationalis, & propterea rogo digna Medicatrix: ast infelix fuit ejusdem usus: quia non fuit verâ medendi methodo adhibitum. Sed

*Sic fit, dum Medicus quisque est Idiota, Sacerdos,*

*Judeus, Monachus, Histrio, Rasor, Anus,*

*Miles, Mercator, Cerdo, Nutrix, & Arator.*

vera autem, seu artificialis tali Medicis aliàs Achorum nomine venientij scabiei medendi methodus est ferè eadem, quæ scabiei cuiscunque vulgaris: quam siquidem Anno elapso §. LXXVI. proposuimus, non est, quod eam hîc repetamus.

Nisi pro inunctione capitis eis adjunctum quis velit adhuc linimentum aliquod ; cui propterea Joan. Michæelis illud , quod *cap. I. de morbis puerorum* sequenti modo proponit ille , commendatum velim :

℞. ung. de helen.

diapomph. aa. ʒiʒ

flor. sulph. scrup. ij.

lact. sulphur. scrup. j. cum. s. q. ol. nicot.

F. l. a. linimentum.

Præmissis citato loco à nobis propositis universalibus , & aliquoties iteratâ tali capitis lotionè usurpandum :

℞. sol. beton.

scordij.

helen. aa. mʒ.

nicot. sic. p. ij.

radic. beton.

lapath. maj. aa. ʒiij.

incisa grosso modo decoquantur in s. q. aq.

℞ F. capitis ablutio.

§. LXXXII. Mirabar, quòd, qui hoc tempore prælervativè sanguinem emittebant , ferè omnes eum habuerint floridissimum, & omni ei aliàs cõmuniter supernatare solito phlegmate expertem. Puto, quòd ob multum dominantes flatus austrinos, qui utpote copiosum alkali volatile secum vehentes quidquid crudum sanguini inerat, attenuârunt, dissipâruntq; : non vano omine, Morbonam secuturâ æstate speciale dominium in nostra corpora non habituram , nisi ea ad eò æstuosa evaderet, quæ floridum istum sanguinem adhuc majore alkalitate repletet, adeoque ad febres, & omnis generis ab alkali, seu peccante bile dependentes affectus disponderet.

§. LXXXIII. Nullibi aliàs audiebatur hoc tempore de ulla malignitate ; mox ad initium Junij tamen fuere in platea Teuthonica in unâ eâdemq; domo illorum quinq; , quâcunq; demum ex causa febre malignâ prehensi , & Materfamilias quidem cum rubeolis à nobis Anno elapfo §. C. Descriptis , sed malignis. In curatione , quæ dogmaticè curabatur , Materfamilias obiit : qui autem empiricè , evafere. Ut propterea non immeritò mihi à non nemine obiectum fuerit , empirica , feu vulgò dicta domestica remedia præstare dogmaticis , & nescio cui Medendi Methodo innixis. Cui Ego verò repolueram , istud argumentum pro Empirica parùm militare ; eò , quòd à particulari non valeat argumentum ad universale : secùs aliàs etiam valebit hoc : iste aut ille febre acutâ detentus bibit vinum , & tamen evafit , alius quilibet autem non bibit , & tamen obiit : ergo consultiùs est in febribus acutis bibere vinum , quàm non bibere. Item istud : hîc aut ille nullo prorsus remedio usus est , & tamen convaluit : talis aut talis autem plurimis usus est , & tamen interiit : ergo præstat nullis , quàm aliquibus remedijs uti. Quemadmodum autem nullius rationis campos istud ita se habere efferet , bene verò contrarium : ita nullus censere debet meliora esse empirica remedia , quàm dogmatica , feu cum rationabili Medendi Methodo ordinata. Fateor quidem ea , quæ à nostro vulgò communiter in febribus continuis acutis usurpantur , suâ virtute in eis percurandis non carere : quòd si ea tamen cum ratione , & circumspèctione , quâ tamen carent Empirici , non adhibeantur , posse ægrotos , in maximum vitæ periculum , vel etiam in mortem ipsam præcipitare. Remedia siquidem quibus illi uti solent , sunt summatim *venæ sectio : emul-*

emulſiones ex ſem. melon. papau. alb amygd. dulc. & ſol. ſemper-vivi maj. factæ : myrrha & camphora in aqua infuſa, & probauſtu ordinario pota : pulvis pyrius : & in lingue ariditate mel roſaceum cum albo græco permixtum, atq; cancri conquaſſa-zi, & intra duo lintheamina anteriori collo adligati. Atqui ſi iſta cum ratione, & artiſiciola circumſpectione non uſurpentur, poſſunt eis utentes in maximum vitæ diſcrimen, vel etiam mortem iptam præcipitare : ergo eis non eſt ſele concedendum, etſi in percurandis dictis acutis febribus ſuâ virtute omnino non careant, niſi illa ſint à judicioſo, & circumſpecto Medico ordinata. Quoties etenim venæ ſectio-nem in ſimilibus febribus proſtantia maligna exanthemata, ægri proſtrata vires, alvus nimium fluens & ſimilia diſſuadent ? quoties emulſionibus repugnat ægrorum nimia ad ſomnum proclivitas, nimis laxa alvus, & pectus multo phlegmate refertum ? quoties deniq; febris adeò intenſa eſt, ut qui eandem multâ myrrhâ, camphorâve extinguerre ſatageret, illam ob plurimas, quibus & myrrha & camphora abundant, volatiles, & alkalicas particulas longè magis accenderet. Quis autem vulgum, ſeu Empiricos ad iſtas & alias ſimiles ſolis rationalibus Medicis cognitæ circumſtantias, & cautelas attendere docuit ? profectò nemo. Manet igitur indubium, ſemper præſtare tenere cum remedijs ex artiſiciola Medendi Methodo ordinatis, quàm à vulgo nudæ experientiæ innixo ſuaſis, etſi in ſe ipſo etiam idoneis. Quidquid ſit de interitu allegatæ Matrifamilias. Poterat ſiquidem talis non ex remediſorum arte adhibitorum ineptitudine accidere, ſed potiùs ex malo graviore, quàm reliquorum fuit ; ex viribus debilioribus, aut alijs ſimilibus cauſis, quales in reliquis illis methodicè non curatis non fuere.



§. LXXXIII. Alternis diebus febricitantes convalescebant usurpatis eis, quibus aliàs. Imò quidam planè sine remedijs, fomite febrili inædiâ consumpto, aut sub pustularum purulentarum in lingua, & circa labia exortarum forma naturæ dexteritate excreto.

§. LXXXV. Tergestini tamen Soc. IESU Collegii Patri Rectori quid speciale, & quod hæctenus apud nullum, præterquam apud Parthenium Pethagnam Principem de Tribi-face Neopolitanum ante annos hæc Viennam transeuntem in eadem febre tertiana intermittente observaveram, acciderat: nimirum, quoties apud eundem febris exacerbabatur, toties unà pro rumpere per totum corpus viæ sunt pustulæ illæ, de quibus nos pluribus superiùs §. XXXVII. Quæ verò cum sudore semper in paroxysmorum declinatione oboriri solito rursus ad eò discutiebantur, ut apyrexias tempore nec vestigium earum in corpore superfuerit. In curatione quidem bis fuit à febre liberis diebus, sicut alij pulvere Warbich expurgatus: minuerat etiam sanguinem, & aliquoties sale febrili Mynsichti usus erat: liberari tamen non potuit, nisi postquam aliquoties assumpsisset antipyreticum nostrum elapso Anno §. XCII. descriptum.

§. LXXXVI. Eis ipsis diebus pro cura vernali assumpserat Aquam laxativam Magistralem Anno priorè §. XXXIX. à nobis descriptam primarius huius loci Juris Consultus Carolus de Schwizen: & proruperant ipsi sub ipsa medicamenti operatione per totum corpus simillimæ, sed majore cum pruritu, pustulæ: quæ verò subtecuto sudore sponte suâ citra ullum post se relictum incommodum evanescere. Ut Adeò dubium nullum sit, eas non solum blandis diaphoreticis juxta §. XXXVII. huius Anni dicta tutò discuti, verum eisdem.

eisdem nec purgationem, nec sanguinis imminutionem obesse: uti tamen dixi tutius videtur esse consilium Hip. qui 1. *aph.* 21. ad propositum sic loquitur *quæ educere oportet, quò maxime vergunt, eò ducenda, per loca convenientia.*

s. LXXXVII. Planè insolenter lamentabatur de Ischij & dextri genu interno, & ad tactum quidem imperceptibili, cæterùm verò valde sensibili dolore ancilla quædam. Propterea ipsi suaseram, ut corpus tali bolo expurgaret:

*℞ Elect. Caryocost. ʒiij.*

*Spec. diatereb. Myns. ʒj M.*

*cum saccb. f. bolus.*

**Sig. Purgierende Bergicht. Lathweg auf 1. mahl.**

Desuper ex Ischiatica dicta vena in pede sibi sanguinem emitteret: sudaret saltem bis aut ter ad pulveres antiarthriticos nostros Anno priore s. LXI. descriptos, & affectas partes bis vel ter de die calidè cum intincta spongia, temper saltem per mediam horam foueret decocto hermodact. albi cum herbis antiarthriticis: & executioni mandatis istis convaluit illa felicissimè.

s. LXXXVIII. Nobili 12. annorum puellulæ sub capitis adversus Tineam cum abstergentibus, & acidum vitiosum ulcusculis inexistentibus mortificantibus in urina decoctis fomentatione oculi sanguine catenus suffundebantur, ut de albo nil illis sub appareret, probabiliter ab urinæ salinâ acrimoniâ exesis vasculis sanguiferis eò exporrectis. Adhibitus propterea pro discussione fuit aliàs ab Authóribus laudatus sanguis columbinus: postea decoctum chærefolij: sed utrumque cum non adeò sensibili effectu. Admotæ propterea desuper fuere hyssopi comæ in aqua decoctæ & linteolo inclusæ; & edidère

effectum talem, ut purus sanguis linteolo, quoties annovebatur, adhæserit, sugillatione illâ intra biduum integrè discussâ. Atque sic ad finem perductæ fuêre & curæ vernaes.

§. LXXXIX. Ex Mâij enarratis ferè assiduis, & Junij frequentissimis pluviis, aurâque potissimùm australi nobis quidem gravia ominabamur de æstate, quantum tamen postea experientia nos docuit, ea tanta non fuêre. Defluxiones quidem non deerant tali tempore aliàs insolitæ: ex sporadicis tamen præter febres potissimùm intermittentes tertianas non facilè alij. Puto quòd ob exactiorem diætæ observantiam, horum fructuum, qui hoc tempore aliàs potissimarum indispositionum solent esse causa, paucitatem, & bilis minorem propter refractos à frequentissimis pluviis, & sæpe sæpius intercurrentibus asperioribus ventis Syrii ardores exaltationem.

§. XC. Sed miram est, quòd tam frequentia, tamq; horribilia tonitrua, corulcationes, & tulminationes, quales præsertim in Julio fuêre, specialiorem in humana corpora impressionem non fecerint: dum tamen *ex Leviii. Lemn. l. 2. C. XLVIII.* plûsquàm notum est, quantæ venenositatis esse soleant fulmina vina in vasis vapida raddentia & alimenta in pennis adcò venenantiâ, ut sæpè nec à canibus attingantur; viventia autem quæcunque contingunt, interficientia, juxta Pontani illud:

*Nunc etenim afflatu tenui pacudèmq; bovèmq;  
Aut virides tondentem herbas, aut ilice ab arcia  
Arcentem nimios animosi syderis æstus  
Excarniat, nulla ut maneant vestigia mortis,  
Optatum ut credas armenta baurire soporem:  
Ut placidum videas pastorem ducere somnum:*

*Nunc ustos artus, atque ossa rigentia cernas,  
Non faciem, non ora hominum, non corpora nôris.*

Corruncationes etiam, si diutius, & fixiore oculo inspiciantur, si omninò non excæcant, lædunt saltem visionem. Et tandem tonitrua multum, & recentes cerevisias accecere faciunt. Si autem hoc in musto & cerevisia, cur non etiã in massa sanguinea hominis? utpote, quæ teste willisio de *scorbuto* cum nulla re majorem habet analogiam, quàm rectè cum vino &c. Verùm respondeo Ego, omninò quidem abs re non esse, quòd enarrata, & alia similia meteora, quemadmodum in aliis vegetabilibus; tatis puta, vitibus, & arboribus frugiferis notabiles subinde faciunt mutationes, easdem facere queant & in homine; eò, quòd illa ex talibus atomis seu exhalationibus calidis & siccis sunt conflata, quæ sub deflagratione in circumsitum æra sparsa eundem inficiunt, seu sibi simillimis qualitatibus imprægnant, qui postmodum ab hominibus inspiratione haustus eos necessariò afficit: quemadmodum similis affectionis meminit Dolæus *lib. iv de febr.* dum pestis, quæ Anno 1666. tot millia hominum è vivis surripuit, ortum à toties eo Anno in ære conspectis igneis globis deducit, qui quia constabant ex multis sulphureo-arsenicalibus halitibus, sub deflagratione ærem adeò venenarant, ut qui eum inspiratione attraxerant, ferè omnes peste affecti fuerint: quoniam tamen atomi illæ, seu exhalationes non semper sunt adeò pravæ, seu naturæ humanæ nocivæ qualitatis, vel etsi tales sint, eâ tamen sub deflagratione potissima ex parte exiuntur; accidit, ut tantam tamve sensibilem in corpora impressionem non faciant: veluti si purè sulphuræ, nitrosæ, aut bituminosæ sint: quales fuisse & inductarum à nobis corruncationum, & fulminationum con-

stitutivas vel exinde probabile videtur, quòd earum nocu-  
mentum per nullum advertibile signum nobis sese manife-  
stàrit. Quamvis per læpè ægrotemus, imò in mortem ipsam  
præcipites ruamus, absq; eò, quòd talis fati genvinam causã  
comprehendamus. Cæterùm satis obesse frequentes corru-  
scationes, & fulminationes testantur Ruriculæ, dum ea ex-  
inde veluti syderari, & effœta evadere experiuntur: & tale  
evasisse hâc ipsã æstate experti fuère milium, quod quantum-  
vis adolevisset ad justam altitudinem, aristâsque præ se tulisset  
uberrimas, dum tamen ad trituram ventum erat, longè mi-  
nùs granulorum inde acquisitum fuit, quàm sperabatur. Quam-  
vis ego sterilitatem illam potiùs tunc lubinde intercurrenti-  
bus Borealibus ventis imputabam, quam dictis corruclatio-  
nibus, fulgurationibusvè. Potuit tamen obfuisse utrumque.

§. XCI. Ego ex vespertina in horto mora ob incautè  
depositum capillamentum non nihil refrigeratus in ingentem  
capitis & narium gravedinem incideram: sicut verò ex le-  
vi perfrigeratione id mihi acciderat, ita ad leve remedium,  
perfumigationem scilicet capitis cum suffitu contra defluxio-  
nes, convalueram. Qui proinde capillamenta de ordina-  
rio gestant, cauti sint in eorundem depositione, aut capita  
mox aliã vittã contegant.

§. XCII. Vxor mea dilectissima jam prope partum gra-  
vida ex glaciato vini haustu, & copiosiore ceratorum esu in  
eam serosæ materiæ diarrhæam inciderat, ut ferè incessan-  
ter desiderare cogeretur, cum ingente coxendicis & pubis do-  
lore, adeóq; vel iplo Hippoc. teste §. aph. 24. evidentissi-  
mo abortiendi periculo: postquam verò tamen aliquoties  
assumpsisset ex vino rubro *nucem moschatam*, perunxisset ven-  
trem (superposito cataplasmate ex *mentha*, & *absynth. in*  
vino

*vino rub. friccis*) cum ejusdem *nucis expresso oleo*, & *ol. mustichino aureo*, nec non victus rationem correxisset, convalevit & ipsa intra triduum citra aliud periculum. Ad subsistentiam tamen istam frequentiorum deiectionum oculus sinister ipsi cum pruritu dolere inceperat, manimæq; intumescere, residuæ peccantis lymphæ reliquiis fortè eo translatis; postquam verò oculis admovisset *unguent. nibili ad oculos*, mamillis autem *ungu. de althæ. comp.* liberata fuit breviter & ab istis accidentibus. Hippocrates aliàs ad propositum dicit *5. apb. 53. quæ factum sunt periturae, his mammae extenuantur: quòd si rursus duræ fiant: dolor aderit in mammis, vel in coxis, vel in genibus, vel in oculis, & non abortiunt.*

§. XCIII. Decimâ quintâ Julij Sutor Bavarus vix Labacum appulerat, & jam febre acutâ continuâ correptus erat, priusquamq; quoquam remedio usus fuisset, (e noctu præ delirio per lecti, sub quo decumbebat, tenebram infelix præcipitaverat: & obiit memorabili suis in opificio socijs relicto monumento, quò in futurum similes ægrotantes cautiùs custodiant.

§. XCIV. Impetigo *Zitermahl* aliàs affectus levis considerationis est, & non rarò soli jejuni hominis salivæ frequenter illitæ cedens: quò usq; tamen hominem, si negligatur, demum deducere queat, expertus testari potest panis pistor ante triginta & plures annos dictâ Impetigine saltem leviter, & sparsim hinc & inde per corpus affectus, demum verò eò deductus, ut à triennio huc toto corpore sit factus quasi merum ulcus. Imò in capitis supremitate, exteris manuum carpis, humeris, pectore, & hinc & inde per corpus ipsi subinde tumores quidam rubicundi, & ad ta-

Etum spongiosi ejus molis excreſcant, ut pomū aurantium majus facile adæquent cæterum ferè indolentes. In iſto ſtatu poſtquam per aliquot hebdomadas perſiterunt, tandem in ſupremitate veluti ſuppurati ſpontè aperiuntur, & ichorem quemdam ſerolum, pellucidum, & viſcoſum fundunt, donec ſucceſſivè flaccidi facti ſpontè ſuâ à cute ſeparentur nullo ſui in affecto loco relicto veſtigio præter foveolam quamdam memoratum ichorem fundentem, & paulò poſt rurus in prioribus ſimillima tubera recreſcentem. Quoties aliquo externo remedio utitur, balneis puta abſtergentibus, acidum ulceribus inexiſtens mortificantibus, & consolidantibus, vel unguentis quibuſcunq; ſimili virtute præditis, à cruſtis mundatur: quæ verò mox rurus recreſcunt. Ut miſerabilis homo, demum aliud ſibi non exoptet, quàm mortem omnium malorum extremum remedium. Mirum ſolum eſt, quòd per tot annos neq; ſibi conviventem uxorem, neq; proles infece- rit. Niſi malum fortè adhuc lateat ſuo tempore erupturum? Mirum etiam, quòd Magiſtratus ſimilem hominem tot annis in publica piſtura tolerant: neq; abominantur, ſi non periculum infectionis, ſaltem affectionis fæditatem. Quandoquidem enim homo hic totus cruſtoſus eſt, procul dubio cruſtarum quid ſubinde etiam paſtæ farinacæ, quàm nudis manibus tractat, admilceri debet, vel ſaltem ichoris, quem ulcera jugiter fundunt. Numquid verò hoc cum maximo talem panem edentium infectionis periculo. Aſt ſic fit, ubi tam exigua, ac apud nos habetur boni publici conſideratio. Alium aliàs ejusdem profeſſionis hominem iſtis ipſis diebus ſub cura habui, cui anus erat verrucis gallicis undiq; obſitus, penis glans teabie infecta, os ulceribus: qui tamen & ipſe quotidie proprijs manibus panem

nem pitebat digitis nunc sordido ano , peniq; scabioto ad-  
motis , nunc massæ farinacea immerfis. *O che gusto !* Hic  
bene quadrat germanicum illud , *wer waif es / was ei-  
nem fett macht ?*

§. XCV. Sub Augusti ingressu aliquot febribus acutis ,  
& malignis detentorum curam gessi , qui verò ( DEO Lau-  
des ) omnes convaluere ad lene laxatium mox in morbi in-  
vasione propinatum , ad ei subjunctam proportionatam lan-  
guinis emissionem , & de super usq; ad mali extirpationem  
continuata alibi descripta refrigerantia , cardiacaq;

§. XCVI. Certus tamen Sutor in rosea platea simili fe-  
bre cum maculis icharlatinis decumbens conlectorum refri-  
gerantium loco pro malignitatis oppugnatione , & per cu-  
tis poros exclusione ter famosam illam Pauli de Sorbait po-  
tionem utiliter bibit.

℞. decoct. rad. levisf. & vincetox.

cum herb. galeg. mj. facti unc. iij.

adde.

elect. diascord. Frac. ʒij.

syr. de scord unc. ʒ.

pulu. pannon. rub. scrup. j. M. F. potio.

Sig. Schwaif, Mixtur auff 1 mahl.

Aliquoties etiam talem pulverem simillimâ virtute prædi-  
tum.

℞. pulu. pannon. rub. scrup. j

arcan. dupl. Myns. scrup. ʒ

sal. CC. volat. gr. j M. F. pulu.

Sig. Austreibendes Pulver auff 1 mahl.

Et tandem Cochleatim tubinde de, tali mixturâ cardi-  
acâ :

℞ aq.



℞. aq. cord. temp. unc. iij.

scorzon.

borag. aa. unc. ℥

spec. de gem. frig. ʒj.

conf. man. Christi perl ʒi℥.

fol. aur. No. j. M.

Sig. Krafft, Wasser.

§. XCVII. Hippocrates 2. aph. 3. excessivum somnum in morbis acutis aliàs pro malo signo habet: pro malo etiam, si ægri dormiant, & tamen inde nil levantur. Pro malo pariter si delirare, & turbati incipiant: pro pessimo demum, & lethali, si præterea difficulter respirent *ubi in febre intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, lethale* 4. aph. 50. Neque ista tamen neque quæcunque alia, quæ tamen pro funestissimis habet hinc & inde idem Hip. esse necessariò & temper talia me & Exc. D. D. Werlotchnig Amicum meum singularem, nunc Græcensem Practicum rectè his diebus docuit certus Poëseos Studiosus Khern cognominatus, qui non à febris miliaris malignæ die à nobis primà vice visitatus, etsi ad contactum tremuerit, deliravit, neminem cognoverit, dentes lentore obductos habuerit, præ linguæ ariditate fari non potuerit, elata voce interrogatus respondere quidem conatus fuerit, at ab interrogantibus percipi non potuerit, omnia subtus ire permiserit *somno, ac ardore* (quod teste Hip. planè funestū) *multo detentus* ultimam adhibitis sequentibus remedijs tamen convaleuit: primò, quia neq; purgationis, neque sanguinis missionis, quæ tamen in principio in homine phlethorico inordinationi diæte dedito ineptè celebrata non fuissent, ullus amplius locus supererat, sanguinis depuratio, & malignitatis expugnatio fuit diaphoreticis & alexiphar.

xipharmacis tentata : proptereaque mox eò ad-huc vespere ( præmissâ per dorsum & fœmora ventosarum forti tractione ) ægro propinata rectè priore paragrapho laudata mixtura diaphoretico alexipharmaca Pauli de Sorbait: sequente mane verò, quæ decima morbi dies erat, eius loco talis pulvisculus ex aqua fumarix, & card. bened. porrectus :

℞. pulv. panon. rub. scrup. j.

CC. pblicæ. pp.

unicor. foss. aa. gr. v.

lap. bezoard. or. gr. ii. M. f. pulv.

Sig. Aufstreibendes Sitz-Pulver auff 1. mahl.

Ad vesperum rursum laudata mixtura, & sequente, quæ undecima morbi dies erat, mane iterum memoratus pulvis. Secundò quia vires erant summopere prostratæ, pro earum corroboratione fuit ægro frequentissimè ex cochleari priore paragrapho notata mixtura cardiaca cum additione *confect. de byacint. compl. scrup. ß* propinata. Tertiò quia spiritus animales videbantur à vi narcotica nimium quantum obruti, & veluti irretiti, pro eorundem exagitatione, & ad alacrius expugnandum malum concitatione vesicatoria manibus cruribusque applicata. Et denique Quartò, quia natus cerebri calor fuit à febrili calore multum retolutus, imminutusque, pro eius recollectione, & augmentatione, nec non exoticorum, qui cum obruebant, vaporum discussione, fuere consequenter raso capiti pipiones, pullivè à mactatione adhuc calidi admoti, non negletis eis, quæ ad linguæ humectationem valere alibi protulimus : victusque idoneâ ratione. Et æger, uti diximus, præter expectationem mox undecimâ morbi die meliorari, successivè verò pristinum robur recipere capit, in manifestam eorum confusionem, qui desperatos non esse

attingendos, sed prognosi relinquendos cum Hip. lib. de Arte & Gal. 11. Method. contra charitatis ab ipso DEO institutas leges existimant.

§. XCVIII. Alternis diebus febricitantes convalescebant ad ordinaria nobis consueta, & priore Anno §. XCII. descripta, uti & gravedinosi, tussientesq; : Dominus Pleffeo tamen Celsissimi Principis ab Eggenberg Inclytæ hujus Provinciæ Capitanei Dignissimi &c. Præfectus vir obesus, & phlegmaticus quemadmodum diu valde ( ab aliquot scilicet jam mensibus ) cum ea raucedine, ut ferè loqui nequiverit, tussivit nunc cum, nunc sine (puto multo pituitoso, ita pluribus, quàm alij, opus habuit : & omnium quidem primò tali corporis expurgatione :

℞. decoct. pector. cum

fol. sen. s. st. ʒij.

mechoac. alb.

turbitt. el. aa. ʒiʒ.

crem. tart. ʒi. fact. unc. iij.

in expressione dissolve.

man. calab. ʒ. xiv.

Cola & adde.

rad. ialap. pulu. scrup. j.

spir. mac. gtij. M. F. potio.

Sig. Brust-Purgir auf 1. mahl.

Secundò sanguinis ex brachij sinistri ad unc. v. emissione. Tertiò pro peccantis lymphæ attenuatione, dulcificatione, & per cutis poros discussione per octo dies sequentis decocti specifi potatione :

℞. decoct. pector. cum

rad. chin. ponder.

sarsapar.

*farsapar. aa. unc. j.*

*lign. sanct. unc. ℥.*

*lentisc. ʒij. facti lbij℥.*

*adde.*

*Hy. de alb. Fern. unc. j.*

*de succ. liquir. ʒvi.*

*spir. sulph. gt. iij. M. F. potio*

**Sig.** Brust-Transk/ davon Morgens und Abends ein kleines Gläßl vol warmlecht zu trincken.

Quartò pro sollicitanda eiusdem quà ad pectus præcipitatæ lymphæ excreatione internè *trochiscis becch. nigris*, externè *emplastro Filij zachariæ*. Et demum pro capitis corroboratione *Emplastri de bezon.* super capite rato gestatione. Et sentiebat se notabiliter meliùs : quò verò tamen adhuc radicaliùs curaretur, iteratâ purgatione memorati decocti usum adhuc per alterum octiduum continuavit : in diætâ abstinuit à vino & crudis, acidisq; quibuscunq;. Vitavit aërem nubilum, pluviosum, frigidum, & nocturnum. Pro potu ordinario bibit *decoctum chinae & ligni lentiscini, cum tantillo radicis liquir.* Et sublevatum se sensit radicalissimè. Ne verò, ad quod tamen temperamenti ratione inclinabat, recideret, suaveram penes exactiorem diætâ cauterij sinistro brachio inustionem.

§. CVIX. Diarrhæis affectos, ne per nimis tempestivum astringentium usum materia peccans intra corpus conclusa eis fortè simile quid, quod elapso Anno Textoris §. CII. memorato filio, & P. Francilcano, induceret, communiter omnium primò hoc pulvere specifico expurgabam:

*R. rhab. tost. scrup. iijß.  
 cort. myrobal. citr. gr. v.  
 ol. nucist. expres. gt. j. M. f. pulv.*

**Sig. Besonderes Laxier = Pulver auff 1. mahl.**  
 Hinc corroborabam ventriculum & intestina, materiámque nimis acrem, & vel propterea naturam ad sui exterminationem toties stimulantem corrigebam tali opiatâ:

*R. conserv. ros. antiq.  
 mentb.*

*Rob. mespil. aa. unc. ß.*

*elect. diascor. Frac. zij.*

*Troch. de ter sig. vel de carab. zij.*

*unicor. foss. scrup. j. M.*

*cum syr. coral. f. opiata castanea*

*magnitudine unâ horâ ante pastum assumenda.*

**Sig. Krafft Lathwerg Rhesten Groß zu nehmen.**  
 Exteriùs calidè bis vel ter de die peruncto univerto abdomine *ungu. comitis, ol. nucist. expres. & ol. mastich.* Nec non superposito cataplasmate *ex mentb. & absynthio in vino rubro frictis.* Et tandem instituebam victum ad astrictionem vergentem. Ut vitaretur videlicet frigus externum, ederentur omni laxandi facultate destituta, qualis est præ primis oryza, pultes ex ovis & pane radulâ comminuto paratæ, panatellæ, carnes assæ & similia: & in potu, qui & ipse actu frigidus minimè sit, in febris absentia biberetur vinum rubrum cum insperla *nuce moschata*, in febris præsentia autem *decoctum rad. torment. CC. & sem. coriandri pp.* Et convallescebant feliciter.

s. C. Simillimo fermè modo procedebam & cum dyssenteria affectis: & quidem cum chyrurgi Vbezij bimula

miula filiola sequente methodo. Omnium primò purgabatur *scrup. j. rad. mechoac. albæ* vel propterea in expurgandis infantibus mihi præ aliis familiaris, quòd, utpote omni ferè lapore destituta, in quocunque vehiculo eis citra perceptionem exhiberi possit. Deluper pro corroboratione, seu astringitione ita est *troch. de ter. sigil. cum s. q. sach. ros. tab. permistis. In aq. decoctionis rad. torment. CC. & granorum masticis* bibere solitæ est *CC. ustupp.* Admisit bis clysterem abstergentem ex *decocto. bord. & mel. ros. col.* paratum, postea autem aliquoties astringentē, anodynum, & consolidantem *ex lacte chalybeato cum berb. polyg. summit hyperic. flor. rosar. rub. & verbasco. decocto, ceru. sævo & vitel. ovi paratum* : non neglectis externis abdominis perunctionibus, & catapl. præcedente paragrapho memorato. Et convaluit, observatâ correspondente diætâ, licet ob rariorem, difficiliorēque medicamentorum assumptionem non nihil tardius, feliciter. In urgente tenesmo, quoties desidebat, ano excepto suffitu ex *troch. de verbasco. Myns.* Dum decumbebat autem eidem ano admoto linteolo eodem suffitu imprægnato.

§. CI. Cum scabiosis demum Methodo & remedijs priore Anno §. LXXVI. commemoratis.

§. CII. Nunc primò specialius observare licuit damna à nimis procul in Ver protracta hyeme inducta ; dum solito tardior legetum maturatio, consequenter messis in causa fuit, quòd fagotritici malè à nostratibus panicum dicta semina solito tardius terræ mandari debuerint, consequenter maximo autumnalium pruinarum periculo exponi. Nunc & æruginum nocumenta ; dum legetum aristæ pauca adhuc illæ, quæ juxta suo loco dicta ex hyemis ultra æquinoctium vernum protractæ immanitate supererant, macerti-

mæ demetebantur. Nec quod de arboribus frugiferis decuteretur, speciale superfluit. Num verò horum causa purè naturalis fuerit, & ab anni tali constitutione dependens, vel potiùs pœna divina? DEus noverit. Certum intereà est, & unum & alterum potuisse intercurrere: & hoc quidem teste iplo sacro Codice, ubi *Levit. 26.* expressè assertitur: *si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea: dabo vobis pluvias temporibus suis: & terra gignet germen suum: & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam: & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate. Quòd si non audieritis me: nec feceritis omnia mandata mea: sed spreveritis leges meas &c. Ego quoq; hæc faciam vobis: visitabo vos velociter in egestate: consumetur in cassum labor vester: non proferet terra germen: nec arbores poma præbunt &c.* Item *Amos cap. iv.* *percussi vos in vento urente: & in aurugine multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum &c.* Illud verò, quòd addeò, ac fieri, profundæ nives, in tam constante, & diuturna, ventisq; australibus ferè destituta serenitate naturaliter non potuerint citiùs dissolvi, consequenter segetes maturiùs adolecere: præcipuè ver consequente æstate existente juxta dicta per totum solito asperiore. Rariores autem etiam naturaliter esse debere aristas ob earum primæ germina in radice & primis foliis extincta. Appropinquante siquidem verno æquinoctio ob Solis radios spiritum illo seu animâ mundi universali, de qua elapso anno s. V. & VI. omnia vivificante, & in actum deducente foetos jam non nihil efficacius terras nostras ferientes sicut juxta suo loco dicta notabiliores fiunt in Microcosmo, seu homine, ita adhuc majores in Macrocosmo seu mundo

majore

maiores mutationes: adeoque in terræ visceribus contenta corpora agitari, & quæ totâ hyeme veluti emortua jacuere, de novo fermentare, consequenter diversissima corpuscula de se emittere incipiunt, quæ ad terræ superficiem delata, si ob ejus nimis diuturnam congelationem, aut ei superstratas nives promptè erumpere nequeunt, ei inertas segetum radículas faciliè eâ ratione afficiunt, ut emoriantur. Quamvis istud ipsum efficere queant & nives ipsæ animulam earum vegetativam sive suffocando, sive asperitate nivali interimendo. Non id tamen tam faciunt tempore hyemali, quàm verno, dum eæ videlicet ultra æquinoctium vernali protrahuntur: eò, quòd hyemis tempore animula illa earum vegetativa intra radicum & germinum fibrillas arctè sibi coherentes est veluti in munimento quodam conclusa & ab omni hostilitate secunda: instante Vere autem fibrillis illis à solis efficacioribus radiis relaxatis, & à se invicem sejunctis asperitati illi nivali magis evadit exposita. Macra autem & effœta, omnique penè farinâ destituta tulere adhuc eæ, quæ ab hyemis enarrata rigiditate supererant, aristæ, eò, quòd illæ eo ipso tempore, quo grana farinâ repleri debuerant, à frequentissimè intercurrentibus rubiginosis pluvijis fuerint veluti exustæ, & ita maceratae, ut ob constrictas, vel potius diffractas suas transuehendo ex radicibus in culmos, & ex culmis in aristas & grana ipsa nutrimento à natura destinatas fibrillas, sufficientem pro replendis granis, & suo tempore efformandâ farinâ succum recipere non valuerint. Quidnam autem propriè sit illud, unde pluvix illæ redduntur tales? ambigo: videtur tamen nihil aliud esse, quàm vapores marini, & subterrestres è varijs salinis & corrosivis corporibus, quale vitriolum est, nitram,

alument



alumen, salgemæ, sulphur &c. In aëris terræ proximam regionem à solis radijs evocati, & in dictas pluvias condensati. Quibus quidem vaporibus, si quid adhuc corrosivius E.g. arsenicales atomos admisceri contingat, ab eis non solum legetes, gramina, arbores frugiferæ, & quidquid ab eis contingitur dicto modo malè afficitur, verùm & inde victitantes homines, jumenta, & alia animantia, quorum propterea populares inde procedentes interitus non rarò deploramus. Videatur aliàs, si lubet, ad propositum *Frommanus Epb. Nat. Cur. Dec. 1. An. vi. & vii. obs. CLXXXVIII. & Romazinus in Append. Ephem. Nat. Cur. dec. 2. An. IX. Dissertatione speciali de constitutione Anni 1690. apud Mutinenses & Epidemiâ rurali.* Quod nunc dictum est de rubigine respectu segetum, idem ipsum intellectum volo de eadem rubigine respectu arborum frugiferarum, quarum fructuum utpote ab eadem rubigine eodem tempore, adeoque pariter priusquam ad maturitatem pertigerant, contactorum emarcescentiam defluviùmque non minori cum cordolio defleveramus quàm segetum. Uuarum defluviùm etiam eidem rubigini suam debebat originem, immaturitas autem nimis frigida & pluviosa æstatis, præsertim Augusti, & Septembris, constitutioni.

§. CIII. A multo tempore gravibus hinc & inde per corpus vagantibus doloribus detinebatur nobilis quidam Fluminensis, qui demum in coxam translâti eum eatenus cruciârant, ut frustrâ uturpatis innumeris alijs remedijs à Medicis Fluminensibus demum ad thermas Slangenburgenfes in inferiore Styria sitas fuerit ablegatus. Ex quibus verò ipsis cum nullum levamen sentiret, tandem ad me sequentibus litteris fuit directus :

Woll Edl Gessreng - Hochgelehrter, und Hochgeehrter Herr Doct. &c.

Zeiger diß mein Herr Vötter leydet an eben den Schmerzen / den ich gelitten / und mit Beystand meines Hochgeehrten Herrn Doctors davon entlediget worden. Damit dann auch er davon loß werden möchte: als habe ich selben zu meinem Hochgeehrten Herrn indirciren / mich aber dabey höfflichst empfelchen wollen.  
 Franz den 11. Septembr. 1698.

Antonius Waltreich.

Cui proinde ego penes idoneam diatam, & vini loco decocti chinæ commendationem sequentia ordinayeram:

℞. elect. Caryocost. ʒvi  
 cum sacch. F. bolus.

Sig. Purgirende Bergicht: Lathweg auff 1. mahl.

℞. of. microc. p̄blicè pp. ʒiij.

CC. phicè pp. scrup. iv.

antim diaph.

ocul. 69. pp. aa. ʒi.

specif. cephal. Mich. ʒß.

lumbr. ter. pp. scrup. ʒ.

laud. op. gr. ij. M. f. pulv.

dividatur in xiv. part. æquales.

Sig. Besondere Bergicht: Pulverlein.

℞. hermod. alb. unc. ij.

berb. iua arth.

paraly).

origan.

serpil.

*flor. lavend.*

*primul. ver.*

*bacc. iunip. aa. Mj M. concisa dentur.*

**Sig. Species zur Bähung.**

*℞. ungu. Martiat. unc. j.*

*spir. lumbr. ter. unc. β.*

*Balsam. sulph. tereb. ʒij.*

*ol. de laterib. ʒj M.*

**Sig. Zerthailende Glider, Salben.**

*℞. suffumig. antiarthr. ʒvi.*

**Sig. Glider, Rauch.**

Quorum usus erat: ut omnium primò sibi corpus bolo purgante expurgaret. De super interpositâ unâ die sibi ex vena pedis Ischiatica dicta ad unc. v sanguinis extrahi curaret. Et demum pro humorum dulcificatione, perque cutis poros discussione quotidie mane duabus vel tribus, priusquam è lecto surgeret, horis unum ex pulvisculis antiarthriticis in aqua be tonicæ assumeret: absumptisque eorû vij pro ulteriore corporis expurgatione adhuc semel purgantem bolum iteraret: & de super iterum uteretur reliquis vij pulvisculis: ac tandem pro curæ conclusionem etiam tertiâ vice corpus memorato bolo expurgaret. Intermediis diebus verò singulis bis vel ter semper saltem per mediâ horam foveret partem affectam lacte calido, in quo species arthriticæ prius bullierant: & de super eam perungi curaret unguento antiarthritico: ac tandem linteam suffitu antiarthritico imprægnatum superponeret. Pro præservativo denique pedi lateris magis affecti cuterium inuri curaret, gestaretque in parte affecta jugiter quid pilosi: Vtrum tamen eis sublevatus fuerit, nec non mi-

hi non innotuit : etsi alias se mecum correspondurum adpromississet D. Patiens. Scio tamen similibus fuisse à similitimo affectu liberatum memoratum Dominum Waltraich fautorem meum singularem

§. CIV. Duodecimâ Septembris fui à nobili, sed ignobilis vitæ adolescente per litteras sollicitatus, ut sibi quid contra Ganorrhæam virulentam, quâ jam ultra medium annum detineretur, suaderem : Cui propterea sequentia ordinaveram : primò ut saltem durante curâ à veneris exercitio abstineret. Loco vini biberet *decoctum Jarsapar. & rad. liquirit.* Subinde & de decocto *herbæ Theè.* In cibis vitaret acida & acria quæcunque : adeoque aceto & sale condita, fumo indurata, caseum & similia. Motus intermitteret violentos, & quamcunque majorem corporis incalescentiam. Somno gauderet moderato, & solum nocturno, inque lecto non plumaceo, sed setaceo vulgo *Stromazen* : neque corpore supinè, sed lateraliter collocato. Corpus conaretur habere indies apertum. Et tandem animo esset hilari, deque proximè recuperanda salute indubio. Secundò ut corpus sibi hoc bolo expurgaret :

℞. *Elect. lenit.* ʒiij.

*Spec. diaterb. Myns.* ʒj.

*Mercur. dulc. gr. viij. M. cum*

*Jac. F. bolus.*

Sig. *Purgier, Lathweg auff 1. mahl.*

Tertiò ex dextri brachii basilica unc. vi. lang. emitteret.

Quartò assumeret per 5. dies consequenter semper mane pro valorum spermaticorum absterione talem bolum :

℞. *zereb. venet.* ʒij.

*rbab. pulv. scrup. ij. f. bolus.*

pulv. liquirit. involvendas.

**Sig.** Besondere Griefß-Lathwerg.

Super bibendo ei cochlearia ij de aq. contra gonorrhæam Querc.

Quintò absumptis dictis bolis rurtus iteraret in principio acceptum bolum purgantem, & de super rurtus per 5. dies bolos terebint. Cum aq. contr. Gonorrh. Et tandem 6tò si neque sic fluxus omnino desineret, quotidie manè assumeret scrup. i. ( ex quo fiant pil. num. V. ) de celeberrimis istis *Cent. 2. obs. LXXIV. à Lazaro Riverio* delcrij

**R.** Gum. arab.

tragac.

carab.

mumia

bol. arm. aa. ʒj pulverisentur.

& cum syr. de ros. sic. f. pil.

**Sig.** Besondere Griefß-Pillen.

Quæ postquam ordine & methodo præscriptâ usurpâisset, vesperi ante somnum bibitis emulsionibus ex sem. melon. lactuc. & canab. cum additione scrup. j. magist. off. sepia, atque scrup. ʒ. ocul. 69. pp. convaluit in integrum.

§. CV. Alternis diebus febricitantes convalescebant etiam nunc ad toties à nobis enarrata remedia: Infantes tamen communiter ad solum *tinct. tart. ad gr. v vel vi* ex vino aut jure præviâ decente corporis expurgatione usum, & abdominis perunctionem tali linimento:

**R.** ungu. de alb. comp. unc. j.

ol lil. alb. ʒij.

de later. ʒiʒ. M.

**Sig.** Eröffnend und erweichende Salben.

Filiolus Auerpergicus autem 2. annorum ad sequentia :

℞. Syr. flor. persic. ʒij.

magist. mechoac. pin. sub. scrup. ʒ. M.

℞. Exier : Saft auff 1. mahl.

℞. spec. de gem. frig.

ocul. 69. pp. aa. scrup. ʒ.

arcan. dupl.

facch. perl. aa. ʒʒ Mf. pulv.

detur quotidie in jure caponis quantum

capiunt 2. minores cultri cuspides.

Sig. Besonderes Fieber = Pulverl auff mehr-  
mahlen.

Et tandem quotidie bis vel ter perungatur calidè universum abdomen linimento paulò antè memorato. Aliàs similes patientulos singularis artis est curare : partim quòd quælibet idonea assumere nolint, partim autem, quòd eorum indispositiones sint difficillimæ cognitionis.

§. CVI. Filiolus meus unicus, & vel propterea reliquis meis prolibus obelior, robustior, & vegetior, quòd in XI mensem fuerit in utero materno gestatus, 35. ætatis suæ die toto corpusculo repente rubentior, & ad tactum calentior fuit observatus cum pulsu valde frequente. Lac tugebat avidius, dormituriebat inquietius, imò frequentissimè cum pavore & exclamatione expergiscebatur. Ad tactum adeò dolebat, ut ubicunque vel cautissimè, contingeretur altum ejularit. Abdomen habebat durum & inflatum, excrementa calcola, & porracea, sudabat enormiter. Mulieres dicebant eum esse fascinatùm ( Er wäre beschriren worden ) de bi bil urozhen ) à puella ruffa, quæ paulò ante cum eo coludebat : & propterea me incio adhibebant ( quantum post-

eâ confitebantur) plurima sibi in tali calu non solùm consueta, verùm etiam approbata: veluti inter reliqua fuit absterfio oculorum propriâ linguâ: ablutio frontis & oculorum aquâ trium Regum. Item eâ, in qua prunæ arden-tes impari numero fuere extinctæ, & retrò numeratæ &c. Et tandem linteaminum in mea urina, in qua priùs paululum vini, myrrhæ, croci, & eumini bullierat, intinctorum ventriculi & lumborū regioni calidâ applicatio: imò & frontis & oculorum eâdem urinâ ablutio. Ego verò, quia totū malum à vitioso acido sive adhuc ex utero secum allato, sive postea ex vitioso lacte collecto deducebam, omnium primò ipsi alvum clystere domestico clueram, postea congrumata illa porraceaque excrementa tali purgante mixturâ per os successivè fabæ quantitate intrusâ expurgabam.

℞. Mann. granat. ʒij.

ol. amygd. dulc. rec. expres. ʒij.

dissolvantur ad ignem

addito pulv. Marb. scrup. j.

f. veluti electuarium.

Pro febrili æstû reprimendo, & peccante dicto acido obtundendo etiam subinde ex lacte aliquid talis pulvisculi deglutendum porrigebam:

℞. margar. pp.

coral. rub. pp.

unicorn. opt.

ocul. 69 pp.

sem. anis.

sacch. perl. aa. scrup. ʒß

fol. auri num. ij. M. Fapulu.

De quali quidem accipiebat & nutrix. Ventrem etiam ex-

ternè:

ternè ungebam *unguento anodyno & carmin.* Iuperpositâ *amagallide minore in butyro fricâ* nostratium Muliercularum remedio in infantum ventris torminibus probatissimo. Ex collo etiam *coral. rub. cum radice pæon. mar.* suspendebam. Non obstantibus tamen his cunctis, & quibuscunq; antiepilepticis, inter quæ quidem fuit & famosus à celeberrimo Ettmilero in valetudinario suo infantili pluribus dillaudatus *liquor CC. succinatus Michaëlis*, superuenêre tertiâ morbi die convulsiones epilepticæ, & dilectissimum pupulum è medio sustulêre.

§. CVII. De memoratis fascinationibus (Carniolicè *U-roky*) pauci quidem præter mulierculas sunt, qui multùm velint audire. Re ipsâ tamen quid in eis esse, convincit infallibilis rerum magistra experientia, quâ videmus infantes, imò subinde & adultiores, aliàs sanissimos de repente, & citra ullam datam causam incallescere, sudore perfundi, dormituriens evadere, dormire tamen quietè non posse, sed frequentissimè, & cum pavore excitari; & hoc ad puram vetulæ cujuspiam, aut alterius fascinatricis approximationem, fixiorem intuitum, aut allocutionē: quòd si verò nil fascini tubesset, unde tam repentina accidentia? In quonam tamen propriè consistat, aut qualiter contingat illa fascinatio, ambiguum est. Et posset quis credere quod subsit magicum, diabolicumve quid: verùm quantum ego mihi persuadeo, non est quicquam aliud, quàm certa, & ea maximè morbosa effluvia, quæ dum ex certis morbofis, maximè verò vetularum, & aliàs diutiùs menstruis carentium, vel eis quidem non carentium, sed tamen morbofis actu laborantium mulierum corporibus promanant, tenellulisq; infantum corpusculis, aut etiam adultiorum, sed ad eorundem receptionem



nem proclivium, sub talis fascinatricis, vel fascinatoris (quamvis similes rari dentur) approximatione, allocutione, aut fixiore intuitu communicantur, eorundem spiritus, & univerta sanguinis massa inde inficitur, in præternaturales effervescentias agitur, & tandem in mortem ipsam: non multum ab simili modo ei, quo in phthisi, febribus malignis, peste, & alijs contagiosis affectibus per similia effluvia unum corpus inficitur ab altero. Videatur aliàs de similibus effluvijs *Dobrzensky Ephem Nat. Cur. Dec. 4. An. ix. & x. Obs. CLXX.* ubi similibus effluvijs specialem fermentandi vim attribuit, quæ proinde spiritibus, & sanguini alterius, præsertim prædispositi hominis, communicata cum ad simillimam fermentationem concitant: unde paulò post enormia illa, quæ superiùs commemoravimus, accidentia.

§. CVIII. Ast quibus remedijs demum fascinatis in subsidium eundum? Respondeo Ego in genere, quòd cum alexipharmacis dictorum effluviolorum fermentativam illam, quæ juxta citatum *Dobrzensky* in acido consistit, vim infringentibus, absorbentibus, & præcipitantibus (quidquid demum sit sentiendum de eis, quæ à mulierculis usurpari solent superstiosè potius, quàm rationabiliter) In specie lap. bezoardico, coral. margaritis, unicornu, ocul. 69. CC. & similibus, quæ etiam eà ratione prodesse valent, quâ dicta effluvia simul per cutis poros mediante sudore eliminare valent. *Jo. Georgius Someren in seinem Weiber und Kinder pfleg Büchlein cap. 16. §. 18.* putat fascinato esse citra moram propinanda aliquot granula lap. bezoard. vel coral. vel tinct. coral. guttas aliquot. Hinc eundem esse abluendum decocto *Conyzæ Caruleæ*, vel *antirrhini*, vel *majoranæ*, & *angelicæ*, vel etiam *Carlinae*. Et tandem obvoluendum linteaminibus

calidis thure, succino, assafoet. myrrb. & garyoph. aromat. perfumigatis: aut in horum defectu solo hypericone, absynth. & ruta hortensi. Appendenda etiam ejus collo esse coral. succinum, & smaragdum. Alij fumigationem falcinati cum particula vestimenti falcinatricis omnibus alijs, & ut infallibile, etsi opinione Cassari à Reies Jucund. quest. quest. xxij. No. xv. vanum, præferunt. Pro præservativo verò apud se gestare suadent particulam panis, vel caput allij, vel Carlinæ radicem, quæ tamen alios circa se debilitare creditur. Quæ demum Lithuanis soleant esse utualia, legere licet apud Sinapium in paradoxis, Med. part. 2. cap. vi.

§. CIX. Nobilis puerpera post feliciter enixum masculinum foetum se usque ad quartum à partu diem quoad omnia commodè habebat: quartâ autem capite eatenus dolere inceperat, ut dolor veluti explosivus ipsi quasi scintillas ex oculis exprimere videretur, als wann es Thro in dem Kopff schieffete/ und bey denen Augen feurige Funcken herauß blizete: pullu existente frequente & inæquali, lochiis imminutè fluentibus. In Consilium vocatus, quia malum rebar non tam à lacte (mammæ liquidem mollissimas, utpote ipsa foetum lactans habebat) quàm potius à prævio tempore gestationis in corpore aggregatorum, in partu verò agitatorum vitiorum humorum apparatu dependere; suaderam, ut omnium primò clystere domestico talis qualis dictorum humorum à capite ad alvum revulsio tentaretur: postea autem ulterior eorundem expulsio per cutis poros mediante sudore institueretur: & tandem imminuta lochia partim sanguinis ex suphena emissionem supplerentur, partim autem etiam iusculis caponis, in quibus *Schoenanti* ziß bulliret, ad largiorem fluxum sollicitarentur. Dolor verò demum leniretur ap-

plicatione *ung. alabastr. & populeonis.* Et revocatis lochijs, restituta fuit feliciter. Diaphoreticum autem fuit istud :

℞. CC. *publicè pp.*

*antim. diaph.*

*ocul. 69. pp. aa. scrup. ʒ*

*unicorn. ver. gr. iij. M. f. pulv.*

*detur in duplo, & porrigatur ex aqua melissæ prævio chystere una dosis mane, altera versus vesperum duabus horis ante cenam.*

Intereà autem & lac deficiebat : iuaseram proptereà assumptionem *scrup. ij speci. diacrystal. Myns.* Et paulò post redijt & lac uberiùs.

§. CX. Multùm venerandus D. Gregorius Lipausch, cujus jam ante annum §. CVIII. ut paretici facta fuit mentio, 26. Septemb. per litteras mihi significarat extremas manus sibi fuisse adeò debilitatas flaccidasq; redditas, ut eas ferè elevare non posset : imò sibi videri etiam indices magis extenuatas : pedes verò à genibus deorsum tumidos. Sualeram, ut præter idoneam diætam *elect. Caryocost. 3. v.* corpus sibi expurgaret : desuper tudorem promoveret pulvere ex *off. microc. publicè pp., antim. diaph. ocul. 69, cinnab. nat. pp. & sal. CC. volat. gr. j. composito.* Et tandem pedes teneret in decocto *roris mar. lavendul. iuniper. & sal. com. aa. M. j.* in urina propria facto, imò cum eadem & manus ablueret. Et convaluit successivè feliciter citra aliorum usum.

§. CXI. Colicis doloribus detentis quemadmodum certo Comiti ex pyrorum esu, & musti potu, profuere ordinaria,

§. CXII. *Hip. 2. apb. 24. docet solvere Apoplexiam vehementè esse impossibile, levem autè non facilè.* Rem proptereà omni-

no vulgarem non protulero, si enarravero remedia, quibus verus Athleta dilectissimus affinis meus Jo. Bapt. Floriant-schitſch de Griensfeld elapſo adhuc Junio in ipſiſthermiſ Rudolphs Wertensibus factus eatenus hemiplecticus, & dextro latere paralyticus, ut non ſolùm fari intelligibiliter non potuerit, ſed neque progredi, neq; affectâ manu quid apprehendere, fuit à me feliciter: taliter videlicet percuratus, ut ſat commodè fari, ſuâque negotia etiam extra domum, & urbem peragere valuerit. Remedia illa autem fuêre ſequentia.

℞. crem. tart.

tart. vitriol. aa. gr. xv

diagr. ſulph. gr. iv.

ocul. 69. pp. gr. v. M. f. pul.

pridiè purgationis (duriffimæ enim alui fuit) unâ horâ poſt cœnam ex vino ſumendus.

Sig. Digestiv. Pulver auf 1. mahl.

℞. aq. primul. ver. unc. j.

ſyr. de agaric. Fern. unc. ij.

ſpec. diaial. Mynſ. ſcrup. iijß

ſpir. ceras. nig. gt. iij M. F. pot.

Sig. Purgier. Trâncfl wol auffgerierter zu geben.

℞. Conſer. flor. primul. ver. unc. j.

anth.

ſalv.

majoran. aa. ʒij.

Rad. acor. cond.

Cort. citr. cond. aa. ʒiſß

ſpec. contr. apopl.

diamoscb. dule. aa. compl. ʒijß  
 specif. cephal. Michaël ʒß  
 spir. rosar.

ceras. nigr. aa. gr. v M. cum  
 syr. de stachade f. opiata.

**Sig. Krafft = Lathweg Rhesten = groß zu geben.**  
 R. Balsam. succin. ʒj.

**Sig. Agstein = Balsam.**

R. rad. pyreth. ʒij.  
 sem. linap.

staphisagr. aa. ʒj.  
 cubeb. scrup. ij. M. f. pulvis, & ex eo cum  
 additione s. q. ceræ albæ globuli masticatorii.

**Sig. Schleim = ziehende Rügelein.**

R. Empl. nervin. unc. ij.  
 tacamach. unc. j.

Malaccetur ol. succin. & de lateribus, &  
 dentur profuse.

**Sig. Besonders Vergicht = Pflaster.**

Eorum usus verò talis : omnium primò videlicet fuit corpus  
 potione purgantè expurgatum, & quidem pridie vesperi ac-  
 cepto pulvère digestivo, ut postridie difficillimæ aliàs  
 evacuationis corpus tantò dexterius everreretur. Pur-  
 gationem secuta dies fuit quieti, & virium recollectioni  
 data. Tertiâ die fuère ex venis hæmorrhoidalibus, eò, quòd  
 patiens vir obesus fuerit, & plethoricus, sex uncix sanguinis  
 eductæ. Quartâ, quintâ, & sextâ semper manè, & vesperi pro  
 virium corroboracione, & phlegmatum, quæ cerebrum, &  
 nervos ad affectas partes exporrectos inundabant, & obstrue-  
 bant, attenuacione, castaneæ magnitudine de opiata corro-  
 borante

borante assumebatur, superbibito ei saltem mane bono hau-  
 ftu de decocto *fructus Coffè* cum aliquot foliis *berb. beton.*  
*& flor. primul. veris* parato. Septimâ die fuit iterata ulterior,  
 cum eâdem potione purgante corporis expurgatio: & de-  
 super rursus virium corroborationi, & phlegmatum digesti-  
 oni assumptione laudatâ opiatâ, & decocti *Coffè* invigilatum:  
 ita tamen, ut præterea semper unâ, aut saltem mediâ horâ an-  
 te pastum pro particulari ex cerebro phlegmatum evacuatione  
 masticaretur unus de globulis masticatoriis: semper etiam  
 saltem vesperi vertex, & nucha balsamo succini perungeretur.  
 Et sublevabatur inde Dominus patiens eatenus, ut ad de-  
 coctum lignorum, quòd aliàs enarratis subjungere destinave-  
 ram, devenire proflus non fuerit necessè. Quò tamen à  
 recidiva esset securior; author fui, ut præter cauterium jam  
 antea brachio inustum, adhuc alterum sano pedi inureretur,  
 próque ulteriore nervorum corroboratione emplastrum ner-  
 vinum intra scapulas prope nucham aliquo tempore gestare-  
 tur: in diætâ quidem non omninò intermissio vino, eo ta-  
 men non nisi moderatissimè poto, & cui *salviæ* folia essent  
 infusa: in cibis autem præter ingluviem vitatis quibuscunq;  
 crudis difficulter digestibilibus, & acidis: quoad auram re-  
 pudiatâ frigidâ & humidâ: quoad somnum intermissio diur-  
 no, & aliàs nimio, supinèque collocato corpore capto: &  
 tandem quoad animi passiones prætermisâ tristitiâ, pusilani-  
 mitate, & curis superfluis.

§. CXIII. Nihil est, quod Medici famam æquè efferat,  
 ac vera eventuum in morbis prædictio. Sub initium curren-  
 tis Octobris fui ad nominatum patientem, ut pro lemiendis  
 colicis doloribus consilium darem, vocatus: quòd eum  
 verò non tam colicis doloribus detentum, quàm hydropi-

eis abdominis à flatibus & obstructionibus dependentibus distensionibus tortum deprehendissem ; edixeram eundem non tam esse pro colicâ affecto curandum , quàm pro hydropico medicandum , irritus propterea & à Medico ægri ordinario , & à domesticis ab eodem Ordinario de ægri infallibili evasione assecuratis. Ast percipe , quid cum tempore factum. Æger ad adhibita levia quæpiam flatu discutiencia , & corpus expurgantia pro tunc nonnihil sublevatus per aliquot septimanas quidem utcunq; toleranter vixit, cû tempore verò abdomine cruribusq; adeò intumuerat, ut non solum à nemine non pro verò hydropico fuerit habitus, verùm inde etiam mortem ipsam oppetere debuerit , domesticis ejus non amplius me , qui vera , etsi mala , ipsis prædixeram, increpantibus , sed suum Ordinarium , qui bona quidem , sed tanta ipsis prognosticaverat , omnibus diris devoentibus. Ut adeò non immeritò in prognosticando cautos esse debere Medicos censuerit *in Comment. 1. ad prognostica Hip. Galenus.*

§. CXIV. Qui in morbis semper graviora edicunt , quàm re ipsa sint, suæ famæ quidem melius contuli arbitrantur ; eò , quòd si ægri suæ curæ commissi evadant , suâ dexteritate evasisse credantur , si autem intereant, non suâ, sed morbi culpâ interiisse censeantur. Verùm enim verò ego existimo non minùs hos , quàm illos suæ famæ maximam ignominiam appendere ; eò , quòd etsi speciosus iste dolus apud ignorantes ipsis succedat , apud rem intelligentes tamen eos esse maximè ignorantes arguit. *Ut de gente non sancta , sed iniqua, & dolosa blateronibus illis, quibus in convivij , & quibuscunq; alijs Professionem medicam non calentibus societatibus de se gloriola omnia, de alijs autem omnia*

omnia contraria turpiter eloqui solitum est, nihil edicam :  
 eò, quòd notum sit prudenti cuilibet *aquas multùm strepen-*  
*tes rarò solere esse profundas : dolia multùm tinnientia commu-*  
*niter esse vacua : & tandem sacro Codice teste in multilo-*  
*quio solere esse mendacium.*

§. CXV. Quartanas febres non solùm ex testimonio  
 Hip. 2. aph. 25, verùm & experienciã ipsã constat commu-  
 niter esse diuturnissimas, præsertim *autumnales*, & *quæ ad*  
*hyemem pertigerunt.* Imò ex communi vulgi opinione me-  
 dicã Arte planè incurabiles : quàm citò tamen, quamq;  
 compendiosè ego eas in pluribus alijs, in specie autem apud  
 venerabilem P. Bernardum Carthusianum Freidnicensem,  
 atque apud per Illust. Dominam Graffenbegeram, utrumq;  
 quinquagesimum ætatis annum transgressum, temperamen-  
 to atrabilem, & corporis habitu exsuccum hoc ipso Octo-  
 bri percuraverim ex sequentibus sincero animo in proximi  
 amorem enarrandis patelcit Primò tuator fui, ut penes  
 curæ correspondentem diætã hoc vino specifico sibi cor-  
 pus expurgarent :

℞. rad. polypod. querc.

asar. aa. ʒij.

berb. agrimon.

chamæd. aa. mʒ.

absynth. pont.

card. ben.

sumit. cent. min.

flor. 4. cord. aa. p. j.

cort. tamaris. ʒj

sal. tart. ʒj.

fol. sen. s. st. unc. iʒ.



*mechoac. alb.*

*turbit. el. aa. unc. ℥.*

*belleb. nigr. pp. ʒi.*

*cinam acut. scrup. ij.*

*sem. anis.*

*fenic. aa. ʒi℥ M.*

*Concisa & spir. tart. comp. scrup. j. irrorata dentur pro 2. vini albi., & una aqua font. sextario.*

**Sig. Purgir**, Species auff 3. maßl halb Wasser halb weissen Weinß.

Secundò ut pro peccantis humoris digestionè, & fermenti stomachalis reparatione quotidie mane ex vino, jure, vel aqua assumerent de ista pariter appropriata mixtura :

*℞. essent absynth. unc. ℥.*

*Elix propriet ʒi℥*

*spir. sal. arm.*

*tart. comp. aa. ʒi℥ M.*

**Sig. Eröffnende Magen** Essenz von 25. bis 30. Tropffen zu nehmen.

Externè quotidie bis calidè peruncto universo abdomine :

*℞. ungu. de alb. comp. unc. j.*

*ol. lil. alb.*

*de cappar.*

*de later. aa. ʒij M.*

**Sig. Eröffnend und erweichende Salben.**

Tertiò ut absumptâ dictâ mixturâ stomachicâ corpus ulteriùs expurgarenthis non minùs specificis pillulis :

*℞. Mas. pil. tart. Schrad. ʒi℥*

*extr. gentian.*

cent. min. aa. gr. IV.  
 resin. ialap. pin. sub. gr. V  
 troch. alband. gr. iij.  
 ol. mac. gt. j. cum  
 tinct. tart. f. pil. num. IX

Sig. Purgier-Pillen auff 1. mahl.

Quartò tandem ut curam concluderent istis, si artificiosè u-  
 turpentur, infallibilibus morsulis:

R. pulv. Patr. unc. I. ß  
 sacch. in mucilag. gum. tragac.  
 aquâ absynth. extr. dissol. q. s. f. conf. in  
 morsulis Ponderis ʒij.

Quorum unus edatur mane, alter quatuor horis à  
 prandis diebus à febre liberis, aut paroxysmis febrilibus  
 in declinatione constitutis.

Sig. Krafft-Marschellen.

Et convaluit intra paucos dies uterque citra ullum ali-  
 ud desuper consecutum malum. Ne tamen reciderent, con-  
 tinuare iussi fuere & morsulos, & diætam saltem per duos men-  
 ses: morsulos tamen non quotidie, sed certis solùm diebus.

§. CXVI. Sextâ Octobris, die Divo Brunoni acrà sub  
 itinere in Vallem jocosam in Consortio divertorum Religio-  
 torum, famosi Juris Consulti Caroli de Schwizen, & Gabri-  
 elis Ederi jam toties Labacensis Urbis Judicis, & Consulis me-  
 ritissimi instituto inter reliquos graves discursus deventum e-  
 tiam fuit ad raritates Carniolie: & fidem suam testatus fuit  
 vir ille gravis, se eò, quòd pridem percepisset in Carniol pa-  
 go bono milliari Tergesto huc versus distante esse iuglandem  
 arborem vetustissimam, quæ non obstante, quòd omnes re-  
 liquæ circumstantes iuglandes consueto tempore vireant, &

fructus ferant, usque ad vigiliam S. Joannis Baptistæ prorsus omni folio orbata, acsi actu exarvisset, prostat; eo vespere verò folia, & fructus tantos, tamq; latos protrudit, quantos unquam reliquæ circa se sitæ arbores: quòd inquam pridem percepisset in dicto pago re verà proflare tam admirabilem arborem, rem autem confictam credidisset; se in vigilia S. Joannis Baptistæ studio in locum ipsum contulisse, interq; reliquas plurimas circumsitæ iuglandes re ipsâ unicam nominatam omni virore, acsi exarvisset, destitutam deprehendisse; nocte verò mediâ cum fragore quodam tanta folia fructusque protrussisse, ut mane reliquis simillimam faciem præ se tulerit: decerpisse propterea ex ea ramum unâ cum fructibus ipsi adnatis, & maximæ raritatis gratiâ secum Labacum detulisse. Rem profectò dignam admiratione: sive arboris speciali naturæ, sive Sancti, cuius nativitatem Deus ita glorificatam voluit, virtuti, sive denique terræ, cui arbor inserta est, qualitati adscribendam. Videatur aliàs de ea pluribus *Valvasorius in Topograph. Carniolie lib. iv. fol. 578 &c.*

§. CXVII. quandoquidem humidis, & multum pluviosis temporibus juxta à nobis Anno elapso §. XLVII. dicta abortus solent esse, quàm aliàs, frequentiores; nemo mirabitur, quod & sub currentis usque ad aquarum exundationem pluviosi Octobris exitu, non omninò nihil fuerit de eisdem abortibus auditum. Planè interierat autem ex gemellorum abortu vulgaris sæmina. Danielis Häncke aurifabri uxore verò quidem non omninò interiit, præ uteri tamen ingente, priusquam abortivisset, hæmorrhagiâ vix mortem evasit.

§. CXVIII. Postremâ Octobris certus Religiosus vertigini sæpiùs obnoxius litteris significarat, se manè dum ex

Matutino incubiculum rediret, eatenus animo deliquisse, ut  
 fat notabili tempore ad sese redire nequirit: postquam ta-  
 men sese recollectisset, aliud sibi molestum nil superuisse ex-  
 cepto aurium tinnitu, cordis palpitatione, & totius corporis  
 tremore. Rogârat propterea præservativum aliquod, ne læ-  
 pius cum in idem malum recidere accideret. Cui ego prop-  
 terea sequentia ordinaveram:

℞. *coctr. panchrymag.*

*cephal. aa. gr. xv.*

*Resin. ialap. pin. sub. gr. vii.*

*troch. alhand. gr. iij.*

*ol. mac. gti. M.*

*cum spir. ceras. nigr. f. pillulæ*

*num. ix.*

Sig. Purgierende Haubt = Pillen anf 1. mahf.  
 Postridie mittat ex venis hæmorrhoidalibus sanguinis uncias  
 iv ad v.

Desuper pro cerebri & spirituum corroboratione assumat  
 quotidie, quantum duæ cultri cuspides capiunt, de sequente  
 pulvere ex aqua ceras. nigr.

℞. *spec. diamosch. dulc. compl. ʒj.*

*pul. Marchion. ʒiʒ.*

*specif. cephal. Michaël ʒʒ.*

*sach. perl. scrup. j.*

*fol. auri no. ij. M. f. pulv.*

Sig. Krafft = Pulver zu 2. Messerspitzen zunemen.

Et tandem futuram coronalem, nucham, & tempora tubin-  
 de sibi perungat *balsamo succini.* Bibat etiam decoctum  
*Coffè* cum aliquot foliolis *herb. beton. & flor. pæon.* paratum,  
 atque diætam exactè oblervet. Et convaluit ille citra alia re-

media à malo periculossissimo, & successivè veram epilepsiam post se trahente.

§. CXIX. Alternis diebus febricitantes, & diversa defluxiones patientes convalescebant sicut aliàs ad remedia ordinaria.

§. CXX. Mirabar, quòd November, qui tamen juxta suo loco dicta fuit inordinatissimus, non fuerit morbosior: sed puto id fecisse continuam ventorum alternationem, quæ propterea auram putrescere non sivit. Item fructuum autumnalium penuriam, musti austeritatem, & pecuniæ defectum: ob quæ soliti in diætâ excessus committi non poterant: consequenter etsi externa auræ constitutio corpora humana quidem ad morbos disposuisset; quòd illam dispositionem tamen victûs ratio non secundârit, imò emendârit; ea tam sensibilem in illis effectum habere non potuit. Quamvis Catarrhi, & omnis generis defluxiones curandæ non defuerint.

§. CXXI. Certa Comitissa ex defluxione ad gingivam, & genam dextram factâ continuò febricitabat: expurgata propterea erat *unc. v. Aquæ laxat. Manag.* Ex mediana brachij lateris affecti sanguinem emisserat, & aliquoties sudârat ad pulveres antirheumaticos ex *CC. pblicè pp. antim. diapbor. ocul. 69, & succino. alb. pp.* compositos, & in diversis similibus casibus hætenus à nobis descriptos, nec non caput subinde suffumigio contra defluxiones suffierat: & convaleuit brevissimè.

§. CXXII. Certus Sartor autem similem defluxionem ad tonsillas, cum earundem tonsillarum inflammatione, & quia eam tempestivè non curabat, exulceratione passus ad remedia Anno elapso §. LII. & §. LVI. descripta.

§. CXXIII.

§. CXXIII. Tuffientes & arthritici ad remedia ordinaria.

§. CXXIV. Certa Illust. Matrona ex glaciato haustu semicruda frequentissimè deiciens autem ad ventriculi internè corroborationem cum *essent. absynth. menth. & elixir, propriet. Parac.* externè autem cum *ol. stomach. Craton. nucistæ & balsam. indic.* atq; superpositione *herb. absynth. menth. & chamom. in vino rub. frictis.*

§. CXXV. Vigesima Novembr. Treffinii unà cœnabant duo seniculi, liberalisq; vitra mero plena verlabant: & mox adhuc eâ nocte accidit alterutrum concidisse apoplecticum. Quo postridie sibi enarrato eatenus exhorruit alter, ut se mox ad mortem disponere, demum verò & ipse apoplexiâ prehendi, imo actu interire inceperit, altero illo non quidem omnino demortuo, paralytico tamen eatenus facto, ut neq; fari quicquam, neq; affectas partes movere valuerit: donec post aliquot mensium intervallum demum & ipse Amicum suum secutus est. Quantum non facit fortis apprehensio!

§. CXXVI. 27. quidem ex aquilone vehementer flante fuit valde refrigerata; quia frigus illud tamen non fuit durabile; non fecerat notabilem in corporibus mutationem. II. annorum, scholaris fuit quidem factus pluriticus, qui verò ad nobis usitata citra sigularem laborem convaluit.

§. CXXVII. Sicut in Novembri, ita & in Decembri periculosius steterè in utero gerentes: & quidem Illustrissima Valvaloria in postremas septimi gestationis mensis dies gravida eatenus, ut præ cordis anxietatibus, & sæpe sæpius intercurrentibus animi deliquiis cum pulsu inæquali parvo, & frequente, adeoq; febrili foetum nunquam ad connaturale

partus tempus perlatura crederetur. Vnde in publico super eâ habito inter me, & Exc. Viros Andream de Coppinis, & Paulum Qualizam, utrumq; hujus Inclytæ Provinciæ Physicum Ord. & Practicum felicissimum Consilio medico fuit cum magna sollicitudine dilectatum, undenam tam gravia accidentia suam originem traherent: quâ in corporis parte malum potissimum resideret: & demum quibus remedijs illud posset certius debellari? quoad primum quidem singulis nobis in eo convenientibus, quod tam dirorum accidentium proxima causa alia esse non possit, quam humores omnis generis vitiosi, præsertim acido-acres: antecedens autem, & remota præter errores in victu commissos defectuosa (quantum referebat ipsa Illustrissima Patiens) lochiorum in postremo puerperio evacuatio, & nunquam, priusquam hæc vice concepisset, interveniens mensium expurgatio: quorum ratione omnis generis vitiosi humores, qui alias cum lochijs, & mensibus expurgari debuerant, in corpore manserant, etiamnum Illustrissimæ Patienti molesti. Vbinam verò illi potissimum residerent, quibusve remedijs everri possent, discrepabamus: Illis ex veteri sententia, quæ similia accidentia in mulieribus communiter vaporibus uterinis adscribit, uterum tanquam omnium in mulieribus vitiosorum humorum sentinam accusantibus; Me cum Modernis ventriculorum & hypochondriorum regionem. Illis cum *Hip. 4. apb. 1.* omnem omnino purgationem reprobantibus; Me verò cum Christophoro à vega, Foresto & alijs, quos pro assertione hujus sententiæ in *Intric. Extric. meo Medico part. 2. cap. 16.* pluribus induxi, saltem levè comendante. Ultimatum verò tandem eò deventum fuit, quod paulò post natura ipsa litè diremerit, spontaneâ, & eâ copiosam diar-

diarhæam concitando, cum eo Illmæ. Patientis levamine, ut eâ indices sanior facta foetum felicissimè ad naturale partûs tempus pertulerit, pepereritque filiolarum etiamnum vegetè viventem; manifestè demonstrans, quòd omninò omnes evacuationes in gravidis urgente necessitate non sint absolutè intermittendæ; sed solùm violentæ, & inconsideratè institutæ; minimè verò mites, & cum debita cautione ordinatæ. Quamvis & pro violentis militet apud Thom. Burnetum *subsect. 5. de lue vener.* Joannes Varandæus *lib. 2. de morb. mul. c. 2.* sic loquendo: *Ubi enim adsunt cause morbificæ, adversus quos violentioribus est pugnandum remediis, non est dubium, quin natura mediocriter robusta magis levetur ex eorum usu, quàm opprimatur: quia concurrat simul cum illis ad conflictum istum perficiendum, & post partam victoriam feliciter conquiescit, quàm si pessimartum illarum dispositionum insultibus ad finem usque imprægnationis conflictetur.* Conferatur aliàs etiam An. elapsi §. CXIX. &c. & præsentis §. LVII.

§. CXXVIII. Puerulus duorum annorum ad cò vermibus teretibus scatebat, ut non rarò unum alterumve etiam per alvum excerneret cum febre continua, & pavoribus in somno; cui proptereà cum effectu à me fuère sequentia ordinata:

℞. Mechoac. alb. gr. xvii.

Merc. dulc. gr. j. M. F. pulv.

Sig. Laxirende Wurm: Stup auff 1. mahl.

℞. pulv. contr. verm. scrup. j.

de gem. frig.

Marchion. aa. scrup. ꝑ

CC. pblicè scrup. j.

flor. sulph. gr. v.

Myrrb. rub. gr. j.

[sacch. perl. ʒj.

fol.



*fol. auri num. j. M. f. pulv.*

Sig. Wurm / Sitz / und Vergicht = Pulverl zu  
2. Messer: Spitz alle Morgen zu geben.  
*R. ungu. contr. verm. unc. ß.*

Sig. Wurm: Salben.

§. CXXIX. Per Illustr. de Graffenbeg 34. annorum  
Juvenis, temperamenti sanguineo cholericis, coli oblongi,  
scapularum elatarum, vitæ curis & inordinationibus victus ple-  
næ ultra annum vocis raucedine affectus cum febriculâ lentâ  
continuâ, & tussi nunc siccâ, nunc humidâ, nunc etiam cru-  
entâ elapso Anno §. LXXIV. descriptis quidem ulus est; quia  
verò tardè nimis; præcavere non potuit, quin corporis ex-  
tenuatione indies incrementum lumentem demum phthisicus  
obierit: non malè id ex prægresso sanguinis sputo ominan-  
te Ovidio.

*Cernis, ut è molli sanguis pulmone remissus*

*Ad Stygias certo limite ducit aquas.*

Item Hip. 7. apb. 15 à sanguinis sputo puris sputum. Et 7.  
apb. 16. à puris sputo tabes: quum verò sputum retentum fuerit,  
moriuntur.

§. CXXX. Demum conquestus mihi fuit amicorum  
non nemo te cæterum potissimo tempore commodè habere  
solere: egregiè appetere, & propterea in partibus utcumq;  
avidè comedere: nequè sibi facilè cibum quempiam, nisi  
majore copiâ eum assumat, nocere: illud tamen sibi esse  
molestum; quòd quotiescùnque copiosius non nihil, etsi e-  
tiam cum maximo appetitu, comedit, comestum aut mox à  
pastu, aut aliquot horis ab eo rursus ferè eâdem, quâ id as-  
sumplerat formâ eructare cogatur: præsertim, si ea, quæ as-  
sumplerat, iustò pinguiora fuere, cruda, quales lactucæ, &  
fructus.

fractus recentes : aut difficiliùs digestibilia , quales sunt caules , & rapæ conditæ : noctu autem ex similibus sibi ventriculum dolere : & propterea somnum turbari , nisi copiosius , & de vino meracioribiberit. Proindeque se libenter scire velle quid hoc rei esset , quibusq; remediis emendandum ?

Cui ego propterea pro resolutione sequentia breviter reposueram : primò accidens istud , & symptoma in excretis esse Ructuum speciem , & à Galeno alicubi Supinitatem ventriculi vocari. Secundò pro Causa agnoscere vel ventriculum ipsum : vel assumpta sive esculenta , sive potulenta : vel digestivum ventriculi fermentum. Et ventriculum quidem , si is excarnis nimium sit , id est constet membranæ tenuibus , raris , & utrinq; lævibus , seu solitis rugositatibus destitutis ; qualis fuit certæ Comitissæ de Gallas ante paucos annos hîc Labaci ex ventriculi Tympanitide & insitibilibus eructationibus , vomitionibusque demortuæ membranæ utrinque æqualiter lævibus , & adeò excarnibus , extenuatisque constans , ut crassitie vix chartam pergamenam ordinariam adæquaret , in duobus tribusque locis perforatus ; num tamen à maxima extensione ( extensissimus autem , instar vesicæ urinariæ suillæ , dum inflatur , fuit ) vel potius cultro anatomico incautiùs tractato ? nequeo asserere. Talis siquidem ventriculus se nunquam ritè contrahit ob fibras , quibus constat , tenuissimas , laxissimasque ; nisi planè paucum ipsi ingeras cibum potumque , & cum probè qualificatum , ut primùm verò copiosiore eum infarcis , aut pravè qualificato ; quâ copiosior eum distendit , & sic , quò minus se ritè constringat , impedit ; quâ malè qualificatus. c. g. crudus & flatuosus , vel etiam multo potu dilutus autem eum distendit , in eo natat , aut quocunq; demum modo

eum lancinat , & irritat , atque ita facit , quò præsertim accedente à pastu violentiore corporis commotione per superna regurgitet. Assumpta autem dictæ cibi eructationis causa sunt , si aut quantitate nimiâ assumantur , aut qualitate deteriore sint prædita : sint e. g. flatuosa , & difficulter digestibilia , quales sunt in specie superius memoratæ caules & rapæ , præsertim , si ritè decoctæ non fuère ; legumina , castanæ , raphanus , fructus recentes , lactuca ; mustum , cervisiæ minùs fermentatæ , & similia : aut talia , quæ membranas ventriculi lubricas reddere , fibrâsque laxare nata sunt , qualia pingua quæcumque : aut tandem quâcunque demum qualitate ventriculum ad regurgitationem incitare valida : quemadmodum me ipsum aliquando incautiùs assumpti cinaræ vulgò *Artschofen* villi fermè planè ad vomitum concitaverant. Pariter siquidem ad talium eructationem , ne dicam evomitionem , ventriculus , præsertim præfato modo constitutus , facilè commovetur : præcipuè si præterea paulò post pastum accedat aut exercitium corporis nimium assumpta nimis exagitans , aut nimius haustus eadem natate faciens. Fermentum deniq; stomachi digestivum narratæ assumptorum eructationis causa est , si illud sit fixum nimis , minùs volatile , & insufficiens assumpta penetrare , attenuare , volatilitare , & tempestivè satis in probum chylum convertere : aut planè peregrino acre corruptum est : in tali siquidem casu , quia assumpta nimis diu indigesta , aut in viscidam quamdam , nunc acidam nunc aliter acrem massam conversa in stomacho morantur , mirum non est , quò demum , etsi non nihil tardiùs à pastu , utpote naturæ inimica , rursus , unde venerant , aut memoratâ ratione per modum ructûs , aut planè vomitu , quod apud hypochondriacos

non adeò rarum, reiiciantur: prouti de istis pluribus incomparabilis rerum physicarum perscrutator *Ettmullerus cap. de chylosæ & assumptorum retentionis in stomacho læsione*. Veteres quidem postremum istud digestionis vitium calori potius ventriculi nimis debili, quàm vitiato fermento adscribebant: unde adeò decantata illa ventriculi frigida Intemperies: quàm erroneè tamen; judicare licet ex eo, quòd intemperiem istam illi communiter ab hepate tunc semper, juxta eorum opinionem, justò calidiore deducebant: dum hepar tamen posito, quòd etiam esset (quale tamen in statu naturali nunquam est) justò calidius, sibi substratum ventriculum potius foveret, calidioremuc redderet, quàm refrigeraret: quemadmodum manus calidior frigidiori ventriculo superposita eum potius calefacit, quàm refrigerat. Quamvis tamen Intemperiem istam omnino de nihilo esse ego nolim asserere; eò, quòd revera calor ventriculi multùm cooperetur ad assumptorum probam digestionem. Quandoquidem igitur is in descriptis ventriculis ob eorum excarnem, & raram texturam saltem extensivè valde remissus est; quid nì saltem privativè in causa est, quòd assumpta in eis tam defectuosè digerantur? Tertio Curationem enarrati accidentis quidem potissimùm consistere in regulata diætâ: id est in vitatione tam nimix quantitatis etulentorum, potulentorumq; , quàm eorundem pravæ qualitatis, uti & violentioris corporis à pastu commotionis: multùm tamen etiam, præsertim in vitiato ventriculi fermento conferre quæcunq; vulgo stomachica dicta, & flatus discutere valentia: quales sunt ex compositis *Spec. Aromat. rosat. Aromat. caryophyl. Diacymim. diacynam. pulv. stomach. Quercet. & Wircelman*. Ex simplicioribus autem *conserua menth.*

*absynth. rad. acori condit. z. condit. nux moschata, flores ma-  
ceris. grana mastichis, semen fenic. saccharo obductum, potus  
decocti The & Coffe, vinum meracum, aquæ omnis generis car-  
minativa & similia. Pro conclusione pastuum etiam utiliùs e-  
di talia, quæ superius ventriculi orificium occludere valent,  
qualia sunt poma cydonia, & eorum conservæ; quàm quæ  
illud relaxant, qualia hordeata in partibus communiter pro  
postremo cibo mensis apponi solita &c.*

s. CXXXI. Atque sic demum tuum finem assecutus  
fuit & iste Alter Chronologia nostræ Med. Annus: super  
cuius constitutione factæ à me sincero cum animo medita-  
tiones, ut & eæ cedant DEO TER OPT. MAX. in  
honorem, Proximo in Commodum, & animæ  
meæ in salutem, voce optice!

FINIS.



IN-



# I N D E X

Rerum & Verborum , quæ in hoc  
 Secundo Anno huius CHRONOLOGIÆ MEDICÆ  
 continentur.

## A

<b>A</b> Bortuum causa tam austriana , quàm aquilonaris aëre conflita- tio.	Fol. 22 §. 33
Abortus causa subinde fetus ipse.	49 - 58
Achores , & ex eis malè curatis mors.	68 - 81
Alkalica quâ ratione in febribus profint.	11 - 24
Annus 1698 utcunque salubris.	7 - 18
Anni salubres qui ?	7 - 18
Anni tempora certa certis subjectis fataliora.	58 - 69
Apprehensio apoplexiæ & mortis causa.	109 - 125
Arsenicum antiasthmaticum , & anti quartanarium	38 - 51
Arthritis curata.	27 - 38
Aura frigida acidi ferax.	24 - 35
Aura Labacensis qualis ?	18 - 28
Auripigmentum venenum.	37 - 50
Auripigmentum innoxie sumptum.	37 - 50
Auripigmenti antidota,	38 - 50

Aurium dolor curatus.	40 - 53
Auster non semper æquè noxius.	62 - 72

## B

Bubo curatus.	32 - 45
Bacchanalia multis fatalia.	39 - 52

## C

Capillamentorum incauta depositio noxia.	76 - 91
Catarrhi ferini curati.	20 - 30
Catarrhus diuturnus curatus.	82 - 98
Capitis enormis dolor in puerpera curatus.	97 - 109
Colici & arthritici dolores potissimum ab acido.	10 - 22
Colica curata.	24 - 35
Colicæ qui magis obnoxii?	23 - 35
Constitutio Anni 1698.	2 - 3
Coxæ dolor curatus.	88 - 103
Curæ Majales & circa eas non minùs curiosa, quam scitu necessaria.	57 - 69 Item 59 - 70

## D

Defluxionum qui anni feraciores?	8 - 19
Defluxiones ad aures curatæ.	63 - 73
Defluxiones ad fauces cum febris & deglutiendi difficultate curatæ.	108 - 121
Defluxiones ad maxillas curatæ.	31 - 44
Desperati non derelinquendi.	81 - 97
Diarrhææ curatæ.	76 - 92 Item 83 - 99
Dysenteria curata.	84 - 100

## E

Empyrica seu domestica remedia utrum artificiosis aliquando meliora?	70 - 83
Epilepsia præventa.	106 - 118
Essere quid?	26 - 37

## F

Fascinatio quâ ratione accidat?	95 - 107
Fascinatorum curatio.	93 - 106 Item 96 - 108
	Faucium

# I N D E X.

Faucium dolor curatus.	54 - 65
Fluminum per urbes fluentium utilitas.	19 - 29
Febrium causa primaria bilis.	11 - 24
Febres quomodo etiam hyeme accidunt.	44 - 55
Febres cur hoc, quàm elapso anno frequentiores?	10 - 22
Febris catarrhalis curata.	29 - 41
Febris tertiana intermit. cum sudaminibus curata.	72 - 85
Febris tert. intermit. in puerpera curata.	63 - 75
Febres tert. intermit. curatæ.	44 - 55
Febres tert. intermit. curatæ.	92 - 105
Febres quartanæ curatæ.	103 - 115
Febris tertiana duplex continua curata.	64 - 79
Febrium acutarum empyrica remedia.	70 - 83
Febris miliaris desperata curata.	80 - 97
Febris scharlatina curata.	79 - 96
Febriticans ex casu ab alto mortuus.	77 - 93
Fructus horni, quâ ratione faciant febres?	10 - 23
Furunculus curatus.	63 - 74
Fulmina, tonitrua, coruscationes &c. quid faciant ad auræ salubritatem?	75 - 90
Fulmina sunt venenata, vina vapida reddentia &c.	74 - 90
<b>G</b>	
GEnarum tumor curatus.	55 - 67
Gonorrhæa virulenta curata.	91 - 104
<b>H</b>	
Hæmorrhagia nimia uteri post abortum curata.	22 - 34
Hepar in statu naturali nunquam nimis calidum.	115 - 130
Hydroa quid?	26 - 37
<b>I</b>	
Icterus flavus auripigmento curatus.	35 - 49
Ignæi globi in aëre visi pestis causa.	75 - 90
Impetigo neglecta lepræ causa.	77 - 94
Intemperies ventriculi frigida quo in sensu admittenda.	115 - 130
Ichtiaticus dolor curatus.	73 - 87



# INDEX

Juglans arbor intra noctem folia & fructus nanciscens. 105 - 166

## L

- L** Abacensis Urbis situs qualis. 12 - 28  
 Labaci raræ contagiones. 15 - 28  
 Labacenses incolæ communiter longævi. 18 - 28  
 Lienteria curata. 109 - 124  
 Lochia iriminuta curata. 97 - 109  
 Lochia nimia cautè curanda. 22 - 34

## M

- M** Ammarum tumor curatus. 55 - 66 Item 77 - 92  
 Martius mensium insaluberrimus. 39 - 52  
 Meteora aërea subinde aërem inficiunt. 75 - 90  
 Morborum omnium causa quid ? 1 - 1  
 Morbi quilibet in quibusvis anni temporibus accidunt. 45 - 55  
 Morbo lethali existente omnia remedia frustranea. 61 - 70  
 Mulieres effrenes cicurandi remedium. 62 - 71

## N

- N** Aufeabundis medicamenta in vino præbenda. 25 - 35  
 Nebulæ, non adeò, uti censetur, Labaci insalubres. 17 - 28

## O

- O** Culorum sigillatio curata. 73 - 88

## P

- P** Uludes Labacenses non adeò, uti creditur, insalubres. 16 - 28  
 Paralysis curata. 98 - 112  
 Patetis curata. 98 - 110  
 Perfrigerationes corporum potissima defluxionum causa. 64 - 77  
 Pestes jumentorum unde. 88 - 102  
 Phthisis contagiola. 52 - 63  
 Phthisi qui præ alijs magis obnoxij ? 53 - 63  
 Planta noctis quid ? 26 - 37  
 Pleuritis curata. 21 - 32 & 34 - 48 Item 46 - 56  
 Pleuritides sæpius recurrentes in Empyemata lethalia desinunt. 47 - 56  
 Pluviae æstivæ latis noxiæ. 87 - 102

I N D E X.

Prædicere vera, et si mala, honorificentius est Medico, quam falsa,  
et si bona. 101 - 113 Item 102 - 114

Prægnantes etiam fortiora remedia sufferunt. 111 - 127

Prægnantes aliàs cautè curandæ 48 - 57

R

Rheumatici dolores suâ sponte, sed tardè curati. 30 - 42 Item  
42 - 54

Rubigo fati, vitibus, & arboribus frugiferis noxia. 87 - 102

Ructus assumptorum causâ quæ? 112 - 130

S

Sanguinis floridus color unde? 69 - 82

Sanguis venæ sectione emissus lacteus. 56 - 68

Sanguis gravidis parcè mittendus. 49 - 57

Satis ultra Æquinoctium vernum protrahæ nives fatales: & quare?  
85 - 102

Scabies curata. 85 - 101

Scabiem malè curatam consecuta mors. 68 - 81

Secretum secretorum medicorum artificiosa Medendi Methodus. 67 - 81

Situs locorum facit plurimùm ad eorundem salubritatem, & in salu-  
britatem. 12 - 27

Situs urbis Labacensis est utcuq; salutaris. 19 - 29

Solis in percurandis morbis frigidis efficacia. 30 - 42

Sputa cruenta fatalia. 112 - 129

Sterni dolor curatus. 54 - 65

Sudamina, eorum curatio. 26 - 37

Sudaminibus affectos & purgare, & sang. mittere licet. 72 - 86

T

Tenesmus curatus. 85 - 100

Tonitrua mustum, & cerevisias acidas reddunt. 75 - 90

Tonsillarum inflammatio, & exulceratio curata. 108 - 122

Tussis cum dolore pectoris & febre curata. 31 - 43 & 53 - 64

V

Variolæ curatæ. 32 - 46

Q

Venti

# INDEX.

Ventriculus raræ constitutionis,	113 - 130
Venti boreales æstate flantes milio nocivi.	76 - 90
Verines curati,	111 - 128
Vesicatoria & eorum legitimus usus.	65 - 80
Vinum laxativum speciale.	25 - 36
Vomicæ pulmonum,	31 - 43
Vrinæ per scrotum fluentes.	52 - 61
Vteri hæmorrhagia nimia curata.	22 - 34
Vulnera nec hepatis nec pulmonum semper lethalia.	50 - 59 Item 51 - 60

## Z

Zelotypus desperatus.	61 - 71
-----------------------	---------

# FINIS.



D E O T E R O P T I M O  
M A X I M O .

CHRONOLOGIÆ  
MEDICÆ

ANNUS TERTIUS,

S E U

*Constitutio Anni 1699 Philosophicè, Histori-  
cè, & Medicè considerata, descripta, & in publicum  
commodum data,*

A

MARCO GERBEZIO Phil. & Medic.  
Doctore Labacensi, Inclytorum Carniolix Statuum Phy-  
sico, & Medico Ordinario, SAC. ROM. IMP. Academia Imperialis  
Leopoldinæ Nat. Curiol. Collegæ dicto AGESILAO, & Ope-  
roso Labacensi, dicto INTENTO.

*Continens*

Exactam Anni 1699 Temporum, Auræ, Tempesta-  
tum, & Humanorum Corporum Alterationum apud Laba-  
censes descriptionem, cum suis Historijs Medicis, causis & cu-  
rationibus, potissimum ad Modernorum mentem  
adumbratam.

PERMISSU SUPERIORUM.

---

LABACI, ex Typographéo Mayriano 1702.

CELSISSIMO,

AC

REVERENDISSIMO

DOMINO, DOMINO

FERDINANDO

*DEI, & Apostolicæ Sedis gratiâ*

EPISCOPO

LABACENSI,

SAC. ROM. IMP.

PRINCIPI,

&

COMITI A KIENBURG,

*Metropolitanae Salisburgensis Ecclesiæ*

CANONICO &c.

DOM. DOMINO PATRONO

GRATIOSISSIMO &c.

SALUS ET FELICITAS!

CELSISSIME, ET REVERENDISSIME  
PRINCEPS &c.



Uod si eâ mundi ætate, quâ animorum Candor livori longè adhuc erat superior, Majores nostri suos climati ingenij partus, quanquam decumanis ferè laboribus ad maturitatem perductos in lucem tamen edere formidabant; nisi præpotentes Mecænatum favores comparârint, per quos umbonum instar contra Theoninos dentes illæsi adolescerent: majori sanè curâ verendum mihi fuerat, ne tenues hos meos conatus in publicum præferrem hâc ferreæ velut ætatis conditione, quâ animorum sinceritas prævalente invidiâ, cavillandique licentiâ propemodum exulat, nisi Achilleo scuto adversus zoilorum jacula probè munitos. Quem in finem alia panoplia mihi adeunda non fuerat, præter TUAM CELSISSIME, AC REVERENDISSIME PRINCEPS Tiaris, sagô, & togâ clarissimam prolapiam, Cujus longè illustrissima decora  
cum

cum in TE collecta suspiciam, facile in eam concessi  
 sententiam, fore, ut, quem Tu probaveris laborem  
 meum HONORIBUS TUIS consecratum, is repro-  
 betur à nemine : neque ab aliquo malignis despi-  
 ciatur oculis, quem Tu benignis aspexeris. Pa-  
 tiêris hîc (quæ TUA est in clientes benignitas) ut in  
 MAIORUM TUORUM, quos in familia amplissima,  
 clarissimâque paulò antè complexus sum, genethlia-  
 ca adyta Chronologus Medicus penetrem : inter  
 quæ ( ut à Jove principium sumam ) Archiepisco-  
 pali fulgore Michaël (a) Georgius (b) Maximilia-  
 nus Gandolphus (c) totidem veluti soles in cælo  
 Kuenbergico refulgent, è quibus postremus quan-  
 tum splendoris Familix, quin & Ecclesiæ universæ,  
 quantum benignorum influxuum subjectis popu-  
 lis addiderit, hodierna etiamnum fama, nullâ un-  
 quam temporum ætate occasura testatur : Verùm  
 anteriora quoque sæcula clarissimis Cognatorum  
 TIBI Heroum gestis nobilitata recolenda sunt ; an-  
 nus imprimis 1165, quò redivivam olympicorum  
 pugilum fortitudinem Tigurini stupuerunt in GEOR-  
 GIO à KUENBURG, palmam in ludis equestribus reli-  
 quæ antagonistarum cohorti præripiente. Sæcu-  
 lum subsequens (d) Illustravit HENRICUS à KUEN-  
 BURG non tam magnanimitate bellicâ, quâ Basileen-

sis Urbis obsidionem aggressus est, quàm fidelitatis constantiâ, quâ delatum Rudolpho primo Austriacorum Cæsarum primipilo imperium tuebatur. Auxit diffusam hanc clarissimi Generis lucem (e) Bernardus à Kuenburg, dum Neostadij, & Corneoburgi armis fortissimi olim Ungarorum Regis Matthiæ eas urbes obsidione cingentis conclusus velut concentratos bellicæ fortitudinis radios per servata adversus tanti hostis machinas præsidia in immensum dilatavit relictis vestigijs, quibus secutis deinde temporibus ERASMUS, & JOANNES JACOBUS à KUENBURG; ille in defendendis Effekianis pontibus, hic in collocata ad propugnandam Candiam strenuâ operâ profapiæ suæ splendorem in Auge per Martiales manus collocârunt: dum intereâ nova rursus Lumina inter aulas, & consilia Principum clarescebant, ut quantum à belli fulminibus, tantum à sapientis Palladis casside inter Regiarum fulgores splendoris accederet: id quod Togati Majores Tui per obitas summorum Principum legationes, gestos prætoriales fasces, subministranda consilia ingenti Reipublicæ emolumento suæ Nepotumque suorum gloriâ longè maximâ sunt consecuti. Post tot avitæ nobilitatis magna Nomina, ad TE Princeps Celsissime pervenit calamus, quem  
ultra



ultra Antecessorum T U O R U M gentilitia, splendorem, & antiquitatem sanguinis tum propriæ dignitatis celsitudo, tum partæ meritis, virtute, sapientiâ, reliquisque naturæ, & gratiæ ornamentis magnitudo eum inter Majorum T U O R U M seriem effecit, qualem Poëta cecinit (f)

- - - - Sparguntur in Omnes,  
In te mixta fluunt, & quæ divisa beatos  
Efficiunt, collecta tenes. - - -

Sed vereor, ne modestiæ T U Æ, quæ magnis animis ferè conjuncta est (g) Plinio teste, largiori encomio injurius sim: cum probè mihi notum fit T E potius mereri præconia, quàm auscultare; nec facile quenquam dolentiùs vituperia sui, quàm T E tuasmet laudes audire consuèsse. Quare encomiasten calamum in supplicem converto, oroque ut quam Honoribus T U I S, atque auspicijs in lucem emitto Tertiam Chronologiæ meæ Medicæ partem, T U O favore benevolentiaque perfectam proternarij numeri conditione efficias: quam felicitatem me consecuturum augurari licet ab ea elementia, quâ PRINCEPS CELSISSIME binos priores Chronologiæ meæ partes suscipere dignatus es, dum eas T I B I debita cum submissione offerrem, testatus, delectari T E imprimis ijs studijs, quibus naturæ

(f) Claud. in laud. Stilic. paneg. i. (g) Plin. Junior, in paneg.

naturæ arcana ad utilitatem , & singulorum indivi-  
duorum , & universi totius salutem investigantur,  
Hoc Tuo favore animatus Episcopale Tuum So-  
lium accedo , atque hoc subjectionis , devotionis-  
quæ in TE PRINCEPS CELSISIME conscriptum  
pignus humillimè defero , illud semper precaturus ,  
ut annis quàm plurimis superstes , & incolumis Lau-  
dum TUARUM refertissimâ copiâ Chronologo-  
rum fastos occupes , mèque in Clientum TUORUM  
numero conserves

## CELSITUDINIS TUÆ

*Servum obsequentissimum*

MARCUM GERBEZIUM.

PRÆNOBILIS,  
EXCELLENTISSIME, CLARISSIMEQUE

VIR,

FAUTOR, ET AMICE

Colendissime &c.

**D**uos primos Chronologiæ Tuæ Medicæ  
Annos ritè accepi: cum quanto verò  
gaudio? vel ex eo TE facilè conjectu-  
rum confido, quòd rectè Ego is ipse fuerim, qui  
conceptam TUAM de ea conficienda intentionem  
adhuc ante annos omni zelo secundavi. Cùmque  
nunc illud ipsum in re accidere perspiciam, quod  
tunc non vanè ex TUA mihi olim conviventi per-  
spectissima dexteritate, materiæ dignitate, & eam  
proposito tractandi modo futurum ominabar: co-  
natum videlicet illum TUUM celebrioribus Acade-  
miarum Professoribus, famosioribus Principum Ar-  
chiatris, & Cordatioribus Urbium, Provinciàrumq;  
Practicis esse acceptissimum; non possum TIBI de  
eo in actum deducto non solùm non gratulari quàm  
plurimùm; verùm etiam TE ad tam laudabilis, fru-  
ctuosique laboris ulteriorem prosecutionem non ex-  
hortari zelosissimè. Præsertim, quòd ex rectè his

XX

diebus

diebus Græcio hâc transeunte Augustano Typogra-  
pho Daniele Walder, elapsâ autem adhuc æstate ex  
nostro utriusque singulari Amico Georgio Sigis-  
mundo Pogatschnighk vestrate vel me teste singu-  
laris studij Medico rectè tunc ex Italia reduce per  
litteras percæperim, exemplaria, si modo tot essent,  
non minûs in Italia, quàm nostra Germania avidis-  
simè expeti.

Nec cura Momos, osoresvè, qui fortè in hocce  
Tuo saluberrimo proposito iniquissimis suis linguis  
TE pro turpissimo suo more turbare adnituntur. Hoc  
siquidem faciunt cuius speciosius quid molienti, &  
fecêre olim etiamnum æstimatissimis Scriptoribus:  
qui verò tamen sicut propterea à propositis sibi la-  
boribus, utpote posteritati futuris utilissimis, non  
desistère, ita neque Tibi desistendum reor, quò us-  
que benigni Cælites Tibi sanitatem, vitâque so-  
spitaverint. Quod quidem, ut faciant per lustra  
quàm plurima, opto medullitùs, maneòque Riedæ  
5 Novembr. 1701.

## Celeberrimi Nominis Tui

*Cultor devotissimus*

JOAN. BAPTIST. de WERLO-  
SEHNIGG Riedensis in Ba-  
varia Physicus.

*Præstantissimo Viro, Domino*

# MARCO GERBETIO,

Philosoph. & Medicinæ Doctori  
Eximio.

*Programma.*

## MARCUS GERBETIUS.

*Anagramma.*

Tu M. Reges curabis.

*EXEGESIS.*

**C**uncta suis fatis sub Sole tenentur; iisdem  
Nascitur, & moritur: hic malus, ille bonus.  
Te Medicum, Medicumq; bonum, Orbi fata dedere,  
Qui cures Reges mille salutis ope,  
Scilicet æternis studium tui nobile libris  
Curabit Reges tempore mille suo.  
His ergo fatis vigeas, hâc arte perennis ?  
Et Populis mille, & Regibus adfer opem,

*Observantia ergò, occinebat*


Eq. PAV. RITTER.



PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

 *Iuxta receptum diverbium, Omne promissum cadit in debitum: quid nî Lector Benevole, demum & me oportuit cum hocce Tertiæ Chronologiæ meæ Medicæ Anno in publicum prodire, utpote cum quo Tibi me servitutum jam adhuc ante biennium adpromiseram? Sed parces, si delicatiori Tuo palato fortè minùs accommodum deprehenderit; adeò siquidem me rectè sub ejusdem Combinatione à proposito diverterat partim proprij corporis minùs optata valetudo, partim dilectissimæ Conthoralis præmaturus obitus, ut ejus consumationem vix non in longius differre coactus fuisssem. Suggesti tamen, uti reor, non omnino jejuna. Quæ propterea à Te saltem degustari cupio: si Dij vitam, incolumitatè que servaverint, in futurum cum sapidioribus obsecuturus, Interea vive, & vale.*

MAR-



MARCI GERBEZIJ

Philosoph. & Medic, Doctoris

CHRONOLOGIÆ  
MEDICÆ  
ANNUS TERTIUS

SEU

*Constitutio Anni 1699 Philosophicè,  
Historicè, & Medicè Considerata.*

§. I.



Qui consideraverit, in quantis temporum inordinationibus jam aliquot annos consequenter transegerimus, is facile assequetur, cum quanto desiderio expectaverimus demum unum saltem annum nonnihil ordinatiorem. Præterlapsi siquidem sunt jam ferè duodecimanni, à quo nullum ferè Ver nobis fuit, nulla Æstas, sed veluti unus, & perpetuus Autumnus, Hyemsvè: unde propterea communiter

parcissimæ segetes, parcissimi fructus arborei, tristissima, aut certè paucissima vina, eaque tanti pretij, quanti ab hominum recordatione nunquam: triticum videlicet, quod communiter aliàs 30. aut 40. cruciferis vendebatur, istis annis subinde vix tribus florenis haberi poterat. Vinum etiam, ejus nostra mensura aliàs bibebatur 4. aut 5. crucigeris, istis annis 17. crucigeris cauponabatur; & sic proportionatè de reliquis ad humanum victum necessarijs.

§. II. Et sponponderant demum prima Januarij lumina desiderata omnia, utpote per sex continuos dies serenitatem adhuc elapso Decembri inchoatam continuantia, proptèrque Septentrionem non nisi leniter flantem saltem toleranter frigida. Accesserat, quòd sexta facta austrina hætenus lapsas nives integrè dissolverit, dederitque spem non contemnendam hyemis neque intoleranter frigidæ, neque diuturnæ futuræ; consequenter & corporum valetudini, & hyemalibus satis conservandis percommodæ. Dicebatur siquidem, quòd siquã primas nives, priusquam mensis elaboratur, integrè dissolvi accidat, postea nullas eâ Hyeme ultra mensis spatium indissolutas permanuras. Postquam verò austrinam illam constitutionem, & quidem subinde cum intercidentibus pluvijs in longum nimis protrahi, Septentrionique suum dominium eatenus præripere vidissemus, ut aura inde evaserit veluti tepida, vapidave, de corporum humanorum diu continuanda salute spe priore amissâ rursus ambigere occæperamus, scientes ex Galeno *lib. I. de Morb. Vulgar. Comment. I.* quàm insalubre sit, si tempora solitas suas temperies non observent. Nisi que posterioribus mensis diebus suo jure recepto aquilonares venti auram rursus reddidissent non nihil recentiore, profectò habuissemus,



semus, quod enormia ratione sanitatis metuiffemus: eò quod *austrina tempestates, si diuturnæ sint*, teste loco citato Galeno, *putredines inducunt, potissimum ubi sunt humida*, quales istæ erant ob sæpius intercurrentes pluvias. Quid autem deterius putredine, teste *Albanasio Khirchero in scrutinio pestis* innumeris venenosissimis vermiculis tecum advenctis pleròsque abditos, & Medicis incognitos malignantis naturæ morbos corporibus inducente? Quantam impressionem verò tamen fecerit tanta, quanta fuit temperies illa præter morem austrina, etsi dicto modo non solum per posteriores Januarij recentiores dies correcta, verùm etiam per subsecutum talem fere integrum Februarium, imò potissimâ parte & Martium; docuere innumeræ omnis generis defluxiones, gravedines, raucedines, tusses, phtises, pleuritides, vuulæ prolongationes, tonsillarum inflammationes, anginae, odontalgiae, hemicraniae, aurium sonitus tinnitusvè, surditates, ishiadici, colici, rheumatici, & arthritici dolores: apoplexiae, epilepsiae, febres acutæ, malignæ, Catarrhales, abortus, diarrhææ &c. quibus tunc temporis gens nostra passim detinebatur.

§. III. Neque mirum: quòd si enim juxta priùs dicta maximâ Januarij parte prævaluere Austri cum intercurrentibus non rarò pluvijis; Austri autem præsertim pluvijis juncti ex sententia Hip. *Corpora humiditatibus replent, & propterea relaxant, flaccida, pigra, & languida reddunt, auditum hebetant, caliginem oculis inducunt, Caput gravant, humoribus putredinem adferunt &c.* Quid mirum si plurimi nostratium enarratis affectibus præsertim circa dimidium Januarij, postquam scilicet austrina illa tempestas jam aliquamdiu durârat, prehensi fuerint: non minimum ad id conse-

rentibus terræ priùs jam aliquamdiu nivibus coopertæ , & ex parte glacie constrictæ, nunc autem rursus referatæ, exhalationibus. Correxerat quidem vitiosam istam aëris constitutionem versus finem Januarij consecuta, & exceptis rarissimis diebus toto Februario, & potiore Martij parte perdurans frigida & sicca aëris temperies : quòd ea ipsa verò ( cæterùm salubris ) cutis poros occludendo insensibilem transpirationem, ad conservandam sanitatem tamen juxta alibi dicta maximè necessariam impedit, humiditatesque per prægressam austrinam, & subinde simul pluviosam, vel etiam niviosam tempestatem in copia aggregatas in corporibus retinuerit ; quâ aliter fieri potuit , quàm quòd eadem indispositiones sese etiam in Februarium usque, Martiumq; extenderint ; præsertim, quòd intra istud ipsum tẽmpus insperatè acciderit bis sat notabiliter terram concuti ; undecimâ videlicet, & decimâ tertiâ Februarij, nescio quibus nocentissimis infimæ terræ exhalationibus foribus referatis, quæ postea unâ cum aëre inspiratione haustæ, inque pulmonibus sanguini circulanti permistæ non poterant non pessimas quâsque in massa sanguinea alterationes causare.

§ IV. Optimum, & quòd mala adhuc majora impedit, fuit, quòd in ista temporis constitutione enarratæ aëris quoad temperiẽm mutationes saltem successivè, & minimè cum subinde solito furore acciderint, sed potius veluti imperceptibiliter : consequenter sine speciali corporum ( quod laudavit *Comment. 1 lib. 1. Hip. de Morb. vulgar. Gallenus* : ) retenzione. Successerat siquidem austrinæ constitutioni aquilonia ; ast non cum repentina, aut valde advertibili aëris ex calida & humida in frigidam & siccam conversione ob ventos boreales quidem constanter, clementer

menter tamen solùm , flantes. Inde etsi enarratæ corporum indispositiones fuerint quidem utcunque, præsertim apud eis aliàs obnoxios frequentes, fuere tamen communiter benignæ, & ordinarijs remedijs percurabiles, exceptis solis ferè phtisibus utràque auræ constitutione magis exacerbatis; austrinâ ob humiditatem & putredinem, aquiloniâ ob acrimoniam à frigore inductam, quæ propterea communiter interficiebant.

§. V. Produxerant autem enarrato modo in corporibus aggregatæ, & retentæ humiditates, & quæcunque eis admista peccantium humorum aliàs per insensibilem transpirationem evacuanda recrementa memoratas indispositiones, in specie febres, quatenus ad sanguineam massam restagnantes ejusdem moderatam, connaturalémve fermentationem turbârant, solitòque concitatiores, (quod idem est ac febrilem) suâ p. n. aciditate cum justò ardentiore bile congregiente reddiderant. Gravedines Coryzasvè, quatenus ex substratis & proximis glandulis in membranam nares vestientem copiosius præcipitatæ, ibidémque ab exteriori frigore condensatæ, acioresque redditæ præter narium obstructionem, & non rarò frequentes sternutationes, ipsam membranam subinde usque ad dolorem, & exulcerationem corroserant. Rucedines, tusses, & phtises, quatenus in faucibus, larynge, & ulterioribus pulmonum meatibus depositæ, eosdem suâ copiâ obstruxerant, suâ acrimoniam autem ex asperârant corroserantvè. Pleuritides: quatenus ad sanguinem restagnantes, eundem vel fluidum nimis adeoque faciliè extravatabilem: vel morâ acido-austeræ factæ crassum nimis, adeoque stagnabilem reddiderant: unde ex impeditiâ ejusdem solitâ circulatione intra membranam costas suc-

cingentem, pleuram dictam extravasatio, putrefactio, dolor, & reliqua accidentia pleuriticis familiaria. Vuulæ prolongationes, & tonsillarum inflammationes; quatenus vuulam, glandulasvè faucium tonsillas dictas, vel utrasque simul subinde nimium inundarant, eatenusque nunc cum, nunc citra conjunctam inflammationem distenderant, ut inde deglutitionem impediri, dolorémque excitari acciderit. Anginas, quatenus eadem humiditates fauces, præsertim laryngis musculos eatenus inundarant, distenderant, & inflammârant, ut deglutitioni respiracionique ferè omnis via præclusa fuerit: nisi que taliter affectis citra moram succursum fuisset, eosdem mox suffocari fuisset necesse: quemadmodum tale fatum expertus fuit Laurentius Sutor Anno primo hujus nostræ *Chronologiae* §. *LIV.* memoratus. Odontalgias seu dentium dolores: quatenus justo acriores nervulos ad gingivas & dentium radices exprorectos suâ acrimoniâ lancinârant. Hemicranias: quatenus alterutrius capitis lateris membranas suâ acrimoniâ rodendo tristem illam sensationem, quæ comuniter hemicrania, seu dimidij capitis dolor appellatur, induxerant. Aurium sonitus, tinnitúsve: quatenus in flatus resolutæ, & intra tympanum genuinum illud auditus organum undulantes sonum illum strepitumve præternaturalem aurium sonitus tinnitúsve appellatum fecerant. Surditates: quatenus in nervi auditorij cavitatem delatæ eundem vel obstruxerant, vel ab extra ei incumbentes eam compresserant, atque taliter solito, & ad percipiendos sonitus necessario spirituum animalium influxui viam præcluserant. Apoplexias: quatenus vel suâ aciditate austeritatéque præternaturali sanguinem in vasis sanguiferis versus cerebrum exprorectis ita coagulârant, ut versus cerebrum non circula-

tus spiritibus animalibus progenerandis necessariam materiam non suppeditaverit, vel universos cerebri meatus, cavitatesve sui copiâ ita inundârant, ut omnis spiritibus animalibus è cerebro in reliquum corpus influxus impeditus fuerit. Epilepsias: quatenus nervos è cerebro in singulas totius corporis partes, ad eò per eosdem deducendos spiritus animales ad impertiendum eisdem & motum & sensum necessarios miro ordine derivatos suâ acrimoniâ ita laucinarânt, torserantque, ut ob eos taliter contortos spiritus animales eatenùs exagitati fuerint, ut inde exortæ fuerint horrendæ illæ corporum conquassationes vulgo motus convulsivi, & epileptici dictæ. Arthriticos, Rheumaticos, & Ichiaticos dolores: quatenus in articulos, intermedia articulorum, aut coxam depositæ ibidem suâ acrimoniâ acido acre suam tyrannidem exercuerant, partes sensiles, membranas puta, & fibrillas nerveas periostia constituentes, tendines, & ligamenta rodendo, & usque ad atrocissimum dolorem lancinando. Abortus: quatenus ad uteros depositæ eos lubricos nimis, flaccidòsque reddiderant. Et tandem diarrhæas: quatenus in glandulis intestinalibus sive stagnatione, sive humoris biliosi, pancreaticive admistione aciores factæ intestinorum fibrillas ita lancinavère, ut ex earundem contorsione tantùm humiditatum fuerit ad intestina expressum, quantum pro concitandis illis frequentissimis deiectionibus suffecit. Quemadmodum ista omnia distinctiùs, fusiùsque deducta videre licet præ primis apud *Estmullerum*, & *Dolæum* inter reliquas enarratarum indispositionum causas etiam à nobis allegatas humiditates sub lymphæ & serii nomine recensentes. In specie autem ad propositum Dolæus: *Accidit sapius, quòd serum in massa sanguinea*

nea halitus forma debeat dissipari, condensatis verbò poris meatibusque cutis restagnet, unde serum augetur, & sapim alvi fluxum excitat: quare nos in præci in alvi fluxu sudores commendamus.

5. IV. Neque tamen universaliter cuncti à similibus indispositionibus apprehendebantur, sed solum multi eorum; eò quòd omnium corpora non fuerint ad recipiendas illas aëris impressiones disposita. Qui enim fuerunt temperamenti calidioris, sicciorisque, & præterea se calidè tenuère frugalitatis præ ingluvie amantes, illi per totum commodè debebant: qui autem contrario temperamento præditi voracitatem frugalitati prætulère, crudis præ elixis, assise delectati, fructibus horarijs, vinis recentibus, turbidis & dulcibus, multisque farciminibus suillis pro hujus temporis more sæpissimè indulgentes, neque sua corpora ab externæ auræ rigiditate, humiditatèque custodivère, eos vidimus passim, si non alijs indispositionibus, saltem gravedinibus capitis, coryzise affectos: apprimè notatu digno nobis supeditato monimento, quòd non minùs, si à similibus indispositionibus liberi esse capiamus, frugalitati, sobrietative assuescamus ( præsertim hyemali tempore, quo corpora nostra aliunde superfluis humiditatibus abundant ) quàm corpora ab externo frigore probè muniamus, ad exemplum tenis illius, qui interrogatus, quâ arte suam vitam eò usque protraxisset? respondit, quòd *cruda non edendo, frigida non bibendo, & calidè se tenendo.* Neque sine ratione: nulla siquidem res in mundo est, quæ sanitatem æquè offendat, ac repletio cibi ac potùs, præsertim crudi, aut aliàs malè qualificati; propterea unica causa, quòd Medicis in medicando nullum remedium communius sit, ac venam secare, purgare,

purgare, sudorem movere, urinam prolicere, & similia remedia, quibus cibi in nimia copia ingesti, & propterea corpus gravantes minuantur & rursus sub corruptorum, quomodocunquevè peccantium formâ evacuentur. Nulla e-contra, quæ sanitatem sartam & tectam æquè conservare valeat, ac sobrietas, frugalitasvè propterea à Stoicis sanitatis longævitasquè parens appellata à Deo ipso summo illo Archiatro in *Ecclesiast. cap. 37.* his verbis recommendata: *Ne te effundis super escam, in multis enim cibis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit usque ad choleram. Ob crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est, adjiciet sibi vitam.* Ab Hippocrate autem *lib. VI. Epidem. sect. IV.* his: *Excercitatio sanitatis est, uesci citra saturitatem, non refugere laborem.* Imò Dyogenes Cynicus irridere solebat, ut insanos, qui à Dijs pro sanitate supplicabant, utpote quam in nostra esse potestate supponebat. Possè nimirum nos esse sanos, si sobriè vivere velimus, atque ab externis causis nos custodire; ægrotos verò, si neglectâ vitatione externarum causarum præsertim æris pravè constituti, nihil charius habeamus, quàm gulæ servire, & neglectis laboribus in otio vivere.

§ VII. Neque quis dicat plurimos esse, qui nullis victûs regulis adstricti ex consilio Celsi, qui sanos omni victûs regulâ exemptos esse debere cenet, pro suo arbitrio sultque deque vivunt, quotidie ferè ebrij, ad sat proventam ætatem pertingunt. Respondeo etenim dari quidem subinde tales, sed valde raros, & eos solùm naturâ robustissimos, quique si contentiores fuissent, facillimè ad extremum tenium pertigissent: Quemadmodum pertigère olim Eremitæ, veluti S. Paulus primus Æremita, qui teste S. Hieronymo cum dimidio pane, quem coruus ipsi quotidie

tidie adferebat, & aquâ ad 115. ætatis annum pervenit. S. Antonius ad 105. Arsenius ad 120. &c. Ne verò quis existimet eos ad istos annos non per frugalitatem vitæ, utpote, quæ admodum magna humidum radicale nimium depalceret, sed potius per DEI specialem adfistentiam pertigisse; ej audiendum propono Ludovicum Cornarium Patritium Venetum in speciali libello de se ipso contestantem, quòd mediante cibi & potûs parsimoniâ illud obtinuerit, ut, qui ex naturâ fuit debilissimus & usque ad trigessimum ætatis annum omnis generis infirmitatibus summè obnoxius, proximèque mundo valedicturus: à quo victûs rationem observare inceperat, cibumque successivè eò usque imminuendo, ut demum pro quotidiana sustentatione cibi non nisi quatuordecim uncias medicas, potûs verò sexdecim assumere solitus fuit, ætatem in optimo vigore & sanitate ultra centesimum annum protraxerit. Vt taceam tot religiosos nostri temporis, præsertim Cartusianos, quos, etsi sterilissimis cibis vescantur; quia tamen pro corpore non saginando, sed sustentando edunt; communiter ad extremum senium pertingere videmus: id quod Ego quidem singulariter contestari possum de Freidnicensibus, quorum intra 2. annos, à quo videlicet Ego eorum curam gero, mortui sunt quatuor omnes septuagesimum ætatis annum transcendentes; unus autem planè ad octuagesimum quartum pertigit. Vt adèò nemo mirari debeat, quòd tot Labacensium incolarum præsertim verò victûs rationem negligentium observati fuerint in recensita hyemis constitutione in enarratas corporis indispositiones præ frugaliter viventibus, & à frigoris vehementia sese custodientibus incidisse: uti nec si quempiam ex frugaliter viventibus idem fatum



expertum fuisse inaudierit, quòd neque tam graviter inde laborârit, néque tam diu, sed citò liberatus fuerit. Qui enim frugaliter vivit, is pravis, vel saltem ijs multis peccaminosis humoribus scatere faciliè non potest! qui autem pravis humoribus vel ejs saltem multis non scetet, is faciliè non ægrotat; vel certè non diu, aut graviter non ægrotat: quin potius faciliè, & levibus medicamentis curatur: ergo mirandum non est, quòd, si quis ex frugaliter viventibus ab externæ auræ ferè inevitabilibus injurijs ægrotat, graviter non, neque adèò diu ægrotet, quin potiùs faciliè, & levibus percuretur.

§. VIII. Vivum hujus argumenti exemplum dedit nobis in Anni primordijs Sclopetarius quidam, vir ex natura boni temperamenti, & propterea laudabilis corporis habitûs, & communiter solidæ valetudinis. Hic etsi quidem, uti dixi aliàs frugaliter vivere solitus fuerit, ex perfrigeratione in officina sua laboratoria humida & frigida tamen Iſchiaticis, seu coxendicis doloribus prehensus fuit, dolore primùm coxam ipsam, paulò pòst autem crus dextrum deorsum versus curdeliter, & cum aliquali tumore cuti reliquæ concolori aggresso; istud tamen ex frugalitate beneficij habuit, quod æquè, graviter non laborârit, neque tam diu, ac communiter alij, videlicet teste *Hip. lib. 2. prædict. num. 54.* ætate proveciores ad minimum per annum, juniores autem per dies 40. quin imò longè citiùs, intrà 14. scilicet dies: faciliusque inde convaluerit non indigens fonticulis, ulsi-onibusque, neque expectatione veris, æstatisve, quæ inter reliqua pro contumacibus similibus doloribus curandis proponit Hip. sed levioribus saltem; qualia fuère sequentia, teste meâ propriâ experientia efficacia quidem, sed tamen

communiter sæpiùs iteranda ; vel etiam alijs fortioribus jungenda ; qualia sunt rectè nunc memoratæ uſiones , fonticuli, lignorum decocta, Thermæ &c. quibus tamen in dicto viro opus non erat.

℞. elect. Coryocost. ʒiij.

Spec. diatereb. Myrs. scrup. IV. M.

cum sach. F. bolus.

Sig. Purgirende Bergicht = Rathweg auff  
1. mahl.

Hinc educantur ex vena pedis ilchiatica dicta sanguinis uncia quinque.

Desuper sudor eliciatur ad lumptionem hujusmodi mixturæ :

℞. Mistur. simpl. scrup. IV.

Spir. lumbr. ter. gut. V. M.

Sig. Schweiß = treibente tinctur auff 1. mahl.  
detur vesperi ante somnum.

Demum excipiat parte affectâ ter de die vapor ex hermodactilo albo , & antiarthriticis , nervinisve lacti incoctis , & perfumigetur pars affecta suffumigio antiarthritico , vel solo thure. Quod si vir hic econtra susque deque vixisset, procul dubio ingente cacochymia sibi corpus onerasset, solis istis nullatenus cedente.

§. IX. Graffenbergera econtra cujus ut à febre quartana liberatâ Anno elapso §. XV. facta fuit mentio, lux vitus negligentia planè contrarium fuit experta effectum ! loco ejus siquidem , quod à febre omnino immunis permansisset, æquè , ac Carthusianus ille cum ipsa feliciter ad sanitatem perductus, sed diætæ juxta nostra jussa saltem per duos menses observantissimus , post sex hebdomadas  
jux.

juxta ipsi datam prædictionem in eandem febri re-  
cidiva facta fuit, hoc solo tamen inde consecuto beneficio,  
quòd brevissimè rursus fuerit pristinæ valetudini restituta :  
ad solam videlicet citato loco descriptarum pillularum ite-  
rationem, & tincturæ similiter ibidem positæ continuatio-  
nem, diætæque exactiorem observationem; quam nisi e-  
mendasset, sum certus, quòd aut à febre ante tempus venum  
libera non evasisset, aut si evasisset, aliquoties rursus reci-  
disset. Id quod quidem in pluribus cum maxima indig-  
natione sum expertus ob tam nobilem, & infallibilem re-  
mediorum dignitatem tali modo contemptam, & dubiam  
redditam. Quamvis istud ipsum beneficium sit maximè  
æstimandum, quod memoratis remedijs febris quartana, &  
adhuc certius tertiana ferè pro lubitu inter paucissimas dies  
profligari possit, & eò usque suspendi, ut æger recollectis  
viribus par evadat cuicunque molestiæ ex recidiva oriundæ  
perferendæ, usque dum febris per iterationem remediorum, &  
diætæ exactioris reassumptionem aut rursus à recidiva ipsa li-  
beretur, aut ad mitius tempus, benignioremvé auræ tem-  
periem pertingat; quâ mediante natura per se par evadit  
morbi causam superare, talitèrque ægrum à febre liberare:  
propterea à Galeno de placit. Hip. & Platonis erudita vocata  
& lib. 1. de facult. nat. artificiosa facultates habens, quibus  
convenientia ad se trahat, aliena à se repellat. Animalium  
servatrix, & morborum finitrix ac decretrix; quod con-  
veniens est servans, quod alienum est separans. Hinc  
summè admirabar Ego ante annos dexterrimum aliàs Pra-  
cticum Franciscum de Coppinis, qui priusquam ad meam,  
sed adhuc juvenis instantiam, ex febre quartanâ aliunde,  
suâ opinione, jam desperatâ Decembri mense detento Ab-

bati Sitticensi Ludovico ex L. Baronibus de Rambschisl similia remedia exhibuisset, maluit eundem certæ neci committere, quàm à suâ pertinaciâ, quâ talia, ut nova, & à se nondum experta nescio quàm nociva esse sibi persuadebat, recedere. Dum ego tamen eis eo ipso mente cum felicissimo effectu usus fui in jam porpè septuagenario Iene Skerl cognominato, eâdem febre adeò malè mulctato, ut paraxylmorum tempore instar acutè febrientium, quod est fortè quid inauditum, delirârit, linguamque habuerit aridissimam, procul dubio, si verum, aut planè æstivum tempus expectare debuisset, néque cum talibus remedijs in tempore liberatus fuisset, pridem mortis rapina factus, juxta vulgare illud: *La febre quartana a i gioveni è sana, alli vechi suona la campana.*

§. X. Est laudabilissimum quidem teste vel ipso Hip. 1. aph. 1. in sibi ignotis remedijs cautum esse Medicum: *experimentum siquidem est periculosum.* Et propterea risi ego nuper, dum ex confidente quodam audivi, me in praxi non nihil meticolosius procedere solere. Lepiditatem irridendam! quæ ea in Medico culpat, quæ vel maximè efferre deberet, ea econtra in ipso desiderat, quæ ei vel maximè abesse conveniens est. Quis est meticolotus, nisi, qui circum spectus, quis circumspectus nisi, qui intelligens? Cum lignisné, aut faxis, ut fabri lignarij, lapidicidæque circumimus Medici, aut cum corio humano ludimus? profecto non: sed cum homine ipso, cujus vitam temerariè præcipitare, quod incautis; & audaculis facilè evenit, occidere est, impune quidem in foro mundano in Medicis, sed difficillimæ rationis coram Deo. Manet igitur non solùm apud Juris Consultos verum, quòd *Abundans cautela non noceat*, sed & apud nos

Medicos : quamvis ubique medium observandum , Medicoque practico cum suæ curæ commissis neque procedendum temerariè ( id quod quidem citato loco prohibuit etiam Hip. ) neque nimis sollicitè , præsertim cum remedijs certis, vel , si à me nondum expertis , saltem à quamplurimis alijs approbatis. Verbo

*Est modus in rebus , sunt certi denique fines  
quos ultro citroq; nequit consistere virtus.*

§. XI. Ast ad alia fortè acceptabiliora. Vigestimâ quartâ Januarij interfui apertioni cadaveris honestissimæ Matronæ Hartmanæ in utero gerentis ex phtisi iam pridem perpelsâ defunctæ ; ubi aperto abdomine , remotis omento, & intestinis, relectoque utero primò fætus puellula 5. mensium apparuit versus exitum præcipitata , procul dubio proximè, nisi matrem mors prævenisset , abortu excludenda. 2dò ventriculus non nihil tenuior , & quo ad intimam aliàs rugosam membranam debito lævior , flaccidiôrve : hepar floridissimum , & mole adeò magnum , ut utrumque hypochondrium occupaverit , & cætera probè constituta. 3. in pectore pulmones adeo consumpti , ut de lobo sinistro vix vestigium eorum costis tenacissimè adnatum supersuerit : de dextro autem pars palmæ latitudinem adæquans colore atra flaccidaque similiter costis supremis adhærens : ut mirum fuerit , qualiter ægra tamen spiritum haurire valuerit : pericardium solitâ lymphâ destitutum : & demum cor pallescens , & consistentiâ spongiosum , flaccidumvé. Rarissimum autem inter ista mihi videbatur hoc : quòd illa etsi tali indispositione à quàm plurimis ( prouti ipsa adhuc sana edixerat ) annis laborârit , occasione febris ardentis in eam lapsa , cum raucedine totis annis continu-

ante, difficilique respiratione; hæmophoiſi autem ſaltem per intervalla recurrente : ſemper tamen carnoſa, & corporis habitu ( ſanguineæ autem complexionis erat ) adeò florido prædita apparuerit, ut cum formoſiſſimis quibúſque de forma, ulque ad medium abhinc annum jure certare potuerit. Credo quod ob hepar tam probè conſtitutum. Eſſi enim eidem jam pridem ſit omnis ſanguificationis facultas à modernis Anatomicis adempta : & à quibusdam ad cor, ab alijs ad venoſum arterioſumque; à nonnullis autem ad utrumque horum cum maximo applauſu tranſlatum : quia id tamen in depurando ſanguine à bile tantò plùs in hocce ſubjecto præſtitiffe probabile eſt ; factum eſt, quòd corpus, eſſi aliàs ob allegatam pulmonum conſumptionem, & eandem comitatam febrim hæcticam ( quamvis eandem non pridem ante obitum acceſſiſſe credere fas eſt ) pridem deficere debuiffet, fuerit quàm probatiſſimè nutritum. Sicut e contra videmus Cholericos ob contrariam hepatis conſtitutionem, & conſequenter maſſam ſanguinis bilioſiſſimam communiter peſſimè nutriri, propterea corporis habitu exſucco, & colore ex pallido flaveſcente viſcentevè præditos juxta ſcholæ ſolernitanæ illud :

*Gracilis, ſiccus, crocæque coloris*

S. XII. Iſtis iſſis diebus fuit etiam multùm de partuum difficultatibus ſparſum, & inter reliquas etiam de cujuſdam hujus loci ſingularis ſpei Juris Conſulti uxore : quòd ea videlicet à partu liberari nullatenus potuerit, abſque eo, quòd manùs opera ſuppeticas tulerit. Quæ operatio eſſi plurimis pro inaudita habita fuerit, non fuiſſe tamen talem, docent Authorum libri modis, quibus ſimiles operationes peragi debeant, pleniffimi. Hoc ſolùm hîc deplorandum, quòd

nos idoneis subjectis, quæ in casu necessitatis similes operationes artificiosè peragere possent, prorsus destituamur. Et propterea omni modo exhortandi provinciales Status, ut tanquam Patriæ Patres sibi subjectis subditis, imò & proprijs Vxoribus hoc in passu eidem sortì expositis demum & de tali aliquo artifice, sed à Medico Collegio, ut alibi fit, priùs examinato, & approbato demum aliquando prospiciant: uti & de similiter examinata, & approbata saltem una, vel altera, utpote quarum non minor nobis est penuria, obstetricæ.

§. XIII. Casuum exempla, quibus maculæ nigræ instar pe-  
techiarum per corpus dispersæ deprehensæ fuere potiùs Criticæ, & salutare, quàm symptomaticæ, & lethales, jam quidè à nobis producta fuere elapsis annis: quò res verò, utpote non usq; adeò quotidiana tantò credibilior evadat; sanctè asseverare possum, me & hisce diebus puerulum in Musæo meo habuisse, qui simillimis maculis fuit ferè citra omnem pulsus perturbationem variegatus, appetitu ferè naturaliter constituto, & reliquis partium muniis. Hinc etiam absque eo, quòd speciali quopiam remedio usus fuisset, aut victus regulam observasset, consequenter externum, tunc tamen intensissimum, frigus vitasset, successivè, sed primò post aliquod septimanas, convaluit, & à maculis illis liber evasit, Cachectico corporis habitu non sine manifesto impuri, & scorbutici sanguinis signo etiamnum præditus. Quàm eis tamen semper fidendum non sit, docet casus  
ANNO I. S. LXXXII. hujus nostræ Chronologiæ productus.

§. *XIV.* Alius speciei maculis quoad externam faciem quidem non adeò horribilibus, paucissimis post diebus, primis videlicet Mensis Februarij, infectus fuit organarij hujus loci socius; verùm quoad symptomata tantò deterioribus: febricitabat siquidem adeò, ut viribus penè ad incitas reductis diu noctùque deliraret. Convaluit demum tamen feliciter, postquam mox in principio emisso sanguine, aliquoties ad mixturam Sorbaitianam ab iplo capite de petechiis in sua praxi medica, à me autem Anno 2. hujus Chronologiæ §. *XCVI.* descriptam; aliquoties autem ad pulverem pannonicum rubeum cum tantillo lapidis prunelæ permistum sudâisset: ratione delirij brachijs, cruribusque vesicatoria, capiti raso autem pipiones, pullos, Gallinásque adhuc à mactatione calentes, & demum dorso ventolas siccas admoveri curâisset.

§. *XV.* Similes maculas aliàs non facilè tam periculosis symptomatibus stipatas vidi; prouti id videre est Anno primo hujus Chronol. §. *C.* ubi eas Rubeolas cum Haly Abbate nominavi; vidi tamen ante annos, & etiam feliciter percursavi apud nobiles Matronas D. de Rueffenstain, & Dinzliam, nec non apud Craiburgensem Judicem Wainachtium ex earum ferocia planè vitâ defunctum. In quarum propterea occurru circumstantias, & concomitantia symptomata probè considerare sit memor Medicus, aliàs facillimè impinget. Dolosissimæ siquidem sunt, & propterea facilè imponunt. Apud L. B. de Rueffenstain tantæ malignitatis fuère, ut ab eis infectæ binæ proles, una intra 4. dies, altera autem planè intra 24. horas, interierint. In Organarij domo tamen pro tunc nemo præter Socium infectus fuit.

§. *XVI.* Sed mirum est, quòd & hyemali tempore  
similia



similia hominibus obveniunt: dum tamen Hip. oculatissimus aliàs Medicus frigori tunc intensissimo nullum similem effectum ullibi adscribit: quin potius id maximis laudibus extolit, dum 3. aph. 17. dicit: *quotidianæ autem constitutiones aquiloniæ quidem cogunt corpora, & firma, agilia, benèque colorata, ac auditu valentiora reddant &c.* Atqui isti sunt potius salubres, quàm insalubres effectus: insalubres econtra maculæ illæ; ergo hyemali hoc & frigidò tempore produci non debuissent. Verùm enim verò scire expedit ex eodem Hip. 3. aph. 19. *quoslibet morbos posse quolibet anni tempore accidere*, prouti id à nobis jam alibi pluribus deductum; non recenseri tamen ab Hip. omnes ob brevitatis studium, sed potius solos eos, quos novit frequentius hyemali, quàm alijs anni temporibus solere accidere, manente intereà frigori tamen allegato suo effectu. Per se siquidem frigus (tolerabile tamen) homini salubre est, utpote, quòd cutis poros coarctando caloris nativi, & spirituum vitalium (mediantibus quibus tamen omnes naturales actiones peraguntur) discussionem (ratione cujus nimix homines æstivo tempore, & quæcùnque alia animalia solent esse communiter, quàm in hyeme, longuidiora) prohibet, imò unit, & ad interiora cogit; unde ventres hyeme, & verè calidissimi, plusque teste *toties citato Hip. 1. aph. 15. habentes calidi nativi*, sicut copiosiore indigent alimento, ita copiosius inde nutriuntur, copiosiusque nutriti vegetiores, & ad omnia promptiores fiunt. Quòd autem tamen subinde contrarium, sicut rectè in allegato Organarij locio, accidat, id per accidens fit; ex eò videlicet, quod homines intemperantiæ cibi & potús addicti in corporibus suis nimios, & eos pessimè qualificados omnis generis

ris humores aggregent, quibus calor natus obrutus, & spiritus vitalis vitiatus impar evadit suis munijs ritè peragendis: unde necessariò corpora talium etiam hyemali tempore languidiora: imo morbosa, partim ob rectè jam dictam rationem, partim autem ob cutis poros occlusos, & intra corpora retenta nocentissima humorum recrementa, unde præternaturales sanguineæ massæ & reliquorum humorum alterationes, & jam hi, jam illi inde resultantes morbi &c.

§. XVII. Hic quidem peropportunum esset resolvere, quomodo allegatæ, & quæcunque aliæ maculæ obtinant: verùm adhuc oportunior pro eo locus dabitur alibi. Proinde progrediamur hâc vice ad ultiores hyemales affectus.

§. XVIII. Inter hyemi magis proprios affectus recenset Hip. 3. aph. 23. etiam pleuritides, & pectoris laterum dolores. Mirandum propterea minimè est, quòd his diebus etiam Sacerdos quispiam petrinus sub itinere huc Labacum factò in simile quid inciderit, etsi aliàs more communi Italorum diætæ soleat esse deditissimus, quod tamen non pridem ex Hippoc. deduximus accedente simul corporis exercitio solere esse optimum sanitatis conservandæ remedium. Verùm respondeo Ego: verum quidem esse exactam victûs rationis observantiam, & proportionatum ad assumpta corporis exercitium esse optimum sanitatis conservandæ remedium; verùm sciendum penes hoc esse, morbos non solum à diætæ observantiâ, & corporis exercitio neglectis exoriri, verùm & ab alijs externis causis. Hoc tamen beneficij habere eos, qui exactè victûs rationem observant, quòd rarò in morbos incidant; sique incidunt, tam diu, tamque acriter, periculolève eis non detineri ob corporis puritatem, & à  
pecca,

peccaminosis humoribus, qui indispositionem peiorarent, immunitatem. Hinc etiam factum, quòd memoratus Sacerdos sub itinere nimium perfrigeratus incidere quidem in pectoris sinistra lateris dolorem puncturium; eo verò diu detentus non fuerit, sed celebratâ prævio clystere in brachio lateris affecti sanguinis missione; commoto ad pulverem pleuriticum, antim. diaph. & ocul. 69 sudore: nec non perunctâ ungu. de alth. carminat. ol. amygd. dulc. & sem. cumin. pulv. parte affectâ: superpositoque ex herb. malv. albæ. summit. chamom. melil. sol. lauri & farin. sem. lini, cuminique in lacte decoctis cataplasmate, intra biduum convaluerit. Nullam autem tussim passus fuit hic æger, secus, ac alij pleuritici; quia malum non fuit internum, sed solum externum in musculis, propterea pleuritis nomine, nisi spuria, indignum. Neque febrim; quia sanguinea massa fuit omni perturbatione expers. Missus tamen fuit sanguis; ne fortè spiritibus doloris sævitie exagitatis accessisset febris. Respiratio fuit tamen difficilior ob affecti musculi fibras nimium tensas. Cessit ad adhibita remedia malum; quia ejus causa quæ potissimum fuere flatus, per ea promptè fuit discussa.

§. XIX. Ob morbi causæ analogiam hinc meritò commemorandus videtur etiam Excelsi Regiminis Officialis ille, qui rectè hoc ipso tempore Græcio hæc Tergestum profectus sub itinere in simillimos, etsi non pectus, sed dextrum renem ferocissimè pariter absque conjuncta febre torquentes dolores incidere: propterea à me ferè simillimis remedijs curatus: clystere puta emolliente, anadyno, & carminativo; sequentibolo purgante ( quia inordinatiùs saltem in itinere vixisse supponebatur: )

℞. Elect. lenit. ʒiij.

Spec. diatereb. Myns. ʒj.

cum saccb. F. bolus.

Sig. Purgirende Grief-Latwergauff 1. mahl.  
causam materialem, quam pituitã esse dixi, attenuante, & flatus discutiente intro propinato *spir. juniperi cum aq. carminat. diluto*, & *syr. cort. aurant. dulcificato*. Partis affectæ perunctione cum *ungu. de althæ. comp. anodyno*, & *carminat. cum tantillo ol. scorpion. Matth. permistis*. Et demum superpositione cataplasmatibus ex *herb. malv. althæ. pariet. Summit. chamom. melilot. farin. sem. lini*, & *cymini. in lacte decoctis*.

§. XX. Processisse autem mihi persuadebam utrumque hunc dolorem à flatibus potiùs à vehemente frigore inductis, quàm ab alia causa; quia dolor subinde remittebat, quia febris aberat, quia frigus potens est tales flatus producere, & quia denique nulla alia eorum æquè probabilis causa mihi videbatur posse assignari &c. quàm rectè flatus. Frigus tamen non existimandum est ad progenerationem flatuum per se facere, sed solùm per accidens: quatenus videlicet in corpore crassiorem viscidiorè vè lympham, seu pituitam deprehendens, eam coagulat, & adhuc viscidiorè reddit; cui si taliter viscidæ factæ acrior volatiliorè vè bilis supervenit, eam attenuat, & in flatus resolvit, in quacunque corporis parte id accidit, tristè sensationem inducentes. Et recordor istud ipsum mihi met ipsi aliquando accidisse, dum alicubi magis opiparè cænâssem, desuperque ultra medium noctis Chartis (societate sic urgente:) sedendo tempus impendissè. Dextro enim rene adeò dolere occæperam, ut vix non ad eiulandum compulsus fuerim, reliquo corpore, muniisque ejus inculpatissimè sese habentibus. Ut primùm  
me

me verò, prævio fotu anodyno - carminativo, lenique frictione cum calefactis, & cumino perfumigatis linteis: *unguento carminat. anodyno, & ol. scorpion. Matth.* calidè perungi curâsem, dolor incantamenti instar evanuerat. Quæ verò alia poterat supponi fuisse causa? quàm flatus, utpote quorum solorum proprium est tam repenti discuti. Num illi autem in renis ipsius cavitate primùm producti fuerint à crudo, viscidove sero ibidem à sanguine segregato, & à debiliore renum calore, vel interveniente volatilioris bilis portione in flatus resoluta: vel potius ex ipsa sanguinis massa per idem, per quod serum ipsum, colatorium in renis cavitatem transmissis? nolim determinare. Existere tamen non rarò flatus in vasis sanguiferis, adeoque exinde aliò penetrare posse, testis est dele Boë Sylvius *lib. 2. Meth. M. cap. 21.*

§. XXI. Non dispares dolores recordor me quoque aliquando in Præsbytero petrino hypochondriaco, cachectico & guttâ rosarâ tincto hepatis regionem per plures dies exercentes, alijs priùs hepatis calidam tunc temporis adhuc in maxima fama apud practicos constitutam intemperiem respicientibus frustra, imò cum nocumento tentatis, curâsse eodem priùs memorato cataplasmate. Alium autem de simillimis doloribus infra scapulam dextram lamentantem. Non quòd in istis ipsis, aut etiam in me, flatuum, consequenter inde ortorum dolorum occasio similiter frigus, quemadmodum in duobus illis prioribus, fuisset; sed quòd similiter ex ubicunque in corpore hærente viscidâ pituitâ per intervenientem volatiliorem bilem, aut quidcunque aromaticum fortè cum cibus assumptum sale volatili multo præditum in flatus resolutâ excitati flatus, & in nominatas partes propulsi fuerint allegatorum dolorum causa, propterea nullis

nullis alijs remedijs certius propulsandi, quàm flatus discutientibus, vulgo carminativis dictis: quemadmodum de eis rursus cum gustu videre licebit laudatum Sylvium de *Boëprax. Med. Tract. X. No. CLIV. & sequentibus in Appendice.*

s. XXII. Sequens casus omnino quidem jam enarratis similis non est; quatenus tamen à cruditatibus, & pituita crassa & viscida in flatus resoluta dependebat, uti illi; contigerit etiam paucis post diebus, circa dimidium videlicet mensis Februarij, & demum se raritate sui valde commendabilem reddat; absque commemoratione cum pertransire nefas fore mihi visum fuit. Concernebat autem valde nominatae cujuspiam familiae Liberum Baronem. Hic sub Carlostadio ad nos huc Labacum instituto itinere intra viam, fortè ut expensis parceret, vel quòd patrio Croatarum more similiter victitare fuerit assuetus, se frigido, & fortè non satis percocto petasone, panéque, quem in penula involutum fors domo secum ferebat, egregiè, uti ipse confessus fuerat, infarcierat: & vix Labacum pertigerat, cum ecce eis ventriculi subinde umbilicum versus, imò & vesicæ regionem, colicorum ad instar, sese exporrigentibus doloribus cruciari cepit cum per intervalla intercurrentibus sonorissimis ructibus, & materiae phlegmatico-biliose per superna rejectionibus, ut mox in primo mei conspectu, nî tempestivè sibi succurram, sibi intereundum esse, exclamarit. Perceptâ proinde indispotione, & probabili ejus causâ, acceleravi curam, ut potui: & omnium quidem primò ipsi pro secundanda *natura sursum vergente cum Hip qui 1. aph. 21. quò natura vergit, eò ducere oportere nos docet, quatuor grana tart. emetici ex jure carnis tepido propinâram, cum intento quidem effectu, sed absque levamine, alio in aliquot vo-*  
mitioni.

mitionibus non rejecto, excepto jure ipso, & phlegmatibus; de petasone verò, quem fortè adhuc sui aliquà portione in ventriculi cavitate aliqua hærentē suspicabar, prorsus nihil. Unde eundem jam quidem digestum, sed vitiosè, imaginabar: post se verò tamen cruditatis quid reliquissè, quæ eructationum illarum tam dolorificarum, vomitionumque sit causa. Quare, siquidem vomitorio nihil proceceram; per posteriora rem tentandam rebar; & propterea adhuc eo vespere clysterem emollientem & carminativum cum *elect. elect. scopi*, & *bierâ logadij*, *salæque gemmæ* utcunque acuatam injici curaveram, postridie mane autem pillulas tales purgantes: (homo autem fuit ingens, phlegmaticus, & obesus, juvenis 26. circiter annorum, voracitati more nationis deditus)

℞. *Pil. tart Schrad.*

*Extr. pil. de bier. c. agar. ãa. gr. XV.*

*Resin. ialap. pin. sub. gr. IX.*

*trocb. alband. gr. iij.*

*ol. mac. gut. j. M. cum Elix. propr. Parac.*

*F. pil. No. IX. deaurata.*

Sig. *Purgier-Pillen auff 1. mahl.*

Quas quidem assumpserat æger, sed mox citra effectum rursus vomitu rejecerat. Ut ad eò coacti fuimus rursus ad hesternum clysterem recurrere. Externè autem ventriculi regionem perungere *balsamo indico*, *ol. nucistæ expresso*, *ol. menthæ*, & *absynth. stillatitijs*, superponerèque cataplasma ex *menth. absynth. Chamom. theriaca*, *mastiche*, *Charyoph. aromat. sem. cumin.* & *fermento panis in vino rubro decoctis* factum. Unde erat quidem nonnihil pacatior factus æger, ructus rariore, minúsque dolorifici, vomitiones verò planè eman-

serant: quòd ad noctem verò tamen rursus omnia exacerbari viderentur, præsertim eructationes, metuentes ne nox consequeretur nimis gravis, ægro tale paregoricum lumen dum porrexeramus:

℞. *Requiei Nic.* ʒʒ  
*theriaca opt. scrup. ʒ*  
*conf. de hyacint. compl. gr. IV. M.*  
*cum sacch. F. bolus.*

Sig. Schmerzen-stillende Lathweg auff einmal. Repetitis externè linimento, & cataplasmate stomachali paulò antè memoratis. Et quiescebat æger utcunque. Quia corpus tamen per inferna adhuc nunquam fuit expurgatum, consultum videbatur ei in talem finem sequentem potionem sumptu utcunque facilem summo mane propinare:

℞. *Decocti cord. in aqua menth.*  
*cum sol. sen. s. ʒ. ʒiij.*  
*mechoac. alb. ʒij.*  
*Crystal. tart. scrup. ij.*  
*flor. chamom. p. ʒ. fact. unc. iij.*

In expressione dissolve.

*Mam. el. unc. j. ʒ*

Cola & adde

*Jalapp. pulv. gr. XV.*

*Spir. mac. gt. ij. M. F. potio.*

Sig. Purgier-Tränckel auff einmal.

Ex qua demum quidem fuit evacuatus satis comòde: catenus etiam alleviatus, ut diem illū transegerit satis toleranter; imò à prandijs non nihil dormierit; quia expergefactus tamen rursus aliquoties dolorificè eructâisset, tensissetque in abdomine corrosiones, metuens, ne fortè noctu rursus priora tormi-



tormina recurrerent, instantissimè supplicabat, quò ipsi rursus hesternum paregoricum porrigeremus. Fuit ipsi propterea istud illius loco propinatum in similibus casibus, præmissis universalibus, inter reliqua planè approbatum:

*R. Decoct. flor. Chamom. in cerevisia facti unc. iij.*

*philon. Rom. 3ß*

*fyr. cort. aurant. ʒij. M. F. potio.*

**Sig. Schmerzen-stillende Mixtur auff 1. mal.**

Et quievit desuper eatenus, expergefactusque fuit adeò sublevatus, ut ulterioribus postea, exceptâ victus regulâ, non indigerit.

s. XXIII. Dum nostalgiter cum hisce & alijs quàm plurimis indispositionibus, quas brevitatis causa prætermittimus, sollicitè colluctaremur, præterijt Februarius mensis, tubintrante ejus loco ex natura sua, juxta elapso anno dicta, communiter morbosissimo Martio, Bacchóque humano generi non minùs pernicioso, quàm malè culto Deo, cum suis solemnibus: quemadmodum id cum suo interitu experti fuère rectè sub Martij ingressu tres Schwindiani Regiminis circa Locopolim superioris Carniolix sat honestam civitatem hybernantes milites. Istorum nulla major fuit cura, quàm, ut quid, quocunque demum jure, nanciscerentur, quò dicta Bacchi solemnia etiam nonnihil hilariore cum animo celebrare possent: & ecce casu obyius ipsis factus fuit communissimæ sortis homo trium vel quatuor librarum lagenulâ spiritu vini, vulgo aqua vitæ dicto, minutim dividendendo repletâ oneratus: quem propterea mox aggrediuntur, lagenulam abripiunt, & in proximi rustici tugurium deferunt, intenti expulsis domesticis se ibidem suos animos stomachúmque dicto spiritu, & si quid aliud

aut in tugurio ipso deprehenderent ad propositum, aut secum attulissent solemnissimè consolari, cum in finem à vicino fabro ferrario ingente carbonum cumulo pro excitando in medio tugurio luculentissimo igne collato. Sed ecce cùm quantâ disgratiâ! Epulantur tam lætè quàm possunt, adeò ut temulenti facti, demum etiam in ingentes clamores, risus, & cantationes prorupisse fuerint auditi. Ast vix præterlapsæ duæ horæ, cum ecce conticuère omnes. Excitato propterea animo tugurij potronus calam clam adit, quidnam demum ingrati hospites agerent, exploraturus: & ecce omnes, opinione suâ, altum dormientes deprehendit, binos eorum proximè ad extructum focum, tertium ad mensam in sedili proximè ei adstante. Clam propterea rursus regreditur, expectaturus, usque dum illi expergefacti planè recederent. Quòd somni verò nullus finis, cum in subsidium accitis aliquot vicinis rursus domunculam petit: Sed ecce ex hospitibus suâ opinione altum dormientibus, binos, ad focum scilicet decumbentes, mortuos deprehendit, tertium autem vix semivivam: quem propterea in publicum protrahit, suis comilitonibus ejusdem & suorum sociorum fato denunciato: Ipse verò, donec fati causa innotesceret, ad securitatem repositus, defunctorum locius autem adhuc superstes pro refocillatione ad calidum cubile. Interea de fati successu examen institutum. Ex quo quando quidem contra rusticum, ut reum, nil speciale elici posset, is dimissus fuit, & tota causa spiritui vini nimiâ capiâ hausto, Carbonumque vaporibus imputata. Tantæ activitatis autem esse vini spiritum, Carbonumque non correctorum vapores, testatur Paulus de Sorbait *præceos sue Med. Tract. 7. cap. 7.* & ab eodem citati Valerius Max. *lib. 9. cap. 11.* &

Joan. Matthæus de Gradis *Com. in Rbas. cap. de angina*. Vbi quidem & remedia pro tali malo propulsando proponit: piper nempe in aceto dissolutum intro propinandum, adorata quæcunque, venæ sectionem, frictions &c. Verbo talia, quæ aliàs apoplexiæ ex quacunque aliâ causâ ortæ prodesse solent; ut sternutatoria, *aqua apoplectica*, *spec. contra apoplexiam*, *diambra*, *diamosch. &c.* Carbores etiam non omnes tam nocivos vapores emittere docet; sed potissimum ex lignis densiorum sylvarum, vel in terra mercurio, arsenico, vel alijs venenatis mineralibus imprægnata crescentium. Et denique eos ne facillè noceant, corrigere, instruit dicendo eos spiritu vini, priusquam incendantur, utiliter perspergi, nec non sæpius incendi, & iterum extingui. Spiritûs vini narcosis autem aliunde nemini facillè est ignota; quæ proinde sicut facillè inebriat (quod spiritus certo modo figendo facit) ita una intervenientibus pariter narcoticis crudorum carbonum vapõribus eosdem ita ligat, ut ipsis omnem omnino motum, & in nervos influxum adimat; unde superveniente apoplexiâ Mors. Verè tristia bacchanalia!

§. XXIV. Benigniora quidem nonnihil fuere hæc certæ Comitissæ primiparæ, sed tamen etiam satis periculosa. Indormierat scilicet jam ista suavissimè, cum ecce horâ circiter decimâ vespertinâ ex strepitu, vel fortuito expergefata ante lectum stantem conspicit laruatam aliquam sæminam; (cæterum autem suam intimam amicam, & propterea tam confidenter se jam tam tardè accedentem:) & mox terrore percussa in eos convulsionum motus incidit, ut inde adhuc eo vespere interitura censeretur, successivè quidem sanguinis missione, & alijs appropriatis rursus liberata, sed egregio Amicæ suppeditato monumento, quò impostero cum

puerperis cautiùs procedat. *Custodiã* videlicet teste Hip. lib. 1. de *Morbis Mulierum*, & scientiã *multã est opus Mulieribus, ut in uteris gestent puerum, & enutriant, & ut evadant ab ipso in partu.* Videatur aliàs ad propositum etiam Intricatum Extricatum nostrum Medicum *part. 2. cap. 20.* Stegmanus in *Eph. Nat. Cur. dec. 3. An. 1. obs. XVI.* recentet le puerperam ex simili causa factam epilepticam solo *decocto Theæ* percurãsse. Item Ecstaticum, & infantes post variolas, & morbillos convulsos.

§. XXV. Longè plures solent aliàs circa hoc tempus accidere valde memorabiles calus, & insolentia; quòd hoc anno verò de paucioribus fuerit auditum; existimo fecisse partim valde quidem diu insistentes, sed tamen ob blandiùs solitò flantes aquilonares ventos utcunque tolerabile frigus, partim autem ob annonæ etiamnum persistentem Caritatem exactiorem diætæ observantiam. Observavimus siquidem cum admiratione vix in vigesima, trigesima vè quaque domo celebrata fuisse solita Bacchanalia cum opiparis Comestationibus, comotationibus, saltationibusque publicis non rarò ultra alterius diei auroram protractis: dum tamen nuperimis annis vix domus fuit, imò familia, à qua talia non fuissent cum maximis excessibus etiam pluries intra hoc tempus iterata. Et propterea mirum nullum, quòd & hi dies, & subsequentes quadragesimales in longè solitò majore quiete, & salubritate fuerint hoc, quàm subinde antecedentibus fertilissimis annis, transacti.

§. XXVI. Ego quidem ipse paulò post quadragesimæ ingressum, circa 15. scilicet Martij, ægrotare incæperam; quòd autem ex factis Bacchanalibus diebus excessibus, dicere non valeo; utpote quos non cum minore sobrietate,

tate, quàm quadragesimæ primos, transegeram: sed potius ex aëris temperie in mitiorem mutata, mihi juxta elapso anno §. 69. dicta, & ab Hip. 3. apb. 2. his verbis confirmata: *Naturarum quædam ad æstatem, aliæ verò ad hyemem* (procul dubio aliæ autem ad alia tempora) *bene aut malè se habent*, ex natura fatali ob rationes ibidem allegatas: quoniam enim temperamenti biliosi sum, bilèque tenuiore, acriorèque abundans: ut primum Sol stationem suam hyemalem mutare incipit, altius super vertices nostros ascendere, & aërem calidiorem reddere (quod tempore æquinoctij verni accidit) incipit, Ego & alij similiter constituti mox alterari incipimus ob bilem in nobis à Solis efficaciore calore exagitatam. Quòd si ei tempestivè latis non prospicimus, infallibiliter proximè juxta prædictionem Hip. *lassitudines spontaneæ morborum prodromi, ægrotaturi.* Iteratò propterea & me & alios monco, ut ratione curarum vernalium, vulgo Majalium dictarum, in memorato elapso anni §. L XIX. adducta bene notent, nî læpius ex eis neglectis impingere velint. Justum autem, & quod transcendere citra infallibiliter incurrendæ ægritudinis periculum non licet, curationis tempus docent *spontaneæ lassitudines 2. apb. 5. Nec non tormina, & genuum gravitas, & dolor lumborum: quæ in febribus expertibus obvenientia teste eodem Hip. infernâ purgatione opus esse significant.*

§. XXVII. Plura fortè memoratu digna hâc quadragesimâ cum ægris acta ad contentandum benevolum Lectorem adhuc hîc adducere potuissem; quòd verò, uti dixi, potissimâ ejus parte ex febris continuâ ex decidentia acutâ lecto affixus extra domum neminem adire valuerim, pro excusato me habendum sperabo. Nisi illud fortè percipere lubeat,

beat, quod ex meorum Dominorum Collegarum, me subinde pro sua humanitate inuisentium, & ubi opus erat, meas vices suppleantium relatione habeo. Martium videlicet sat commodâ fuisse aëris temperie præditum, nempe toleranter frigido-siccâ: Imò & Aprilem à principio; ex post autem more suo varium, jugiter varijs ventis perflatum, & propterea nunc nubilum, nunc micante sole serenum: nunc pluviosum, nunc planè nivolum, & potissimum alperum: adeò multis ægrotis tamen non oneratum (quantum conijcere poteram, ob antecedentem hyemem sat commodè constitutam; nec non quadragesimales abstinentias, ad conservationem valetudinis, tunc temporis vel maximè lubricæ, plurimum facientes, & vel propterea rectè eo tempore prudentissimè ab Ecclesia institutas) & eis potissimum infantibus, puerisque undique per corpuscula, rubedinibus quibusdam, nunc latioribus, nunc minùs latis perspersis, cum febre continuâ minùs acutâ, nullis singularibus symptomatis stipata, septimum non transcendente, neque lethali, pulsu existente magno, & undoso, qualis in synochis observari solet. Controversabamur autem, cujusnam generis illæ rubedines essent? alijs omnibus eos ad morbillos esse reducendos, urgentibus; me ad Rosalias, de quibus Daniel Sennertus *lib. 4. de febr. cap. 12.* sed ut valde malignis, quales tamen istæ minimè fuere; neque communiter, uti bene advertit Carolus Raygerus famosus Polonienfium in Hungaria Medicus *in scholio ad observ. XC.* Spindleri itidem Hungariæ Physici, esse solent. Remedia autem, quibus communiter te usos fuisse in hisce maculis asserabant, fuere *pulv. pannonicus rubens, liberantis, CC. phil. antimon. diaphor.* & similia in communibus infantum morbillis aliàs utualia.

§. XXVIII. Non autem solus Aprilis fuit potiore sui parte juxta dicta varius, & propterea inacceptus, sed & eum consecutus Majus, quem tamen juxta alibi dicta, utpote in quo temperatissima aura spirare deberet, oportuisset fuisse amœnissimum. Ego studio Sitticij in Celeberrimo Cisterciensium Monasterio, cui jam in decimum quintum annum ut Ordinarius Medicus præesse honorem habeo, solitas Curationes Majales mox ad Maij ingressum institueram, ibi etiam solito diutius moratus fuëram, ut ex prægressâ indispotione adhuc admodum dissipatas vires tantò citiùs rursus recolligerem: verùm totis eis diebus tanta auræ inamœnitas extitit pluvijs citra intermissionem decidentibus, ventisque asperrimis earundem adversitatem secundantibus, ut, nisi innata spectabilium sacri illius Conventûs Patrum humanitas tanta fuisset, miserabilior domum rediissem, quàm inde discefferam.

§. XXIX. Transacto in enarratâ autumnali potius, quàm vernali inamœnitate Majali tempore sperabamus demum saltem Junium ordinationem, & curationibus Vernabilibus, quas ob Maij asperitatem potiori ex parte huc distuleramus, aptiorem futurum: verùm neque ipse multò melior fuit, nisi quòd paulò frigoris ratione lenior, pluvijs similiter, nisi, quòd non admodum continuus, sed sæpe sæpius interruptis, uti & omnis generis ventis perturbatus. Sola 24 & 25 competenter excalesceta, à 28 exorto Mole Boreali flatu verò rursus insolentiùs perfrigerata. Adeoque totum vernale tempus varium, & à sibi debitâ naturâ degenerans. Unde qualiter nam intereà substiterit humana valetudo, conjecturare facilè est. Taliter videlicet, qualiter per frequentes imbres, & multas aëris ex calido in frigidum

mutationes subsistere communiter solet. *Mutationes temporum pariunt morbos; & in ipsis temporibus magnæ mutationes frigoris, aut caloris* Hip. 3. aph. 1. *Per anni tempestates, quando eâdem die modò calor, modò frigus fit, autumnales morbos expectare convenit.* Idem 3. aph. 4. *Affiduis imbribus morbi ferè fiunt febres longæ, fluxiones alui, putredines, epilepsie, apoplexie, anginae.* Idem 3. aph. 16. *Et vere quidem Melancholiae, Epilepsie, fluxiones sanguinis, anginae, gravedines, raucedines, tusses, lepræ, impetigines, vitiligines, pustulae ulceroas, tubercula, articularum dolores.* Idem 3. aph. 20. *Hinc mox ac Ego in publicum prodire incæperam curandos habui infantes & pueros morbillis ordinarijs detentos plurimos quidem, & externâ facie periculose; utpote quòd multi ex eis etiam jam actu prostantibus maculis è naribus sanguine manârint; alij autem frequentissimè ad exonerandam alvum impellerentur; quorum tamen utrumque naturam in expellendo occupatam distrahit, & vires depascitur. Idem puta de variolis, quarum curandarum non minor fuit numerus, & quidem præterea talium, quæ communiter confluentes erant, aqueæ, depressæ, & in sui medio foveas (quod communiter valde malum signum) habentes; tamen omnes ferè ad sanitatem perductæ. Præter istos subinde etiam auxilium imploravêre febricitantes, quibus alternis diebus: adeoque teste Hip. citra periculum; quidam continuè, & acutè, & quidem nunc cum, nunc citra maculas petechiales; adeoque cum periculo: qui tamen ipsi communiter liberati. A 24. & 25. Junij autem, utpote quos æstivè calidas asperior aura humidiorque & præcedebat, & subsequabatur, plurimi gravedinosi, rauci, tussientes, & omnis generis defluxiones patientes: quidam*  
 & sca-



& scabiosi, non planè rari colicis, arthriticis, nephriticis, pleuriticis, & alijs doloribus detenti: & rursus febricitantes, quandòque alternis diebus; quandòque continè & acutè, nunc cum, nunc sine exanthematibus, sed potissimùm morbillaceis Rubeolis dictis, & gravioribus, quàm antehàc, accidentibus stipatis: puta pectoris oppressionibus, diarrhœis, delirijs &c. Quorum singulorum rationes quidem facillè esset reddere, verùm ne opus intentione fufus evadat, cæ studiò prætermittuntur; quòd si eas tamen cuipiam perscrutari lubeat, primum & secundum tomum hujus Chronologiae attentius pervolvat, & eas facillimè assequetur. In specie autem perpendat, quantum Solis radij, & ab eis irradiata aura vernalis valeat in alterandis, fermentandis, & fundendis corporum humoribus. Secundò quid talis, aut talis auræ constitutio. Tertiò quid corporum in recipiendis quibusvis auræ impressionibus. Quartò quid repentinæ auræ ex calido in frigidum, aut vice versâ, mutationes. Et demum quintò quid errores in victûs ratione commissi in præcipitanda valetudine valeant: & facillè non mirabitur, quòd adèd copiosæ hoc Verno tempore, quod tamen teste Hip. 3. aph. 9. censetur esse inter omnia alia anni tempora *saluberrimum*, humana corpora preslerint indispositiones; neque quòd in principio potiùs teneram infantum, & puerorum ætatem, quàm adultiorum. Sol siquidem est primus motor omnium motuum in viventium corporibus: ergo mox ac cum propiùs ad nostras oras accedere acciderat, corpora humana alterare, inque eis humores manifestiùs fermentare, attenuare, & fundere debuit, præprimis apud infantes & pueros, utpote ob corporum teneritudinem, & sanguinis tenuitatem raritatemque per se faciliùs alterabiles,

& suscipiendis quibuscunque impressionibus præ adultioribus magis obnoxios: consequenter eos primos, & præ alijs ætatibus ægrotare oportuit: benignè tamen, & citra singulare periculum; eò, quòd etsi speciale aliquod & morbosum miasma, quod Sol fortè mox, ac nostris terris propior factus fuit, ex terra vel aquis prolicuerat, mediante ære inspiratione attractum ipsos in talem statum præcipitaverat; quia in eorum corporibus tamen vel potius in sanguine nullam specialem cacochymiam deprehenderat, eos adeò periculosè afficere non valuit; sed taliter qualiter solùm: benignè nempe, & non lethaliter. Idem ipsum miasma quidem procul dubio attractum fuit etiam ab adultioribus; quòd tamen non cum æquè sensibili effectu; videtur fecisse, quòd eorum corpora, utpote compactiora, carnes duriores, & sang. massa crassior levem illius impressionem tam citò nondum senserit: successivè autem secùs; eò quòd fortè & miasma illud fuit factum fortiùs, & Solis radij efficaciores, sufficientesque non solùm tenella infantum corpuscula, tenuioremque eorum sanguinem alterare, verùm & adultiorum. Periculosiùs autem id accidit adultioribus, quàm infantibus, & pueris, propter cacochymiam, quàm majore scatebant; quæ propterea miasmatis illi morbofo conjuncta, non potuit non effectum illius graviorem, periculosioremque reddere, febrèsque in eis producere non benignas, & minimè periculosas, quales in infantibus, sed acutas, & quandoque planè lethales. Tot alijs indispositionibus autem in progressu veris fuère prehensi iidem adultiores partim propter humores prægresso autumno in eorum corporibus aggregatos, hyeme ob impeditam insensibilem perspirationem in eisdem retentos, imò altiùs impactos, nunc demum à vernali aura at-

tenua.

tenuatos, fulósque: partim ob tot pluvias, & aëris ex calido in frigidum mutationes: partim denique ob commissos invictus regula errores: præprimis in nimis indiscreto frage-  
rum, cerasorum, lactucarum & asparagorum illi tempore apud nos familiarissimorum eduliorum esu. Etsi enim similia secundum se adeò ad esum humanum inepta non sint, in specie cerasa: de quibus propterea sic ad propositum schola Solernitana:

*Si cerasum comedas, tibi confert grandia dona:  
Excipiat stomachum, nucleus lapidem tibi tollit.  
Hinc melior toto corpore sanguis inest.*

Essè ea verò tamen etiam noxia, saltem dulcia illa, parva, & mollia corruptioni propterea, & verminationi maximè obnoxia, docet illud aliud Poëtæ

*Noxia sunt stomacho cerasi prædulcia poma.*

Item Pisanelli illud de Aliment. facult. *Cerasa celeriter corruptescent, ventriculum inflant, propter flatum, quos generant, si affatim edantur.* Fraga pariter quidem suis prærogativis pollent; videlicet sanguinis ebullitionem, & bilis acredinem sopiunt, jecur refrigerant, sitim extinguunt, urinam promovent, & appetentiam resuscitant: teste rectè priùs citato Pisanello tamen, si abundantius comedantur, paralyticis, nervorum morbis obnoxijis, nec non debili ventriculo præditis obesse solent. Ut taceam, quòd proximè ad terram crescentia sint omnis generis insectorum, præsertim muscarum, araneorum, formicarum, rubetarum, & bufonum excrementis, consequenter venenositatibus expositissima; quæ proinde si præcipuè illota, non selecta, vino saccharoque non perspersa edantur, valent in speratissima mala ea assumentibus inducere; quemadmodum id in specie cum suo interitu ex-

perta fuit ante paucos annos hîc Labaci Illustrissima quædam ex Gynæceo Eggenpergico Comitissa, quæ ex indiscreto fragorum, pisorum crudorum, & (quantum dicebatur) lactis illius, quod inter alia bellaria pro refrigerio Magnatum mensis communiter versus conviviorum finem opponitur, ex lacte & ovorum albumine confecti esu in eas vomitiones, & ventriculi inflationes inciderat, ut post mortem ventriculus ad pergameni crassitiem extensione attenuatus in tribus locis dillaceratus deprehensus fuerit. Existimabant quidem Medicorum quipiam, id ipsi ex sola & pura memoratorum eduliorum cruditate, & flatulentia accidisse: Alij tamen, & unâ cum eis Ego censebam præter jam adductas qualitates, necessariò quid venenosi fortè cum fragis assumpti intercurrisse. Præterquam enim, quòd fraga rarò à quibuscunque insectis intacta deprehendantur, communiter araneorum texturis obducta vituntur. Quam facîle igitur esse potuit, quòd venenosa quæpiam foetura ibidem deposita cum eis assumi potuerit: vel vermiculus ille, de quo scribitur, fortè ex genere araneorum, qui ejus naturæ est, ut se devorantem sive hominem sive aliud animal lethaliter, nisi tempestivè latis ipsi succuratur, inflare valeat. Suas etiam, & quidem cumulatissimas laudes merentur asparagi, de quibus propterea sibi sic gratulatus fuit Strabus Poëta:

*Remibus hinc valeo, jecore, intumidoque liene,  
Ilia, nec mundum tergus, ut antè, dolent.*

*Si venere hinc crucior, supra hoc mihi munus abundè est,  
Quod potuit salvâ religione dedit.*

In eis tamen hoc adverti Ego: quòd illi tempore diuturnioris siccitatis tantâ, nescio, ejus insectorum speciei minutulâ fæturâ obsideantur, ut impossibile sit, quin assumpti maligni

ligni quid in ea assumentium corporibus deponant, etsi etiam elixi ; prouti id pluribus deduxit Levinus Lemn. *de Occul. nat. mirac. lib. 2. cap. XL.* De lactucis demum verò aliunde notum est, eas indiscretiùs, præcipuè vernali, hyemali, & autumnali ( æstate enim transeunt ) tempore sumptas debiliores stomachos nimiùm quantum refrigerare, Phlegmatibus replere, obstructionibus irretire, & quâ aciori aceto conditas ad colicos, & arthricos dolores disponere ; adeoque etsi de se quidem etiam suis virtutibus, æstivo præsertim tempore, polleant ; indiscretè, quemadmodum communiter solent, tamen comestæ ad nunc temporis grassantes indispositiones non parùm conferre valuère.

§. XXX. Sed multùm est, quòd hoc tempore, quod ab Hip. 3. *aph.* 9. pro saluberrimo habetur, tamen hæc tam copiosæ indispositiones accidere potuerint ; præcipuè in infantibus, quos idem Hip. 3. *aph.* 18. in specie hoc tempore saluberrimè degere solere observavit. Verùm Resp. ista esse de Vere legitimè quoad æris temperiem constituto intelligenda ; nullatenus autem de tam inordinato, pluviosoque, quàm erat. Quemadmodum enim in primo Chronol. hujus anni §. XVIII. diximus, etiam Ver suos patitur manes, sicut alia anni tempora ; In eo solùm alijs temporibus felicius, quòd in eo ægrotantes communiter faciliùs sese recolligere soleant, ob radiorum Solis indices incresecantium vigorem omnia vivificantem, exhilarantem, purificantem &c.

§. XXXI. Sed satis de causis vernalium indispositionum. Nunc pro solita consuetudine etiam quidpiam de earundem curationibus : & quidem ut ab infantibus puerisque inchoemus : quantum mihi tunc lecto affixo à Dominis

nis Collegis meis fuit relatum, illi sicut nullis periculosis indispositionibus laboravere, sic nullis extraordinarijs remedijs indiguere, à Rosalijs communiter solo pulvere *Liberant aut pannon rubeo* cupidatim ipsis ex aqua scabiolaë, Card. ben. aut galegæ mane & vesperi propinati solito liberati, uti & à morbillis, & variolis, quamvis etiam subinde periculosis Symptomatis; sanguinis hæmorrhagijs puta, & diarrhæis etiam actu prostantibus exanthematibus stipatis: quamvis subinde in confluentibus variolis, foveasque in medio sui habentibus utpote deterioribus, tamen unum alterumvè granum *Lap. Bezoard. Or.* vel etiam *Bezoard. Min. Myrrhæ &c.* eis fuerit additum: in diarrhæis etiam quid *boli armen. coralli. rub. & Unicorn. fossilis.* Reliquum regimen consistebat, ut decumberent in aëre non nihil ad calidum vergente, mediocriter, præcipuè, si languine manavere, contacti; minimè autem nimis frigidè, quemadmodum certi cujusdam Amici filiulus, qui propterea jam omni periculo superato denovo intensius febricitare cæperat, loquelâ & fermè omnibus sensibus privatus: nisi que tam tempestivè ipsi fuisset alexipharmacis volatilibus succursum, infallibiliter mortuus. Cibus fuere jura caponum, & capones ipsi, panatel. pultes ex ovis panèque &c. Potus rad. scorzon. CC. lentium, & caricarum decoctum.

5. XXXII. Adultiores autem quemadmodum non uniusmodi malis detinebantur, sed uti prius meminimus, diversissimis: ita pro eorundem diversitate, etiam diversis curationibus egebant: defluxionibus affecti tamen, colicis doloribus, febribus, scabie &c. remedijs & medendi Methodo ordinariâ nobis familiari, & hinc & inde prioribus annis descriptâ, hocque loco rectè propterea prætermittâ,

ſâ ; exceptis ſolis eis caſibus , qui ſpeciale quid ibidem non tactum præſtulerunt , veluti fuit , quem in pictore Sitticensi Ferdinando colicis doloribus detento circa purgantia notavi. Huic ego mox eo , ac Sittitium pro ordinandis curis majalibus appuleram , veſpere , clyſterem anodynum injici curaveram , ſubjunctâ poſtridie *Aquæ laxat Manag. lib. β.* Et fuit is quater per ſuperiora , duodecies autem per inferiora cum eo ſublevamine purgatus , ut præter ſuperſtitem debilitatem ferè non habuerit , de quo quereretur : cenſueram tamen poſtridie adhuc ſemel iterandam eſſe eandem aquam lax. ut recidivam , in hocce affectu , ſi unquam in aliquo , frequentiſſimam , tantò certiùs præcaverem. Fuit illa etiam à patiente , uti heri , ad poſtremam guttam ex hauſta : ſed ( quod eſt quid rarius ) abſque ullâ per ſuperna , aut inferna obſervatæ avacuationis conſecutione , corpore purgationis loco in largiſſimum ſudorem ſoluto. Ut adeo illud planè ampliùs in dubium vocari non debeat , quod à nobis fuit in *Intric. Extricato* noſtro *Med. p. 1. c. 14.* in ſpecie de diureticis , & diaphoreticis dictum ; ea videlicet non pro ſua facultate quandòque , ſed pro naturæ inclinatione operari ſolere.

ſ. XXXIII. Inter reliqua quàm plurima ſecuturæ peſtilentiæ prænuncia ſigna recententur à Conrado Getnero etiam Garruli Boëmici , aves noſtro idiomate *Pegami* dictæ. Quòd verò jam ab aliquot annis huc earum plurimas ſemper Martio menſe habuerimus hîc Labaci , & in cubiculis , utpote diverſis coloribus gratioſè variegatas , & aliàs invilas , alverimus , neque tamen ( Deo laudes ) de peſtilentia ulla quicquam percæperimus : juſtum videtur inrer reliqua & hoc hîc adnotare : ut appareat , non omnia , quæ

in libris leguntur, semper ita se habere. Sed rursus ad propositum.

§. XXXIV. Sicut nullam ætatem æquè frequenter ægrotare accidit, ac infantum tenerrimam, utpote à quacunque etiam levissima causa alterabilem; ita nullam ætatem curatu difficiliorem experiuntur Medici, quàm rectè infantum tenerrimam.

*Scilicet haud facile est puerorum noscere Morbos.*

*Sape sub ingenito sanguine noxa latet.*

*Vix tenella potest quærenti lingua referre.*

*Quis gravis affectus mollia corda premat.*

Curationum propterea indispositionum infantilium rarissima prostant apud Observatores exempla. Juvabit propterea reliquis hîc etiam unum, & illud quidem omnium communissimum, frequentissimumque interserere: in quo videlicet lactentes ob acidum in eorum corpusculis abundans virescentia, & congrumata deijciunt, cum inquietudine, ejulatu multo, flatibus, somno perturbato, ventre distento, pulsu celeri, & frequente, pavoribus in somno &c.

§. XXXV. Erat autem similiter affectus sex mensium infantulus; cui ego propterea pro eluendis, abstergendisque intestinis, discutendis flatibus, & sopiendis torminibus feliciter talem clysterem injici curaveram.

℞. *Herb. malv. p. ij.*

• *summit Chamom.*

*flor. sambuc. aa. p. i.*

Decoquantur in lacte, & colentur. Colaturæ unc.

IV. adde

*Sacch. Thom. unc. β.*

*butyr. tantundem*

*vitel. ovi n. j. M. F. clyster.*

Ex.



Externè peruncto abdomine *ung. de althæ. comp. & Carmin. Myns.*

Hinc intrò ex lacte quotidie bis propinari iusseram ex cultri cuspide de hoc pulvisculo corrigendo illi acido vitioso destinato :

℞. *Pulv. March. scrup. ℥.*  
*ocul. 69 p.*  
*sem. anis. áa. scrup. j.*  
*margar. pp.*  
*coral. rub. p.*  
*antim. diaph. a. gr. V.*  
*cinab. nat. p. gr. iij.*  
*Sacch. perl. scrup. ℥.*  
*fol. aur. n. i. M. F. pulv.*

**Sig. Besouderes Kinder-Pulver.**

Demum infantulum purgaveram *syr. ros. sol. zij. magist. mechac. pin. sub. gr. iij. & Cholag. f. gr. j.* Nutricem autem *unc. iv. Aq. laxat. Manag. & Cholag. f. gr. V.* Et infans se celerrimè recollegerat dejectionibus in melius mutatis. Iussa tamen fuit Nutrix frequentius pro lactis correctione de oculis 69, & sem. anisi pulv. accipere, corporis perfrigerationem vitare, & ab acidis, utpote lac congrumabile, & acre redentibus, ut à veneno, abstinere. Apud *Bonetum* aliàs pro expurgandis infantibus puerisque, ut præ alijs idonei isti trochisci leguntur :

℞. *Merc. dulc.*  
*rite pp. unc. ℥.*  
*diagr. sulph. scrup. ij.*  
*& gr. viij. CC.*  
*phil. pp. scrup. ij.*  
*cinam. acut. scrup. i.*

*conserv. rosar. ʒj.*

*sacch. alb. in mulcilag. gum.*

*tragac. Dis. unc. j.*

*F. l. a. troch.*

*Dosis est pro anniculo No. j. & sic potro.*

§. XXXVI. Non minùs communes sunt infantibus etiam scrophulæ, seu scyrrhosi illi glandularum tumores, qui sæpe collum circumdant, sed jam adultioribus *Hip. 3. aph. 26.* & quidem communiter tantæ pertinaciæ, ut sæpe consultiùs sit, præsertim si indolentes sunt, eas naturæ committere successu temporis eas per se dissipare, aut ad suppurationem deducere assuetæ, quàm multis remedijs sive discutere, sive maturare tentare. Sic Ego in insignis Juris Consulti 9 annorum puerulo partim ex ingluvie corpus plurimis cruditatibus replente, partim ex perunctâ, impuro existente corpore, capitis scabie similiter affecto tentavi quamplurima tum interna, cum externa; purgantia puta Phlegmagogo - Melanagoga per intervalla læpius repetita. Discutientia, quale ex internis fuit *decoctum rad. sarsæp. sassaf. scrophul. vincetox. & liquir.* atque *pulvis ad strumas Augustanorum &c.* Ex externis autem *Empl. de Galban. croc. Myns. de Ramis cum Merc. & diachyl. cum gum.* Et demum suppurantia ex *rad. alth. lil. alb. cœ. pæ alb. rad. scrophul. farin. sem. lin. & fenugr.* in lacte decoctis, & cum melle in catapl. formam tubastis &c. Frustra tamen omnia; quin imò cum ea mali pejoratione, quòd unico illi, qui primùm ovi gallinæ minoris magnitudine proruperat, tumori duo alij minores accesserint. Propterea consilium inutum fuit, num non fortè curatio per excisionem, aut cauterizationem institui posset. Et ad fuit

non nemo, qui ad excisionem perficiendam se obtulerat. Quod verò quia periculosum judicabatur ab alijs, ob arteriam Carotidem, cujus vulneratio periculosam hæmorrhagiam, & nervum recurrentem, cujus præcisio aphoniam inducere posset; demum conclusum fuit, rem potius naturæ, præsertim, quòd dolor nullus adesset, esse committendam. Quæ rem etiam successivè eò perduxit, ut omnino discussis minoribus tuberculis, major nunc, dum hæc scribo, vix avellanam nucem superet. Onuphrius Bonfiglius Venetus Medicus à filioli D. Parente intereà super istâ indispositione consultus tamen sequentia suaserat fortè in alio simili casu aliquando servitura, etsi pro nunc non usurpata. Primò quarto quoque die his pillulis corpus expurgetur.

℞. *Exctr. Cathol. scrup. ℞*

*turpet. min. correct. gr. ij. M. f. pil.*

Secundò intermedijs diebus quotidie mane bolulus ex *succi inspissati paronychia, sibiij diaphor. a. scrup. ℞, & mercur. dulc. gr. iij.* confectus porrigatur. Et demum tertio exterius tumoribus tale ceratum in emolliendo, maturando, & ad cicatricem perducendo efficacissimum admoveatur:

℞. *Rad. barundin. unc. ij.*

*lil. cælest. unc. iij.*

*altheæ. unc. i℞.*

*in taleolas in cisa iniiciantur*

*olei comm. bullientis lib. iij.*

*Coquantur ad nigredinem pedetentim*

*adijciendo cerussæ unc. iij.*

*tut. pp. unc. ℞.*

*ceræ citr. unc. iij, & decoquantur,*

*ad justam consistentiam. Additis  
demum balsam. peruuiani ʒij.*

*F. ceratum - quotidie renovandum.*

Quòd si verò præter omnem spem suppuratio tamen non succederet, Mercur. currentis ʒij. cuius uncia emplastri addantur, & emplastrum quotidie bis renovetur. Velejus loco cataplasma ex capis sub cineribus coctis applicetur.

Demum, si neque istis res succederet, ad causticum, vel ferrum, sed cum cautela, recurratur, brachio inusto fonticulo pro fluxionis derivatione. Cæterùm infantes ferro & igne tractare omnino prohibet in specie in strumis colli occupantibus *Mercurialis de Morb. pueror. lib. 1. c. 5.* Curam autem per corrosionem inter reliquos videre est apud Borellum Cent. IV. Obi. XXXVIII.

s. XXXVII. Pissima juxta ac honestissima Georgij Thalnitsheri de Thalberg J. U. Doctoris Conjug, Sanguineo Cholericæ, septimæ prolis mater, defluxionibus ad oculos à multis annis obnoxia, & aliàs valetudinaria quinto gestationis mense in sanguinis ex utero effluxionem inciderat, qui tamen ad celebratam salvatellæ dextræ manûs incisionem citra ulterius damnum evanuerat. Vigesima septimâ Junij, ipso scilicet plenilunij die tempore existente austrino & pluviolo signa imminentis partûs percipere inceperat; proinde te, & reliqua necessaria ad eundem disponere; sed ecce aquarum partum aliàs semper præcedere solitarum loco rursus cruorem ex uterino sinu prodire advertit: unde terrefacta quidem nonnihil; quòd cæterùm tamen viribus constaret, tempus pariendi legitimum adesset, reliquaque signa iam iam instantis partûs, adeò rem non apprehendit, confidens omnia feliciter sibi, sicut in alijs  
puer.

puerperijs, successura : sed ecce inexpectatò convulsionibus epilepticisprehenditur, tamque diu ejusdem detinetur sanguine copiosissimo intereà profluente, donec intra bihorium partus loco animam ad perpetuas æternitates emiserit cæterùm sanissima : suo domino Marito, prolibusq; maximo relicto sui desiderio, reliquis prægnantibus autem incredibili, ne fortè sibi idem ipsum accideret, metu. Procul dubio partim ob actuale, & adhuc magis ob prægressam temporis potissimâ ex parte austrinam pluviosâque constitutionem, quâ multæ humiditates fuêre in ejus corpore aggregatæ, ob quas debito major fibrarum uteri laxitas, & fætûs inordinata (aperto siquidem post mortem matris cadavere is fuit in præternaturali situ deprehensus) versus uteri orificium præcipitatio, consequenter violenta nimis placentæ ab utero abruptio, adeoque sanguinis debito largior profusio : partim autem ob sanguinis aliorumque gestationis tempore circa uterum aggestorum humorum acrimoniam, quâ non solùm fætus fuit ad inordinatam illam versus uteri orificium præcipitationem irritatus, venæque uteri, quò copiosius sanguinem profundere potuerint, exelæ, verùm & nervosum genus in epilepticas illas & lethales convulsiones commotum ? Sed admirabile in isto casu fuit præcipuè illud, quòd is rectè in illam ipsam diem inciderit, quam utero gerentibus præ alijs fatalem futuram sequentibus versibus prædixerat calendarij Anglicani Author :

*Saturnus troth der Frauen-Schaar.*

*nun abermahlige Gefahr :*

*Mancher wird die Grubenstätt*

*Zuberath zum Kind-Beth.*

Quasi verò Astra specialem in hoc vel illud individuum præ alijs influxum haberent : qualem tamen, quòd non habeant, docuere plures aliæ vicinæ mulieres non minùs, quàm ista, partui proximæ, quæ econtrà omnes paucissimis pòst diebus felicissimè pepererunt. Nisi dicas eundem influxum fuisse & ad reliquas illas derivatum, verùm in eis propterea eundem effectum non produxisse, quòd illæ intra corpus ad suscipiendam illius impressionem tantam dispositionem non habuerint, ac memorata Matrona : quo in casu verò tamen tibi non minori cùm fundamanto quis regere possit, frustraneè fingi talem Astrorum influxum, ubi intra corpus insufficiens talis effectus deprehenditur causa ; humores videlicet & copiosi nimis, & acres nimis. Lis tamen maneat inter Astrophilos.

§. XXXVIII. Atque ista demum & de curationibus indispositionum vernalium. Locutionis ordo postulat, ut nunc ad æstivæ constitutionis considerationem progrediamur.

§. XXXIX. Fuit autem Æstas quidem connaturalior sibi, quàm multæ antegressæ ; longè tamen non eatenus, ut sibi debitam temperiem omnino assecuta fuisset. Etsi enim ex parte Solis nihil defuerit, quòd ei pro more suo excalescendæ sufficientes radios non impertivisset ; toties intercurrentes tamen ex omnis generis ventis transitoria pluvix eam sæpe sæpiùs eatenus temperare solitæ fuere, ut meliore jure tempus illud quis quoad qualitates activas temperatum, quoad passivas autem humidum dicere potuerit, quàm siccum ; meliore verum, quàm æstivum. Quia imò i. Julij ex Euro adeò aspera fuit, ut nisi ex leni Libanoto mox rursus attemperata fuisset, nos præter omnem morem

ad reassumptionem brumalium vestium cōegisset. Sub Solis in 69 ingressum per biduum, triduumve quidem æstati familiares squalores invaluerant; quos verò mox rursus represserant pluvix cum grandine 26 ejusdem mensis ex Libanoto exortæ, & usque ad aquarum exundationes protractæ cum superveniente Mose aquilonari flatu: 30 autem Euro orientali vento pariter sat aspero. Non minorem sui fervoris effectum ferè iam sub sui exitu constitutus ediderat etiam Syrius: qui verò nec ipse multò diutiùs duravit; utpote quem similiter paucis post diebus præter pluvias exceperat cum sat sensibili mordacitate Cæcias. Ut de Arcturo nil dicam; tanquam qui teste Gal. *Comment. 1 lib. 1 de Morb Vulg. Hip.* semper solet exortus sui comites habere flatus austeriores, pluviasque. Solus September demum serenus, amœnusque exstitit, corrigendis enarratis æstatis inordinationibus peraptus futurus, nisi Solis ab oris nostris recessus ejus caliditatem siccitatẽque pro more suo hebetasset. Maturandis uvis tamen hactenus omnino adhuc crudis austerisque eò usque commodus fuit, ut eas saltem ad aliqualem maturitatis gradum perduxerit; quamvis longè non ad eum, qui eis debebatur. Hinc vindemiæ præter modum crudæ, & acerbæ: consequenter vina omphacino potiùs, quàm gustuoso sapore prædita. Id quod quidem intellectum volo etiam de alijs autumnalibus fructibus juxta Hip. illud de *Aëre; loc. & aq. Fructus, qui illic* (id est in locis aquosis) *nascuntur, sunt evirati, imperfectique ex multitudine aquarum: nèque unquam maturescunt.* Vigesiinã tertiã Sept. Solis corpus fuit catenus ecliplatum, ut die aliàs serenissimã, lucidissimãque ab horã 9. matutinã ultra bihorium aura fuerit instar crepusculi,

vel potius imminentis terribilissimæ tempestatis obscurata.

§. XL. Corporum humanorum valetudo interea tamen usque ad dimidium æstatis, id est usque ad Festum S. Laurentij, & assumptionem B. Virginis utcunque substitit, ex morbis non tam epidemicis, quàm sporadicis Medicis negotium facessentibus, néque eis singulariter periculosis: ab eo tempore autem ex insperato tanta malignarum, communiter morbillaceis maculis stipatarum febrium phalanx in specie in iuvenilem intra 25 videlicet, & 35 aut 40. annum comprehensam ætatem, & sexum potius virilem, quàm muliebrem irruerat, ut plurimos eorum quasi unâ eadempue die in lectum conjecerit: paucis post diebus verò non eorum paucos cum maxima nondum ægroantium consternatione metúque planè è medio sustulerit.

§. XLI. Invasio verò accidebat comuniter cum rigore, & eum consecuto æstu febrili, capitis gravativo dolore, præcordiorum compressione, & lassitudine totius ineffabili, pulsu interea, & quandoque etiam urinâ ferè naturaliter constitutis. Quibus mox succedebat oris amaritudo, siccitas, sitis, inquietudo, vigiliæ, alvi fluxus; circa quartum morbi diem etiam difficilis anhelitus: quintâ vel sextâ macularum morbillacearum proruptio, linguæ ariditas, tendinum subsultatio, tremor, delirium, motus convulsivi, Mors. Intercurrerunt sæpe sæpius quidem adhuc alia accidentia; veluti narium hæmorrhagiæ, urinæ suppressiones, vertigines, sudores frigidi & similia: enarrata tamen siuère communiora. Neque singula quibuslibet ægris accidere, sed alijs plura, alijs pauciora: alijs citiùs, alijs tardiùs &c. prout, ista & alia in enarratione particularium casuum distinctiùs referentur. Sed inquirendum priùs in tam diri, & in nostra



hac urbe, imò univerſa provincia juxta Anno elapſo ſ. 28. à nobis dicta ferè inſueti mali originem, cauſavè.

ſ. XLII. Et quidem, quòd febris iſthæc ex genere malignarum fuerit, apparuit ex ſymptomatibus eam comitantibus longè gravioribus, quàm eſſe ſolent in ſimili febre, dum benigna eſt. Non fuiſſe tamen planè peſtilentem, etſi illa ſat multos è medio ſuſtulerit, convincit id, quòd ex eâ laborantibus plures convaluerint, quàm interierint; cui contrarium accidit in febre peſtilentiali. Num ea autem ob communiter ipſi ſupervenire ſolita exanthemata petechialis dicenda fuerit, punctularis, lenticularis, pulicaris, culicaris, miliaris, aut aliter, parùm referre videtur; eò quòd iſthæc curationem non variant. Si tamen ab exanthematum cum alijs effloſcentijs ſimilitudine veniret febrì huic aliqua denominatio attribuenda, ego eam morbillarem, vel morbillos malignos dicendam eſſe cenſerem; eò quòd exanthemata ei ſupervenire ſolita maculas, quas morbillos communiter dicimus, exactiſſimè retulerint, propterea etiam à vulgo ipſo pro talibus habita. Quòd ſi quis verò tamen generaliore nomine, quia punctula quædam præſerebant illæ maculæ, potiùs punctularem fuiſſe nominandam contenderet, aut ob ſimilitudinem, quam ſubinde non tam cum pulicum, quàm cum culicum morſibus cum levi cutis elevatione, aſperitudinevè, nec non pruritu habebant, culicarem: vel denique Rubecolas, quales nos ante biennium in hujus Chronologiæ *Ann. I. ſ. C.* deſcripſimus, ſed malignas; per me liceret; quia, uti dixi, iſta macularum diverſitas curationem re ipſâ non variat; etſi *Zacut. Luſit. lib. 3. præc. admirab. obſ. xcij. & xciv.* febrem punctularem cucurbitulis ſupra emunctoria cum ſcarificatione admotis,

culicularem autem hirudinum ad mariscas applicatorum  
 suctu curaverit. Quia remedia ista his febribus adeò appro-  
 priata non sunt, ut illæ eis solis cedant, alijs autem non: sed  
 solùm sunt remedia inter alia etiam ad tales febres idonea,  
 præsertim in casibus magis deploratis. Cæterùm verò legi-  
 tima harum febrium curatio alia non est, quàm aliarum qua-  
 rumcùnque malignarum. Num autem vulgari petechiarum  
 nomine potiùs fuerint (quemadmodum communiter fuere)  
 insigniendæ maculæ illæ? Ego dubito, quamvis & hoc ip-  
 sum nomen à multis pro generico, & quibuscunque exen-  
 thematibus non elevatis communi habeatur: Si similitudo  
 tamen, uti dixi, est respicienda, Ego etiamnum cenleo ma-  
 culas illas potiùs pro veris morbillis, sed ijs malignis, fuisse  
 habendas, quàm pro quo alio; eò quòd easdem ex affe re-  
 tulerint; etsi subinde fuerint non nihil minutiores & co-  
 loris adeò diluti, ut vix per transversim inspectæ potuerint  
 animadverti; febrim autem, cujus illæ fuere symptoma,  
 morbillarem. Petechias autem nominarem cum vulgo ma-  
 culas illas purpureas, & ob saturatiorem rubedinem schar-  
 latinas dictas, quales quidem & hâc æstate apud quosdam  
 ex nostris ægrotis observavimus, sed valde rarò; commu-  
 niter autem apud omnes morbillaceas, subinde nonnihil,  
 præsertim in facie, elevatas instar Rubeolarum, seu pulicari-  
 um morsuum; quæ successivè, & malo in interitum ruen-  
 te communiter flavescabant, livescébantue, cutémque  
 adeò variegabant, ut illa instar virgis acerrimè cæcæ appa-  
 ruerit. Adeò raræ autem apud nos inter adultos fuere usq;  
 in hanc æstatem dictis stigmatibus signatæ febres, ut ab  
 exercitatissimis quibusdam ex nostris Medicis in principio  
 fuerint pro securissimis habitæ. Quid ex verò subinde

valeant , addidiceram ego adhuc ante annos apud illustriſſimam L. B. de Rueſſenſtain , & ejuſdem binas proles , quarum illa quidem ægrè , anhelitu ante eruptionem macularum ferè uſque ad ſuffocationem intercepto evaſerat , iſtæ autem intra triduum , quatríduumve interierant. Item apud Illuſtriſſimam Dinzliam , & Bainachthium Cainburgenſem Judicem , quorum illa eam demum poſt 20 diem ſuperaverat , hic autem 9 à decubitu die unà cum Chirurgo ſub veſicatoriorum applicatione à ſe infecto interierat. Et ex poſt apud plures: veluti elapſo anno apud Poëtam ſ. *XCVII.* memoratum : hoc anno apud Organarij ſocium ſ. *XII.* inductum , & alios. Malignitas autem , benignitasve venit cum Argenterio & *Vallef.* qui morbum malignum eſſe dicunt , *qui ſeviora infert ſhymptomata, quàm pro ratione propriæ eſſentiæ conveniat* , ex ſymptomatum gravitate benignitateve deſumenda.

ſ. *XLIII.* Vnde autem tanta mali atrocitas? vel exinde arduum accidit conjicere , quòd *Hip. Galen. Valeſ. Martian. Montan. & alij Epidemiorum Hip. Commentatores omnes* uno ore clamitent ſimilium Epidemicorum affectuum cauſam in ære potiùs , utpote omnibus iuxta Primo Anno dicta ad luſtentandam vitam omnino neceſſario , eſſe quaerendam , quàm alibi : dum tamen ærem ſub graſſatione allegatæ noſtræ epidemiæ paulò ante aſſervimus fuiſſe temperatum , & veluti vernum : adeoque de ſe teſte *Hip. ſalubrem* : ergo non in eo , ſed alibi oportebit tantæ atrocitatis cauſam quaerere. Verùm enim verò : concedo Ego Hippocratem & alios ſimilium malorum cauſas omnino communiter ( ſubinde enim etiam in alijs rebus non naturalibus ) in ære utpote omnium animantium communi vi.

tæ cibo, esse quærendas censuisse: concedo etiam ærem sub grassatione dictæ epidemiæ usque ad eò ( nisi quòd æstati secundum se conveniens non fuerit ) culpabilem non fuisse: sed sciendum simul est, Hippocratem, & alios classicios authores in similibus casibus non tam ad præsentis, quàm potius, ad præteritorum temporum vitiosas constitutiones attendere solitos fuisse, & inde actu grassantium epidemiarum causas derivasse: veluti id manifestè colligere licet ex ipso Hip. 3 aph. 13 ubi dicit: *Si verò æstas sicca & aquilonia fuerit, autumnus autem pluviosus, & australis, capitis dolores ad hyemem fiunt, & tusses &c. Ad hyemem dicit, & non æstatem, aut autumnum, quæ tempora tamen vitiosè constituta fuere.* Similiter in *Lib. 1. Epid. sect. 1.* non in *autumno*, mox ac in *Thaso*. Insulâ pessima illa, quam ibidem pluribus enarrat, æris intemperies inceperat, neque in *hyeme*, quâ ea duraverat, sed primò in *vere* quibusdam obortas fuisse *febres &c.* Et tandem *sect. 2. & alibi: Quum autem totus annus esset humidus & frigidus, & aquilonius, per hyemem plerumque sano modo degebant: ante ver autem multi quidem: & plurimi morbidè degebant &c. Ante Ver* dicit, non autem *autumno*, aut *hyeme* antecedente, etsi sub utraque prava illa æris constitutio viguerit. Imò dicit *hyeme plerosque*, & *vere* multos sano modo degisse. Transeat igitur quòd clapsa æstas, sub qua epidemica illæ febres ad eò immaniter grassatæ fuere, ad eò malè quoad æris temperiem constituta non fuisset; ad inculpandum ærem tamen sufficiet, quòd antecessa tempora fuerint tantò deterius constituta. Nuncquid autem talia fuere? dum juxta relata *Ver* per totum fuit *varium*: nunc *austrinum*, nunc *aquilonium*, maximâ sui parte etiam aut *nubilum* aut *pluvium*

ofum. Hyems autem paulò post suum ingressum austri-  
na, & veluti tepida, nubila, & pluviosa, postea autem a-  
quilonia; prægressa tempora, imò integri anni jugiter va-  
riabiles, & vel ipsis etiam æstatibus frigidi, & pluviosi. Ut  
taceam tot repentinas & illas graves in eis factas de cali-  
do in frigidum, quod tamen pro pessimo habuit *lib. 1. e-  
pid. sect. 2.* in Thalo insula Hip. mutationes, tempestates,  
Terræ Motus, Solis Lunæque Eclipses, & similia: quæ  
singula numquid âerem alterauêre plurimum, consequenter  
humana corpora eo mediante ad pessimas quasque ægri-  
tudines, adeoque & ad memoratam epidemiam disposu-  
êre? Numquid (ne ad anteriora recurram) austri paulò  
post ingressum hyemis exorti, in bonam januarij partem  
protracti, & auram ad teporem usque (quod tamen hye-  
mi inconvenientissimum) excalescentes cutis in corpori-  
bus poros non solùm nimium quantum aperuerant, verùm  
& putredinosissimis humiditatibus repleverant? quas ejus  
loco, quòd absumere debuisset subsequens aquilonium  
tempus, eisdem poros cutis obserando, insensibilemq;  
earundem humiditatum transpirationem impediendo poti-  
ùs, ne dicam auxit, retinuit, altiùs in viscerum abdita cõ-  
egit, & veluti, ut cum *Montano in Coment. ad lib. 1. Epid.  
Hip.* loquar, incuneavit. Numquid subsequens ver per  
totum varium inæquale, & maxima ex parte nubilum,  
aut planè pluviosum easdem iam dictas humiditates non  
solùm non magis absumpsit, verùm potiùs quàm austrinum,  
nubilum, & pluviosum eodem, ac hyems, modo auxit;  
quàm non rarò prætereà etiam aquilonium, similiter altiùs  
adegit? unde obstructions, calidi nativi jam suffocatio-  
nes, jam nimix resolutiones, fermentorum, quibus me-  
di-

diantibus assumptorum coctiones fiunt, bonique à malo secretiones, enervationes, spirituum incrassationes, putredines, & mille talia in descriptione vernæ constitutionis pluribus enarrata. Quibus si saltem ætas subsecuta fuisset sibi connaturalis, sicca videlicet, & calida, omninò fortè potuisset istas humiditates ita concoxisse, discussissèque, ut eæ ultra in hyemis, & veris constitutione enarrata mala facilè aliorum deteriorum causa evadere non valuissent: quòd verò neque ista fuerit talis, qualem fuisse oportuisset; secus esse non potuit, quàm quòd memoratæ corpora inundantes humiditates ab ipsa non solùm non fuerint concoctæ discussæ; verùm potiùs per frequenter intercurrentes, sæpe etiam largas, & per plures dies protractas pluvias auctæ, consequenter adhuc majorum malorum fabricatrices. Verbo, si taliter, tantòque tempore consequenter fuere in corporibus inundata omnia, obstructa omnia; quis non concipit inde calorem nativum, utpote à tot humiditatibus obrutum, & à sibi debita eventilatione præditum sua munia non nisi defectuolè debuisse obivisse? ventriculum ob nimis dilutum, & aliter vitiatum degestivum fermentum non nisi vitiolè chylicasse: cor & ab eo protensa languifera vasa (liquidem juxta commune axioma *prima concoctio non corrigitur per secundam*) non nisi pravè sanguificasse: lienem massam languineam omnis generis inimicis particulis saturatissimam, non nisi insufficienter volatilizasse: hepar bilem, pancreas suum succum pancreaticum dictum, & reliquas glandulas, ductusque lymphaticos suam lympham pro suo debito non secrevisse? & sic de reliquis naturæ actionibus. Quibus taliter constitutis, quale mirum? si languinea massa per accessionem omnis generis vitiosis.

simorum, & secum omnino impermiscibilium depravati chyli & aliorum humorum aliàs per suas singulares vias excernendorum, in tam perversa corporum œconomia autem retentorum recrementorum saltem in aliunde morbosius constitutis demum fuerit eâ ratione vitiata, & corrupta, ut prius quidem in leviores saltem, benignioresque illas indispositiones, quas præterlapsâ hyeme, Vere, & usq; circiter ad dimidium æstatis grassatas fuisse asseruimus, eruperit: ultimatim verò in graviores, & planè malignas, qualis fuit rectè prius descripta febris morbillaris: præsertim quòd memoratis istis pessimis æris constitutionibus per plurimum temporis protractis præterea etiam accesserint diversi terræ motus, & non solum Lunæ, verùm & Solis horridissimæ Eclipses: præsertim Terræ Motus ille, qui in Februario fuit Metlingæ, & in circumjacentibus locis cum incredibili exhorrescentia observatus; utpote cujus violentiâ turre, templa, arces, & alia fortissima ædificia decussa, incolæ læsi, aut planè occisi, forum Metlingense, quod per totum petrosum, in notabiles rimas divulsum, & terra præsertim in Werlok unicâ horulâ itineris Methlingâ distante loco in ingentes voragines excavata, & Eclipsis illa Solis juxta dicta in Septembri cum universalis hominum obstupescencia conspecta &c.

X L I V. Est verùm quidem neque Terræ motibus, neque Eclipsibus similes effectus temper cum fundamento imputari posse; eò quòd tales elapsis annis habuerimus frequentissimas, absque eo tamen, quòd quicquam tale apud homines sive hîc, sive alibi observaverimus: quòd ad eas verò tamen, præcipuè ad Terræ Motus sæpius consecuta fuisse talia adnotaverint Alij in specie *Kircherus in Scru-*

*tinio suo de peste*, & id etiam ratio ipsa convincat; utpote quâ novimus Terræ Motus à subterraneis flatibus concitari: hos autem saltem subinde à vitiosissimorum, humanæque naturæ nocentissimorum subterraneorum corporum fermentatione, alteratione, incensionéque: qui sub terræ concussionibus in apricum erumpentes eâdem labe âerem inquinant; âer autem ab hominibus inspiratione attractus, & per cutis poros admissus vitales spiritus, sanguinémque juxta Kircherianum illud citato libro *sect. 1. cap. 3. S. II. quoniam natura in perpetua alterationum machinatione versatur, fit nonnunquam, ut vel per Terræ Motus, vel intimarum partium igne subterraneo depravatarum novam & exoticam genesis âer abditus corruptionis veneno prægnans per poros terrarum tractus, montiumq; rimas exspiratus tandem suprapositæ sibi regionis âerem purum quisquilijs suis inficiat, atque hoc pacto fundet veneni concepti longè, latèque propagandi seminarium.* Quòd inquam Terræ Motus iam dicto modo subinde evadant gravissimarum humanorum corporum indispositionum causa? cur non suspicemur eosdem, præsertim Metlingensem illum, utpote omnibus, quorum recordamur, longè graviozem, quoque ad excitandam nostram epidemiam aliquid contulisse, rationem non video.

**XLV.** Neque refert, quod dicta Epidemia primò potiùs hîc Labaci, quàm Metlingæ inceperit: & sumâ æstate potiùs, quàm mox ad illum Terræ Motum. Aura siquidem Metlingensis Labacensi de se salubrior est, adeoque quibuscunque morboris impressionibus adèd non obnoxia: miasmata illa, seu vitiosa subterraneorum corporum effluvia terræ concussionem explosa etiam in dissitum fortè à



vehementioribus ventis, vel ipso illo impetu copiosius delata, quàm in vicinia detenta poterant majorem impressionem ibidem, volo dicere, rectè hîc Labaci, quàm Metlingæ, aut ejus viciniâ facere. Ratione temporis autem, potest benè esse, quòd aër nominatis morboſis effluvijs fuerit mox à Terræ motu infectus; non ediderat tamen suam malitiam adedò advertibiliter, nisi primò in æstate; eò quòd per se sufficiens ad talem effectum edendum ( nisi apud rarissimos quospiam ex alijs causis ad recipiendam talem impressionem dispositissimos, quos propterea etiam priùs infectos fuisse suo loco meminimus ) tamdiu non fuerit, quamdiu ei non accesserant vernæ, & æstivæ aëris intemperies, victûs inordinationes, & similia.

§. XLVI. Vtrum autem, ( ut & hoc istâ occasione discutiamus ) Terræ motus sint communiter, prouti id ita cum vulgo nostro vult in Eph. Nat. Cur. dec. 2 An. 9. obs. 226. Thalnitſcherus, secururæ fertilitatis prænunciij? Ego vel ex eo dubito, quòd à quo toties horrendis istis, & in juventute mea planè insuetis terræ concussionibus terrefieri incœpimus, planè insolitas annonæ caritates perpeti cogamur: nisi easdem potiùs causæ supernaturali juxta *Levit.* 26. quàm naturali imputare malimus?

§. XLVII. Planè idem ipsùm, quod nunc de Terræ motibus, etiam de Eclipsibus, quantum præsentem materiam concernit, dicendum arbitror: videlicet neque eas genericè loquendo, in causandis malignis epidemijs speciale quid posse, vel saltem speciale quid ad nostrâ epidemiam contulisse Septembris illam, et si nostris in oris, quantum recordor, omnium terribilissimam: eò, quòd ferè non sit annus, in quo earum plures non minùs in Sole, quàm in luna non accide-

rent; speciale nocumentū eas consequi solere tamē non animadvertimus; neque animadvertimus consecutum fuisse ad memoratam 23 Septembris observatam. Ægri siquidē nostri, quorum tamen periculosissimē tunc decumbentium bonum numerum curandum habuimus, nullam propterea specialem mutationem præstulerunt, secus ac Mutinæ Anno 1693 21. Jan. ubi sub nocte factâ lunari Eclipsi plurimos ægrotos interijisse observavit Amicus & Collega meus singularis *Bernardinus Ramazinus* antehac Mutinensis Practicus dexterimus, nunc autem Patavij Med. Professor publicus. Interierant quidem postridie eorum duo: ast qui aliàs iam ab antecedenti eò redacti fuere, ut alium assequi exitum non valuerint, nisi talem. Experientiam istam secundat ratio. Quā enim ratione illæ aliàs adeò nocivæ esse possent, nisi quatenus solares maximæ in vivificandis cunctis viventibus energiz radios, quò in regiones, quibus illæ visibiles sunt, minùs copiosi influant, impediunt? atqui hâc ratione adeò multùm obesse non posse videntur; eò quòd radios illos solùm saltem ex parte, & non integrè intercipiunt; neque diu, sed de ordinario ad summum per unam aut alteram horam; tam citò autem eæ adeò magnum nocumentum corporibus imprimere non posse videntur, præsertim aëre adhuc à priori utcunque sufficientibus Solis particulis saturato: ergo Eclipses saltem Solis ad introducendas malignas epidemias, in genere loquendo, adeò multùm conferre non posse videntur. Id quod ipsum puta cum vigorosiore ratione etiam de Lunæ Eclipsibus. Etsi quantum Luna de se in sublunaria possit, non ignorem. Quòd tamen contrarium se expertos fuisse testentur gravissimi, & maximæ fidei Viri *Kircherus, Casius, Fritschius* paulò antè laudatus *Ramazinus* &c.

non possum eis omninò fidem derogare, sed demum permittere, quòd omnino & ex subinde ad tales Epidemias ex quacunque demum causa quid conferant, Septembris illam à me adductam tamen similiter quid tale fecisse ad nostram epidemiam, uti dixi, me illud dubitare facit, quòd ægri tunc decumbentes nullam exinde notabilem mutationem senserint, neque epidemia illa deterior fuisse post eam facta fuit observata, quàm ante eam, sed potiùs benignior: prouti id ex in autumno dicendis patebit.

§. XLVIII. Utrum autem Eclipses quid plùs in pejo-  
randis alijs rebus valeant; satis puta, fructibus arboreis, viti-  
bus &c. me expertiores edicturi sunt. De ea saltem, quæ  
23. Septembr. acciderat, etsi fuerit adeò rara, ut eam adhuc  
suo tempore talem, & in specie Romano Statui ominosam  
futuram prædixerit *Comes Fliscus in Tract. suo de Fato & anni  
fatal.* Ego cum veritate quid singulare enarrare non va-  
leo; multò minùs de eis, quæ minores elapsis annis à me  
conspicte fuere; nisi omnem sinistram effectum, qui ea-  
rundem apparitionem consecutus est, temerè eis imputare  
velim; quod verò esset nimis absurdum. Hinc ridebam ad  
eorum lepiditatem, qui omnia edulia, aquam & quidquid,  
per aliquot dies sibi necessarium futurum existimabant, pri-  
die domibus inferri curaverant, & conclusis omnibus fe-  
nestris, portis, & rimis, ne ea fortè ab infecto illo ab Eclipsi  
aëre contaminarentur, & assumpta eadem labe simul & se in-  
ficerent, ab externi aëris accessu præservârant. Multò mi-  
nùs autem illi ipsi sese externæ auræ concediderant: quin  
imò aliquot eorum sese planè ad lectum posuerant, ibidem-  
que ultra caput cooperti usque in posterâ diem, suâ opinio-  
ne taliter adhuc tutiores futuri, hæserant. Dum alijs meo

judicio prudentiores intereà non solùm publicas plateas absque scrupulo perambulare, sed & Solis constitutionem varijs instrumentis partim in domibus, partim etiam in elatioribus colliculis citra ullum incommodum contemplari visi fuère. Querebantur quidem eorum quipiam, sibi caput inde, visumque fuisse ad tempus quodammodo obfuscatum; verùm, meo judicio, id ipsis potiùs ex dissipatione spirituum à fixo illo in Solis corpus, aut in aquas ejus lumine irradiatas facto intuitu, quàm à quopiam alio, acciderat &c. Atque adcò, meâ saltem opinione, serè indubium evadit Eclipses saltem ordinarias, & univertum Solem non coequentes, multò adhuc minùs lunares, de ordinario considerabile quid in aërem non valere; consequenter neque ad nostram epidemiam tale quid contulisse: quidquid dicant contrarium opinantes. Et profectò, si quid tale ex eis metuendum unquam observasset Hippocrates, de eo cavendo certè saltem eo in loco, ubi in Solstitijs, æquinoctijs, & alijs magnis astrorum & inde temporum mutationibus curationes difficiles esse asservit, Medicos admonuisset: Quòd eas verò planè prætermisserit; credendum est, tale quid ex earum apparitione non esse metuendum eum censuisse.

§. XLIX. Quidnam autem Astra? nescio quid dicam; utpote Astronomiam usque adcò non edoctus: polere ea tamen in aëre alterando plùs, quàm Eclipses vel ex eo mihi persuadeo, quòd eorum corpora non minùs habeant sua effluvia, quàm alia quæcùnque sublunaria: quòd si proptereà quandòque ea, ut cum Athanasio Kircherò libro citato *cap. XI. s. III.* loquar ægrotare contingat, quid nî & eorum effluvia morbosa evadent? consequenter morbosa suâ qualitate aërem, & eo mediante homines, & reliqua

liqua sublunaria inficient : prouti in specie de Sole id demonstrat citato loco laudatus Kircherus propterea dignissimus ad quem visendum eatur. Quòd tamen neque graſtante noſtrâ Epidemiâ morbillari , neque ante eam quicquam ſimilium aſtraliùm ægritudinùm ab ullo , quantum ſcio , fuerit obſervatum ; neque ſi obſervatum fuiſſet , nos Labacentes ſolos , ſed univerſam Provinciã , imò & alias regiones contigiffet ; eò perducì non poſſum , ut credam aſtra ſaltem ad memoratam noſtram epidemiã ſpeciale quid contuliſſe. Secùs ac Anno Chriſti 334 , quo Sol ſereno cælo per 17. dies terræ lumen ſuum non oſtendit ! unde bella , fames , & peſtilentia unà cum Conſtantini Cæſaris morte. Aut tempore Juſtiniani Imperatoris , quo teſte apud eundem Kircherum Cedreno Sol inſtar Lunæ ſine radijs triſtiſſimè patientis ad inſtar luxerat : undè paulò poſt conſecuta fuit crudeliſſima illa peſtis , quâ Bizantijs puotidie decem hominum millia concidebant &c. In iſtis ſiquidem , & ſimilibus caſibus manifeſtum nimis fuit ærem ex defectu ſolitæ ſolaris lucis ſingulariter alteratum fuiſſe ; conſequenter & homines cum haurientes : ſecùs autem in noſtro caſu ubi nec in Sole , nec in alijs aſtris quicquam tale fuit obſervatum.

§. L. Aſt & de origine , ſeu cauſis dictæ epidemiæ ſatis : porrò de ſignis ; & quidem ſiquidem de diagnosticis iam ſuperiùs , hîc de prognoſticis.

§. LI. Prognôſis autem fuit , quòd febris hæc inſtar aliarum acutarum incertæ fuerit prædictionis ratione ſalutis , aut mortis : quò tamen per decurſum ( in principio enim eis non fuit fidendum ) benignioribus ſtipabatur ſymptomatibus , tantò feliciùs terminabatur.

2dò Decimum quartum decubitûs diem quidem non facilè transcendebat , subindè tamen, etsi rariùs , ante septimum , subindè & pòst 17. interficiebat : modo solutionis vix unquam existente perfectè critico , sed communiter infido , & per diaphoresin , aut diarrhæam successivo.

3tò Quemadmodum ferè solis ætate intra 25. & 40. annum constitutis & maribus potiùs, quàm fæminis fuit infesta , ita quò robustiores illi fuère , obesiores , coloratiores , adeoque hominum opinione diutiùs victuri, quos ea apprehenderat, tantò certius eisdem interimere solita fuit, ab ætate iunioribus , provectoribusvè uti, & à mulieribus communiter aut non hæreditata, aut feliciter superata.

4tò Quò in sui exortu illa mitior videbatur , pulsu & urinis ferè naturaliter constitutis, tantò per decursum periculosius incrementum sumebat.

5tò Quò copiosiora in extremitatibus protrudebantur exanthemata , tantò copiosiore pollicebantur spem pristinæ recuperandæ valetudinis : sicut econtrà , si ea pauca extremitates deturbabant , copiosa autem interiorius corpus , maius periculum portendebant.

6tò Quò deterioris fuère coloris illa exanthemata, tantò deteriora minitabantur. Hinc omnium securissima fuère purpureæ illæ, & instar scharlati rubentes maculæ ; livescentes econtrà nigrescentesvè pessimæ , & communiter instantis mortis prænunciæ.

7mò Deliria mala quidem , non nimis tamen, dummodo melancholica non fuerint , seu circa seria, qualia sunt studia, æconomia, conscientia, itinerationes &c. occupata. Hinc studijs, curis, & multis animi passionibus deditos communiter interiisse vidimus. Ut adeò & hoc speciali titulo, *Felice qui procul negotijs.*

8vò. Diarrhææ, & narium hæmorrhagiæ, nisi fuere planè profusæ, non admodum nocivæ, uti neque tusses, & phlegmatum excreationes. Convulsiones econtrà pessimi ominis. &c.

S. LII. Nunc demum de curatione ipsa. Quemadmodum autem difficillimum fuit assignare genuinam istius epidemiæ causam, ita non minùs difficile accidebat appositæ ei expugnandæ remedia reperire. Quoniam tamen causam censuerimus fuisse specialem massæ sanguinæ ab aëris non quidem tam tunc, quàm antegressis temporibus existentibus vitiosis constitutionibus primariò dependentem corruptionem, conati fuimus, in ea oppugnanda talibus remedijs procedere, quæ nobis corrigendæ dictæ corruptioni præ alijs aptiora videbantur. Cùmque corruptionem illam nobis persuaserimus constitisse in eo, quòd sanguinea massa plurimis heterogeneis, secum impermiscibilibus, & propterà naturæ humanæ, quæ certâ, & sibi debitâ humorum homogeneitate gaudet, nocentissimis particulis referta fuerit; illa remedia talia esse debere rati sumus, quæ particulas illas quâcunque demum ratione subigere, à sanguine segregare, & è corpore eliminare valerent: quali quidem virtute prædita esse in genere existimabamus præcipitantia quâcunque, & aborbentia, qualia sunt præprimis terrea omnia, ossæaque v. g. *Bolus armen. terra sigil. unicornu fossile, & marinum, antim. diaph. CC. os de corde C. lapis bezoar & naturalis, & sacbitius ille*, qui ab aliquot annis huc ex Goa afferri cæpit proptereà *la pietra di Goa* dictus, *radice torment.* & similia, ex quocunque demum naturæ regno sive vegetabili, sive animali, sive minerali petita: & ex eis composita *theriaca, Mithrid. elect. dia-*

*scord. Frac. pulu. pannon. rub. spec. liberant. de hyacinth. de gemmis, alexipharmacus Sennerti &c.* Purgantia sive per superna, sive per inferna, sed mitiora: qualis *styr. Emetic. Angel. Sale, fol. sen. manna, agaricus, tamarind. tartarus &c.* & ex eis paratæ potiones, pulveres, & quæcunque alia. Item *styr. ros. solut. diasereos &c.* Et tandem diaphoretica, diureticaque, qualia pleraque ex absorbentibus superius enumeratis, partim quâ sale volatili, & propterea diaphoretico simul pollentia, partim, quâ acidum suâ austeritate cutis fibras & poros constringens, & hâc ipsâ ratione diaphoresim prohibens, absorbentia, & alia quæcunque plûs minûs volatilia, quale fuit præprimis *sal. CC. volat. sal. viper. campbor. myrrba &c.* Ex diureticis autem *ocul. 69 ol. scorpion. Matth. succus citr. limon. spir. nitri, vitriol. arcan. duplicatum &c.* Quibus artificiosâ Methodo in usum ductis ( non neglectis oppressum calorem nativum resuscitantibus, & enervatos spiritus vitales reficientibus odoratis, qualis fuit *Aqua cordial. Offic. usitata, aqua rosar. flor. citr. totius citr. borag. spir. rosar. Margar. pp. mosch. ambra conf. Alkerm. de hyacinth. &c.* vidimus pleròque etiam ultra omnem recuperandæ salutis spem detentos feliciter convaluisse. Pleròque dixi, eò, quòd ad quosdam serò nimis vocatiferimus: quidam mandatis nostris non parvère: quidam alijs incurabilibus affectibus v. gr. phtisi à priori suère detenti: quidam denique ob non observatam victûs rationem tantâ vitiosorum humorum saburrâ infarcti, ut eam, priûsqum à morbo superarentur, quibuscunque etiam exquisitissimis remedijs expugnare fuerit impossibile. Procul dubio ad stabilendum divinum illud omnibus mortalibus à Deo sancitum *Job 14 cap. definiti sunt dies hominis, &*



*numerus mensium penes te est : terminos ejus posuisti , quos non præteribit.*

§. L. III. Neque talis effectus fuit citra fundatam rationem consecutus : quoniam enim juxta dicta tali modo vitiosa illa humorum recrementa , seu peregrinæ illæ , & sanguini omnino impermiscibiles particule partim cum vitiato aëre inspiratæ , partim per cutis poros susceptæ , partim etiam , & quidem potissimum , intra corpus ob enarrato modo depravatâs omnes naturæ actiones generatæ ; neque uti oportuisset , ob obstructas vias ex corpore excretæ , quin potius intra idem retentæ , & ad sanguinem regurgitantes , fuere adhuc satis tempestivè à sanguine segregatæ , & planè è corporeeductæ ; aliter evenire nec potuit , nec debuit , quàm quòd omnes naturæ actiones rursus ad se redierint : Ventriculus videlicet depurato à peregrinis illis particulis suo digestivo fermento laudabiliter chylicare ; cor & inde protensa vasa sanguifera inculpatè sanguificare : hepar bilem à sanguine exactè segregare : lien crassiorem adhuc cruorem probè volatilifare : pancreas suum succum more consueto ad intestinum duodenum ablegare : & reliquæ partes sua munia rursus debitè obire cæperint : consequenter pristinus corporibus vigor & valetudo fuerit restituta.

§. LIV. Verùm advertendum venit , memoratis remedijs nos non fuisse cœcè usos , sed circumspèctissimè. Et purgantibus quidem non quibuscunque ; sed mitioribus solum illis , quæ ob blandum operandi modum benigna dicuntur , qualis fuit *manna* , *fol. sen. tamarindi* , *tartarus* & ex cisparata. Item *syrupus ros. solut. diasereos* &c. Neque quocunque morbi tempore ; sed solum duâbus vel tribus primis diebus ; & in illis ægris , apud quos primas vias peccantium

cantium humorum saburrâ magis infarctas conjecturaveramus. Quorum loco tubinde etiam solis clysteribus contenti fuimus. In utroque diaphoreticorum etiam eâ distinctione usi fuimus, ut volatiliora non adhibuerimus, nisi ubi expulsus traditate, & alijs circumstantijs febrem remissiozem, & non tam sulphureas, seu biliosas particulas in sanguine prævalere, quàm acidas & austeras perspexeramus. Ad diuretica non devenimus, nisi dum naturam in excernenda urina negligentiozem advertimus: alias potiùs cum diaphoreticis, utpote eò ducentibus, quò natura potissimùm vergebat, contenti. Ad sanguinis emissionem quidem etiam tubinde devenimus; verùm solum in morbi principio, & tribus primis invasionis diebus, in subjectis plethoricis, aut naturalis cujusciam sanguinis excretionis obstructionem patientibus, & in febre intensiùs urgente: quamvis de ejus utilitate tanta prædicare nequeamus, quanta de præmemoratis: eò, quòd plures restitutos recordemur, apud quos & sanguinis aderat ad oculos abundantia, & febris erat intensa; & tamen ex eò, quòd morbi principium, priusquam medico consilio fuissent usi, præterlapsum jam fuerit, aut exanthemata protrusa jam fuerint, sanguinem nunquam imminuerant.

§. LV. Devenimus communiter adhuc ad alia, sed quæ potiùs symptomata, quàm morbum ipsum, aut ejus causam respiciebant; De quorum utroque in particularium historiarum enarratione.

§. LVI. Formosa 20 annorum, sanguinei temperamenti, & propterea laudabilis corporis habitus virgo jam in nonum diem in continuis æstibus decubuerat, alijs malis accidentibus eò usque alias non adeò intoleranter torta, & propte-

propterea ad implorandum medicum consilium non compulta ; postquam autem elapsam noctem ob exacerbatum hætenus aliàs tolerabilem febrilem æstum insomnem transegiſſet, cum capitis dolore, siti, & oris siccitate, demum me accersiri coacta fuit, qui deprehendens pulsum valde concitatum, corpus sanguine abundans, vires utcunque constantes & percipiens jam aliquoties catamenia diminutè fluxisse, etsi morbus jam utcunque procul progressus fuerit, suaseram, ut ipsi quatuor sang. uncix mox ex pedis saphœna extraherentur. Et ecce mox à prandijs, dum eam reviterem, deprehenderam eam facie, brachijs, & consequenter reliquo corpore morbillaceis illis maculis, quas superiùs Rubéolas vocavimus, in facie manifestè elevatis perspersam. Ad quod jam tam tardè inexpectatum phœnomenon quidem exhorrueram nonnihil metuens, ne fortè bonâ fide celebrata venæ sectio ulteriori exanthematum expulsionì quid obeslet. Postquam ægræ verò ad secundandum ad extravergentis naturæ motum juxta in Intric. Extric. nostro Med. part. 2. c. 2. traditam doctrinam ex aqua card. bened. istum pulverem propinâſsem :

℞. Pulv. pannon. rub.

℥℥. phil. pp. aa. scrup. ß.

lap. bezoard. or. gr. ij.

myrrb. rub. gr. j. M. F. pulv.

Sig. Austreibendes Pulverl auff 1. mahl.

Illaque desuper ferè totâ nocte toleranter sudâſſet, sequenti mane redux deprehendi non solùm adhuc copiosiora toto corpore fuisse protrusa exanthemata, sed & ægram ipsam nonnihil excitatiorem. Author propterea fui, ut ejusdem pulveris sumptionem adhuc ulteriùs continuaret, prætereâ,

que pro virium refocillatione subinde cochleatim de tali mixtura cardiaca forbillaret :

℞. Aq. cord. temp. unc. iijß.  
 scorzon. unc. j.  
 conf. alchem. inc.  
 margar. pp. aa. scrup. j.  
 coral. rub. pp.  
 unicorn. mar. aa. scrup. ß  
 sacch. perl. ziß.  
 fol. (·) non j. M.

Sig. Krafft-Wasser Löffel-weiß zu geben.

Quod cum fecisset tribus matutinis consequenter ægra, vitatâ ab extra cane & angue pejus omni corporis perfrigeratione, non solum omne ex celebrata sanguinis emissione, vel aliunde impendens periculum præcavit, verum sensim rursus discussis exanthematibus se eatenus recollegit, ut se omne interitûs periculum superâsse 14 decubitûs die elevatis cælum versus brachijs ipsa exclamârit.

§. LVII. Tricenarius circiter, pichrocolus, & propterea non usque adeò laudabilis corporis habitûs, frequentibusque indispositionibus obnoxius Georgianam domum incolens Sartor post diuturnam in æstivo Sole moram, & multam corporis in excolendo tuo agro defatigationem ex inexpectato in totius corporis rigorem, & desuper febrilem æstum inciderat, cum insigni virium debilitate, capitis dolore, siti, tussi, & vigilijs. Ad eum mox postridie invasionis vocatus, sualeram, ut is citra moram pro everrendis saltem primis vijs *Aquæ laxat. Managet. unc. V cum flor. nitri gr. iij.* ebiberet : postridie autem ex manûs dextræ cephalicâ solito angustius incisâ emitteret sanguinis unc. iij. próque

próque præter naturam bullientis sanguinis sufflaminatio-  
ne ex aqua boraginis assumeret talem pulvisculum :

℞. *Spec. diamarg. frig. scrup. β.*

*Arcan. dupl. Mynj.*

*antim. diaph.*

*ocul. 69 pp. aa. gr. v. M. F. pulu.*

**Sig. Herzthüessendes Perl-Pulverl auff 1 mahl.**

Id quod quidem etiam diligenter executus fuit ille :  
quòd eò verò tamen non obstante persisteret febrilis ille ca-  
lor , imò intendi videretur ; adstantes venæ sectionis irera-  
tionem urgere occæperant : ego verò in corpore adeò ex-  
hausto reprobare : quantumcunque verò obstiterim , nisi  
me publicæ vetularum detractio- ni exponere voluerim , de-  
bui saltem pro forma , & ad satisfaciendum instantibus ex  
sublingualibus unciam circiter unam & levis sanguinis extra-  
hi curare. Ex quo caput quidem videbatur ægro non ni-  
hil alleviatum , reliquum corpus verò tamen nihil. Ut adeò  
necessè fuerit nos in alijs subsidium quærere. Jussus prop-  
tereà æger, ulterius prælaudatos pulvisculos mane & vesperi  
continuarè : pro refocillatione virium subinde unum aut  
alterum Cochlear de priore §. descriptâ misturâ cordiali as-  
sumere , & pro mitiganda tussi , & facilitanda expectorati-  
one pulveri semper superbibere vitrellum tres circiter uncias  
capiens de tali pectorali potione.

℞. *Decocti pector lib. ij*

*Syr. de alt. fern. unc. ij β.*

*Papav. er. unc. β*

*Spir. sulph. gt. iij M. F. potio.*

**Sig. Brust-Trank auff mehr mahlen.**

Vrgente tussi etiam subinde accipere unum alterum-

vé trohiscum becchicum. Et etiãsi ægrè se intereã habuisset æger, & fermè obsurduisset, nonã decubitûs die tamen prorumpente largo totius corporis sudore, & cum consecutã sponteã itidem largã alui solutione is adẽ sublevari cæperat, ut posteã intra paucos dies omnino se re-collegerit. *Quibus videlicet per febres aures obsunduerint, ijs sanguis è naribus prefluens, aut perturbata alvus morbum solvit. Hip. 4. apb. 60.* Sed ambos istos plurium aliorum loco pro exemplo inductos saltem benigniûs febricitãsse nemo non perspicit: proptereãque etiam adẽ multis remedijs non indiguiffe. Ex inde tamen mirari licet, quã astutẽ istã malignitates suum principium assumpserint: quotquot siquidem seriûs in meam curam venire accidit, omnes periculosiûs, multi etiam lethaliter decubuẽre. Id quod quidem etiam in postrema viennensi peste Anno 1679. fuit observatum. Illa ipsa siquidem plûs quã medio anno priûs hinc & inde aliquem sub specie saltem malignæ febris è medio sustulerat, donec tandem depositã istã larvã sub veræ pestis forma in omnes æqualiter, & sine ulla discretionẽ lævire cæperat juxta Horat. illud:

*Mors æquo pede pulsat  
Pauperum tabernas,  
Regumque turres.*

§. LVIII. Solennis aliãs inter Practicos quæstio est, num in malignis sanguinem mittere expediat, nec non? plurimis eorum pro affirmativa, multis econtrã pro negativa stantibus: prouti Ego pluribus de eo in *Intric. Extric. Medico part. 2. cap. 2.* Quodd eundem Ego verò tamen, & quidem tam tardè jam, nonã videlicet morbi die, in adductã virgine miserim, motiium fuẽre catamenia imminutẽ fluen-

fluentia, plethora, urgens febris, & virium vigor. Quòd verò missio illa (quod tamen communiter metuitur) exanthematum protrusioni nil obsuerit, imò profuerit; ratio videtur, quòd ante sanguinis detractionem vasa sanguifera fuerint catenus repleta, ut in eis spiritus vitales sanguini in-existentes non potuerint sese satis expandere, & sanguinem à particulis illis heterogeneis eundem vitiantibus liberare: postquam verò per missionem sanguinis repletio illa valorum sanguiferorum nonnihil fuit imminuta, spiritus vitales nacto ampliore spatio liberius sese expanderunt, particulâsque illas adeò exagitârunt, ut demum heterogeneâ, & præternaturales, utpote figuris cum homogeneis, seu naturalibus non convenientes fuerint ab eis segregatâ, & partim cum sudore excretâ, partim in cutis poris sub morbillacearum macularum specie depositâ: consequenter nimia illa febrilis massæ sanguineæ ebullitio, seu particularum eam constituentium p. n. exagitatio consopita, & ægra pristinæ valetudini restituta.

5. LIX. Exanthematum siquidem, & quarumcûnque heterogenearum sanguineam massam vitiantium particularum segregatio, & consequenter excretio aliter accidere non videtur, quàm quatenus spiritus vitales sanguini in-existentes (vera & unica omnium naturalium in corporibus actionum causa) sanguineam massam & eam sive secundum naturam constituentes, sive aliunde ei advenientes, & præter naturam admistas particulas elasticâ suâ virtute eousque exagitant, donec homogeneâ ob figuræ similitudinem sibi uniuntur, heterogeneâ autem ab eis ob figuræ diversitatem sejunguntur, talitèrque sejunctâ postmodum in à natura ad id destinatis excretorijs vijs planè è corpore eliminantur: in

renibus puta per urinarios ductus cum urina: in glandulis subcutaneis per cutis poros cum sudore aut insensibili transpiratione: in hepate per Cholidochum & biliosos ductus cum bile: in pancreate per canalem pancreaticum ab inventore ejus Virsungianum dictum, cum succo pancreatico: in intestinis per glandulas intestinales & demum per alvum cum alvinis fœcibus: in sedalibus venis cum cruore hæmorrhoidali per referatas venas hæmorrhoidales: in ore per ductus salivales cum saliva: in naribus per glandulas nares interiùs obtegenti membranæ substratas cum muco: in ventriculo cum vomitu reiiciendis per œsophagum &c. unde criticæ illæ diarrhææ, diaphoreses, diabetes, ptyalismus, nazium hæmorrhagiæ, hæmorrhoidum, & uteri profluvia, vomitiones, abscessus &c. ad quorum exortum, si fidæ sunt, id est universas sanguinem vitiantes particulas integrè exhaurientes, non rarò videmus consequi salutares gravissimorum morborum solutiones. Si autem infidæ sunt, seu universas sanguinem vitiantes particulas integrè non exhaurientes, saltem eorundem morborum notabiles imminutiones. Quòd si igitur in iaducta virgine vasa languifera fuere catenus repleta, ut spiritus vitales sanguini inexistentes vim suam elasticam in memoratas sanguineam massam quocunque modo constituentes particulas ritè exserere non valuerint, priusquam repletio illa fuit per sanguinis emissionem imminuta; quæ aliter fieri potuit, quàm, quòd emissio illa sanguinis exanthematum, & cum eis particularum sanguinem vitiantium protrusioni potiùs profuerit, quàm obfuerit? unde quidem venæ sectionis in similibus casibus non solum commoditas, sed etiam necessitas luce meridianâ clariùs apparet: quidquid contra eam luctetur cum suis affectis aliàs sagacil.



sagacissimus Helmontius. Quòd sanguinis ista emissio verò fuerit tam tardè celebrata ; fecit, quòd ego ad ægram non fuerim priùs accersitus ; lecùs ea procul dubio rationaliùs fuisset primis invasionis diebus administrata. Allegatæ rationes verò mihi tamen sufficientes videbantur ad eandem etiam jam tam tardè instituendam. Quòd aliàs, præsertim in majoribus malignitatibus , est cum maximâ circumspèctione practicandum.

5. LX. Num sanguinis emissio verò pari jure fuerit in pichrocolo illo Sartore celebrata ; majoris ambiguitatis esse videtur. Primò siquidem in eo non fuit par , ac in adducta virgine , volorum sanguiferorum repletio. 2dò nulla naturalis alicujus sanguinis evacuationis interceptio. 3tiò Vires fuère ex natura exiles. 4tò. denique jam vetus fuit sententia sanguinem esse frænnum bilis , & propterea eo in biliosis emissio , quò bilis magis efferetur , indéque dependentes febres magis intendantur , occasionem suppeditari. Verùm enim verò :

¶ Ad primum negando suppositum solùm in vasorum sanguiferorum nimis repletionibus sanguinis emissiones celebrari posse : verùm etiam in eis casibus , ubi nimia adest sanguinis ebullitio , & rarefactio , etsi tanta repletio non adsit : quemadmodum ita fuit in memorato Sartore , in quo particulæ sulphuræ seu biliolæ sanguini in nimiam copiam admixtæ , nisi fuissent per sanguinis emissionem in tantum quantum imminutæ , fortè à spiritu vitali sanguini inexistente fuissent eatenus exagitatæ , dissolutæque , ut eis disgregatis demum spiritum ipsum , à quo tamen tota vitæ subsistentia , dissolvi , & penitùs avolare accidisset. Duplici siquidem ratione interire videmur : unâ per spiritus vi-

talis resolutionem, alterâ per ejusdem spiritûs suppressionem, seu suffocationem. Illud accidit in casibus jam enarrato similibus, & quibuscunque ardentibus febribus, ubi sanguinis particulæ in nimiam volatilitatem evectæ à spiritu vitali similiter nimium volatilizato eatenus exagitantur, divellunturve, seu rarefiunt, ut spiritum vitalem demum præ nimia tenuitate, volatilitateve dissipari, & avolare sit necessè, & cum eo vitam, animamvè ipsam. Istud autem accidit in nimijs plethoris, seu sanguiferorum vasorum repletionibus. Unde Hippocraticum illud: 1. *apb.* 3. *Athletarum boni habitus ad summum progressi periculosi &c.* Nec non in sanguinis nimijs cruditatibus, incrassationibus, coagulationibus, congrumationibusque; ubi quia ob in nimiam copiâ sanguini admixtas particulas minùs volatiles, crudas, crassas, acidas, austeras, & sanguinem quocunque demum titulo coagulantes sanguis est adeò compactus, ut ab ei inexistente spiritu vitali similiter (teste siquidem Galen. qualis sanguis, talis spiritus) crasso & minùs volatili ejus particulæ pro necessitate exagitari, dissolvi, & volatilizari non valeant, demum necessarium est, spiritum ipsum supprimi, & suffocari, consequenter vitalem flammulam extinguì: quemadmodum tale quid accidit in Cachecticis, hydropicis, hypochondriacis, & subinde malignis febribus citra febris ex pulsu alterato animadversionem detentis: in quibus propterea sanguinis missiones debent aut omnino intermitteri, aut non nisi cum magna circumspèctione celebrari. Veluti in suffocationum ex sanguine sive in corde, sive in pulmonibus præ grumescentiâ stagnante periculo &c.

℞. ad 2dum: Transeat, quòd nulla consueta sanguinis evacuatio fuerit intercepta: adfuit econtrâ alia sanguin. iminuen-  
di

di ratio:ingens scilicet sanguinis ebullitio:quæ subtractâ aliquâ sui quantitate non minùs sufflaminari videtur, quàm sufflaminatur bulliens aqua, vel alius liquor, si sub ipsa bullitione, ejus quidpiâ subtrahatur; cum eo tamen ad propositū discrimine, quòd bulliens aqua, vel alius liquor paulò post rursus in pristinam ebullitionem prorumpat; minimè verò sanguis: eò, quòd sanguini (uti suppono) nulla suppeditetur causa, quæ eundem rursus accenderet, bullientem liquorem verò adjunctus, aut suppositus ignis ad reassumendam rursus priorem effervescentiam cogit: quin imò sanguini, quòd minùs reacendatur, alijs idoneis remedijs intereà obviam itur, in specie acidis, utpote bili, quæ alkalica est, è diametro oppositis: nec non absorbentibus fixioribus, utpote acidum, quod cum alkali sanguinis congregiens ebullitionis illius febrilis est concausa, absorbentibus, & præcipitantibus.

℞. ad tertium, vires quidem fuisse debiles; minimè tamen eatenùs, ut tam paucam sanguinis jacturam perferre non valuissent. Fuit propterea etiam studiò solitò minor incisio facta; ne videlicet eâ majore existente spiritus summè attenuati in nimîâ quantitate, adeoque cum tanta virium dissipatione avolarent: quod in praxi bene notandum: uti & id, ne intalibus subjectis propter eandem rationem sanguinis nimium educatur.

℞. denique ad quartum, sanguinem quidem omnino esse acrium sibi admistorum humorum frænum, adeoque si ille solus relictis illis humoribus educeretur, fore, ut humores illi magis exacerbarentur; verùm nego suppositum in incisione venæ solum sanguinem, seu solas sanguineas particulas evacuari; verùm & biliosas, & qualescunque sanguineæ massæ admistas: & propterea quia in sanguinis emissio-

ne non minùs illæ , quàm sanguineæ educuntur , non video , quí sanguine emisso , eæ reddi possint acriores , aut inde dependentes febres intensiores. Manet igitur memorato Sartori etsi pichrocolo & biliolo non omnino ineptè fuisse sanguinem venâ incisâ emissum , posseque idem iptum practicari etiam in alijs biliosis , dummodo necessitas urgeat , vires permittant , & reliquæ circumstantiæ contentiant. Quòd in alijs verò id tamen à Practicis communiter prohibeatur ; accipiendum est non absolutè : sed si id tardè nimis fiat , in corporibus viribus destitutis , non admodum febricitantibus , aut aliud aliquod contraindicans , prohibensvè conjunctum habentibus. In rebus autem contrario modo constitutis sanguinis missio semper tuta est. Videatur *Intra, Extric. nostrum Medicum.*

§. LXI. Superiùs aliàs , videlicet §. LIX. de ratione , seu modo , quo petechiarum , & aliorum quorumcunque exanthematum excretio succedat , oportuna fuisset differendi occasio : quòd id verò ibidem non admiserit sermonis connexio ; hîc exequendum restat. Succedit ea verò ( meo saltem iudicio ) quatenus sub ibidem inducta sanguineæ massæ omnis generis peregrinis , & naturæ inimicis particulis foetæ à vitalibus spiritibus eidem inexistentibus p. n. exagitatione particulæ illæ peregrinæ , & naturæ inimicæ cùmque homogeneis seu domesticis , naturalitervè sanguineam massam constituentibus particulis figuris non convenientes in cutis , ad quos arteriolarum extremitates exporriguntur , poris depositæ cruoris quid secum abripiunt , & sub extrema cuticula macularum formâ deponunt : si cruoris consistentia non nihil purior est , densiorque , & colore saturatior , sub scharlatinarum illarum , purpurearumvè ,  
 quas

quas in specie petechias esse dicendas, superius asserimus, macularum: si dilutior, sub morbillorum: si denique ætuginosâ, aut planè atrâ bile multum scatens, sub fuscorum, plûs minûs lividorum, vel planè atrorum exanthematum specie: & quidem cum tantò majori grandioris periculi motu, quantò ea colore magis à naturali cruoris probè constituti colore recedunt: qualiter recedunt morbillacea illa, quæ vix per transversim inspecta animadvertuntur, & adhuc magis illa, quæ fusca apparent, maximè denique livida, & atra: scharlatina illa, purpureâve econtrâ minûs. Vtpote colore cum naturali cruoris colore convenientia. Quòd verò tamen accidat subinde etiam livida illa atravè absque interitu transire; quemadmodum id in suis locis adnotavimus; videtur id accidere, non, quòd ea adeò periculosa non sint, sed, quòd criticè excluda, cùmque eis sanguinea massa ab omni præternaturali heterogeneitate exactè repurgata. Id quòd verò tamen perrarò accidit, propterea que ab accurato Medico juxta suo loco dicta semper pro suspectis habenda. Sed rursus ad historias.

§. LXII. Eodem tempore eâdem febre laborabat etiam Rubiæ Cerarij filius: quòd in eo verò se natura per rarium hemorrhagiam, & alui fluxum per se satis cum conferentia & tolerantia exoneraret; alijs usi non fuimus, quàm cardiacis, & idoneâ victûs regulâ. *Naturæ videlicet tum totum permittendum*, teste Galeno 1. apb. 20., cum integrè judicat. Num autem integrè judicet, ex conferentia & tolerantia docente Hip. 1. apb. 2. venit conjiciendum.

§. LXIII. Paucissimis post diebus idem ipsissimum fatum

fatum experiri oportuit etiam Certum Juris Consultum viginti aliquot annorum juvenem sanguineum, obesum, & aliàs utcunque bono corporis habitu præditum. Similiter siquidem & ipse postquam in opiparo quopiam convivio in cibo & potu excessisset, febricitare inceperat cum solitis symptomatis, sed virium longè majore, quàm in principijs Februm aliàs sentiri solet, prostratione, præcordiorum anxietate, capitis obfuscatione, & respirationis gravitate. In subsidium vocatus Ego mox cum gravi, & malignâ, verbotali, qualem paulò antè vix vix superaverat superiùs memoratus Sartor ejusdem Domûs inquilinus, laboraturum; cò quòd similis soleat esse apprehensio istiusmodi februm: conaturum me tamen omni modo, ut eam superet æquè feliciter, ac sartor memoratus, à quo is fortè per contagium infectus fuit. Citrà omnem propterea moram ipsi primas vias *Aquâ laxativâ Manag. cum unc. 1. syr. ros. sol. & nitri perl. gr. iij.* permittâ censebam, innixus doctrinæ Hip. 2 apb. 22 morbos, qui ex repletionem fiunt, evacuatione esse curandos, docet, & 2. aph. 2 ubi incipientibus morbis, si quid movendum videtur, esse movendum vult. Postridie libenter quidem ipse ad venæ sectionem ob plethoram devenissem: dissuadebat eandem econtrâ pulsus non adeò multum à naturali deflectens, & febris non admodum urgens: quòd eam tamen mater consanguineique unicè urgerent, plethora, vires, & reliqua consentirent, in ejusdem celebrationem demum tamen consenseram, sperans spiritus vitales taliter majorem perflationem acquisituros, consequenter adversus sanguinem vitiantia miasmata tantò alacriùs insurrecturos. Fuère propterea ex dextri brachij mediana emissæ sanguinis supernè crudâ pelliculâ obducti

uncia V, ex quibus verò patienti nullum sensibile levamen allatum. Propterea posthac totam optatæ meliorationis spem in alexipharmacis, & exacta diætæ observantia esse ponendam edicebam, ordinabámque eum in finem sequentem pulvisculum bis de die ex aqua scabiolæ assumendum.

℞. pulv. panon. rub. scrup. 1  
 antim. diaph. gr. VII.  
 bezoard. min.  
 nitr. perl. aa gr. iij. M. F. pul.

Sig. Aufstreibendes Pulverl auff 1. mahl.

Nec non sequentem mixturam cardiacam sæpius cochleatim ægro propinandam.

℞. Aq. cord. temp., unc. ijß.  
 scorzon. unc. 1.  
 conf. Aloë. comp. scrup. 1  
 man. Christ. perl. 3iß. CC. pbil. pp.  
 margar. pp. aa scrup. ß.  
 coral. rub. pp.  
 smaragd. pp. aa. gr. V.  
 spir. ros. gr. VII.  
 fol. aur. n. i. M.

Sig. Perl. Wasser Beßl weiß zu geben.

Cumque probabiliter naturam morbillaria, aut pe- techialia, quemadmodum communiter apud alios, 4 aut 5 die protrusuram existimarem; pro ejus motu facilitando ægro ventosas per scapulas, dorsum, brachia, & crura deorsum versus trahi curaveram. Ast quartâ exanthematum loco diarrhæa multis etiam alijs in hoc malo consueta proruperat. Quintâ demum ejus loco expectata exanthema-

morbillicea cum nocte solito inquietiore. Hinc mox adhuc alius à consanguineis Medicus in subsidium advocatus, qui verò sicut exanthematum malignitatem non novit, ea pro simplici sanguinis ebullientis, uti ille dicebat, de spumatione habens; ita ex eis nil speciale esse metuendum consanguineis edixerat: in cura autem tamen esse pergendum cum hactenus usurpatis. Vnde quidem factum, quòd consanguinei ejus prognosi innixi contra meum consilium ægri cum solitis sacramentis provisionem in sequentem, qui sextus morbi erat, diem distulerint: Æger autem adhuc eâ ipsâ nocte in non parvam temerarij Medici illius confusionem in id delirium incidit, ut deserto lecto ultra duas horas solo indusio contactus cubile perambulârit, dumque ab assistentibus ad eum cogeretur, eos pugnis excipiebat. Vnde perfrigeratus (noctes enim jam utcunque algidæ erant) sequente die & porro usque ad interitum, qui octavâ die, non obstantibus quibuscunque remedijs: alexipharmacis puta fixis & volatilibus, cardiacis, ventosis, vesicatorijs, pullorum recenter mactatorum capiti rato ratione delirij applicationibus &c. acciderat, continuato delirio, nunquam in tantum ad sese redierat, ut saltem sacro viatico provideri potuisset. Ubi quidem temeritatem memorati, etsi aliàs non contemnendi, Practici nemo non agnovit. Procul dubio similia exanthemata semper latentis malignitatis signa non sunt; quemadmodum id Ego ipse in antecedentibus aliquoties docui: esse verò tamen sæpe talia, & propterea valde circumspectè tractanda, similiter demonstravi cum aliquot exemplis eo ipso in loco inductis. Ad quæ propterea dictum Medicum advertisse oportuisset, & non cum notabili mei pro tunc confusione, qui contraria prædixeram,



dixeram, quòque æger adhuc eâ die extremis provideretur, uriseram, cuncta securissima promississe. Adèò siquidem teste Paulo de Sorbait in sua *Præc. Med.* fraudulenter procedere solent similes affectus, *ut, dum optima concoctionis exhibent signa, & pulsum laudabilem, ægros de medio tollant: econtra lethiferis quandoque stipata signis naturam, licet prostratissimam, relinquunt victricem.* Hinc in plurimis locis monet Medicos Sydenhaimius, ne in epidemicis affectibus primò grassari incipientibus curandis ullatenus præcipientes sint; sed ab adhibendis remedijs, tamdiu superledeant, usque dum, quò natura cum eorum solutione tendere soleat, experiantur, primis suæ curæ commissis ægrotis etiam discrimen aliquod inde patientibus. Quamvis tamen nostri patientis interitum Ego præter mali feritatem potiùs corporis eâ ipsâ nocte, quâ delirare incæperat, perfrigerationi ab alijs propterea meritò cane & angue pejùs vitandæ, quàm cuiuspiam alteri causæ fuisse adscribendum, censuerim.

§. LXIV. Mercator Italus 20. aliquot annorum temperamenti sanguineo-cholerici sub finem Augusti ex Italia domum redux, ut animum ex Chartifolijs deperdito universo, quòd eo itinere prosperaverat, lucro desolatum exhilararet, lautum convivium unà cum subsecuto saltu instituerat. Et mox postridie febricitavit, alternis tamen, adeoque teste Hip. 4 aph. 43. de se citra periculum, diebus. Post quinque paroxysmos etiam feliciter per me liberatus est. Ast intervenit patriota quispiam suus, nescio, quæ ipsi ab uxore intereà perpetrata, enarrans: & adèò super ea excanduerat Mercator, ut epilepticis convulsionibus prehendus ab eis priùs immunis non evalerit, quàm dum lybitinæ in rapinam cessit. *Multi, inquit Seneca lib. 2 c. 36 conti-*

nuaverunt iræ furorem, nec, quam expulerant mentem, unquam receperunt. Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira. Utrum autem sub hac ipsa feбри non latuerit quidpiam maligni, non ausim dicere. Certum interea tamen est, quoscunque affectus, de se aliàs omni periculo expertes, tempore populariter grassantium epidemiarum communiter aliquid de malignitate illarum epidemiarum participare, adeoque esse solito periculosiores, Medicis que pro suspectioribus esse habendos, sinéque alexipharmacis non tractandos.

§. L XV. Sumrekerus magnæ spei Juris-Consultus adhibitis adhibendis jam totum malum superaverat, exanthematibus vix 21 morbi die integrè discussis: demum verò tamen instar Wagneri, cujus Anno I. hujus nostræ Chronologiæ facta fuit mentio, phthisicus obiit. Unde non immeritò quæri posset? num istud ipsi ex morbo ipso perpeffo acciderit, vel an potius fuerit à priori phthisi affectus. Ad quod verò respondeo Ego, cum quidem jam à priori fuisse pulmonibus læsum, utpote qui totis annis tussitaverat, & difficulter respiraverat: postremum morbum tamen ei tantum interitûs causæ addidisse, ut, qui fortè adhuc per plures annos durare poterat, in florentissima ætate interire debuerit. Præcipitari autem plures in similes pulmonum indispositiones à febribus etiam citra omnem præviam ad tales proclivitatem, aut aliarum causarum interventionem testis est Richardus Morton *lib. 3. suæ phthisiol. cap. xij.* materiâ videlicet per modum alterius abscessûs in pulmonibus depositâ, eòsque corrodeute.

§. LXVI. Per Illustris Juvenis de Siberau eontra eodem tempore, in eadem domo idem malum feliciter superaverat. Uti & ejus Domina Soror memorati Sumreker

keri Coniux. Apud quam tamen nulla videbatur, aut saltem non tanta subsuisse malignitas. Nullo siquidem gravi fuit afflicta symptomate, pulsum habuit magnum, mollem & undosum, & liberata est intra quadriduum, oborto ad usum *Pulveris pan. rub. & lap. Bezoard. or.* copioso sudore. Procul dubio, quia corpus habuit mundum, & sanguineam massam multis vitiosis humoribus non coinquinatam. Unde tacta quidem fuit per contagium eodem, quo reliqui duo, venenato miasmate; eatenus tamen affecta non fuit: quia miasma illud per se solum sufficiens non fuit eam ad eam afficere. Quemadmodum istud ipsum in peste non rarò videmus accidere; dum quandoque in eadem domo, quot quot eorum sunt, inficiuntur, imò & intereunt; unus alterve verò tamen intactus relinquitur.

§. LXVII. Certus sutor, Italus propterea dictus, quòd non pridem Venetijs huc Labacum advenisset, in eandem morbillarem febrem ter consequenter recidivus factus erat, interposito temperaliquot dierum, quo sat commodè valuit, intervallo, & demum tamen feliciter convaluit. Processeram autem in curatione eadem methodo, eisdemque remedijs, ac apud alios; exceptâ solâ sanguinis missione, quam exanthemata prævenerant, priusquam Ego ad ejus curam gerendam advocatus fuissim. Illud autem ipsi acciderat singulare, quòd tertia recidiva cum ingentibus lateris sinistri puncturis, tussi, & difficili respiratione incæperit: adeò ut coacti fuerimus ipsi etiam sub ipsa exanthematum prurptione in brachio lateris affecti unq. iv. sanguinis emittere juxta consilium Pauli de Sorbait, qui *cap. de febr. petechiali, & de variolis* expressè docet saltem in mali principijs non obstantibus etiam actu prostantibus exanthe-

matibus venæ sect. esse celebrandam, eò quod illæ criticæ non sint, sed symptomaticæ à natura nimium irritata saltem protrusæ. Imò idem ipsum esse faciendum etiam in morbi progressu, si nova febris accedere videatur: ne naturâ tamen per id distractâ exanthematata fortè ad interiora recurrere accideret, ex ejusdem consilio ægro duplicatam diaphoretici dosim mox desuper propinavéramus. Et evaserat ille uti dictum, etiam ab hac tertia recidiva feliciter. Videatur ad propositum etiam *Intric. Exctr. nostrum Med. p. 2. c. 2.*

§. *LXVIII.* Neque September, etsi antegressis mensibus ordinatior, similibus febribus caruit: quin imò de earundem, probabiliter mediante contagio, propagatione etiam per provinciam auditum fuit; nec non de senum quorundam, & mulierum infectione. Sed potissimum talium, qui vigorosioris, calidiorisque naturæ fuere; neque tamen adeò, ut eorundem languis prius in febrim accendi potuerit. Quemadmodum ex eis fuit hospitiſſa ad aureum Bovem quinquagenaria circiter, atrabilaris, & vera Virago: quæ quidem exinde etiam obiit, filiâ suâ plethoricâ eodem tempore similimè ægotante intereâ feliciter ad sanitatem reductâ. Neque inquam September caruit febribus morbillaribus, eæ tamen æquè feroces non fuere, præsertim postremo ejus dimidio, ac quæ canicularium tempore grassabantur: probabiliter propter auram, consequenter & biliosos humores in corporibus ab incipiente autumnali frigore jam nonnihil attemperatos. Inter pueros & infantes etiam copiosiores morbilli & variolæ fuere observatæ; fortè ob earum causam æstivo tempore per ludores, aut insensibilem transpirationem discuti solitam, nunc intra cutim  
reten.

retentam ; quemadmodum idem ipsum subinde etiam de petechialibus febribus fuisse observatum testantur Medicæ Historiæ ; quod eæ videlicet grassatæ fuerint & ante & post Æstatem, æstivo tempore autem ob adductam rationem ferè planè cessaverint. Fuere eæ tamen ferè apud omnes benignæ ob rationem in antecedentibus assignatam. Hinc Aurifabri Danielis Hanke septennis filiola, etsi primùm in febrim continuam cum maculis scharlatinis, cui mox alterâ die plurimæ nigrae Salisburgici numi latitudinis interspersæ viscebantur unâ cum copiosissimis variolis, incidisset, neque ex alexipharmacis aliud toto curationis tempore admisisset, quàm *CC. phlicè pp.* in potu ordinario, & quotidie mane *lap. Bezoard. or. iulap. violat. involuti gr. iij.* tamen præter omnem expectationem convaluit. Ruffi Stannarij unius anni filiola verò similiter variolis, sed solis infecta planè absque ullo medicamento ; quin imò toto ægritudinis tempore cum extrâ cunas exporrectis brachijs cruribusque, propterea ex post ferè toto anno, etsi absque singulari dolore, tumidis : Ob lympham ex defectu cooperimenti à transpiratione præpeditam, & rectè propterea ibidem stagnantem.

§. *LXIX.* Per æstatem, etsi neque sporadici affectus, præsertim omnis generis deffluxiones, curandi defuerint, ob pluvias, & non rarò factas temperiei æris ex calida in frigidam mutationes ; illi tamen minùs frequentes fuere : nunc autem illi fuere observati longè frequentiores, fortè ob horariorum fructuum, quamvis eisdem adèò multis, multò minùs autem exactè maturis, non abundaverimus, immoderatiorem esum.

§. *LXX.* Sic laborârat jam à medio circiter anno sinistri dimidij capitis per genam deorsum, & maxillam eâ hemi-

hemieraniâ Domina N. ut eam invitens sæpissimè propterea lachrymabundam deprehenderim. Vt propterea fuit plurimis sibi ab alio, sed blaterone, & fortè plus scientiarum in lingua, quàm cerebro possidente Medico sibi suasus, sed citra ullum levamen: hinc demum Ego pro consilio requisitus ei sequentia cum optato effectu suaseram: primò ut assumeret ter consequenter interposito colorum inter unam & alteram summationem trium dierum intervallo sequentes pillulas:

*R. Pil. de succin. Crat. gr. VI*

*Exctr. Cephal. scrup. ß*

*Pil. Cochiar. gr. V.*

*Helleb. nigr. gr. iij.*

*flor. nitr. gr. ij.*

*ol. mac. gr. i. M. cum aqua iuc. arb.*

*F. pil. n. VII.*

**Sig.** Haupt-Pillen ein Stund nach geringen Abendmahl zu nehmen.

2dò Ut absumptis primis pillulis sibi ex sinistri pedis cephalica sanguinis unc. v. extrahi curaret: absumptis secundis mediantibus sanguifugis post aures applicatis unc. iij. circiter: & demum absumptis postremis tantundem ex dorso mediantibus cucurbitulis scarificatis.

3tiò. Desuper sudare conaretur ad sequentem mixturam in athriticis doloribus specificam tribus vesperis consequenter ante somnum ebibendam.

*R. Aqua card. ben.*

*flor. sambuc.*

*paralys. aa. unc. i.*

*Rob. sambuc. ʒij.*

*elect. diascor. Frac. ʒij.*

*mixt simpl. scrup. j.*  
*antim. diaph. gr. Xij.*  
*syr papau. er. ziiij. M.*

**Sig. Schweiß-Mixtur auf 1. mahl.**

4tò. Ad derivandam peccantem lympham semper per mediam circiter horam ante pastum masticaret tale apoplegmatizans :

*℞. Mastich.*

*staphisagr. aa. ʒi*  
*sem. byosc. scrup. j. M. cantusa*  
*dividuntur in part. aq. & dentur*  
*in nodulos ligata.*

**Sig. Schleimziehende Pflanzlein.**

5tò. Demum pro discutienda, & quâ acri obtunden. dâ eâdem lymphâ affectas partes rodente bis de die semper saltem per mediam horam sequenti fomento dolentes partes calidè mediante in eo intinctis spongijs foveret. *℞. herb. malue, althæ. beton. summit. chamom. melil. a mß. flor. paral. pi. farin sem. lin. fœnumgr aa. unc. ʒ. decoquantur. in lacte. Et illa brevi, citraque ullam recidivam convalescit.*

5. L. XXI. Alia Domina gingivarum putredine usq; ad dentium radices pertingente, & inde orta dentium vacillatione, puris albi ex gingivis profusione, & oris fœtore cum evidenti dentium, ne ipsi proximè procidant, periculo laborans, præmissâ corporis & dentium à tortè adhærente tartaro expurgatione sequentibus cum effectu usa est :

*℞. Gargar. de Acacia Myns. lib. jß*  
*Syr. de ros. sic unc. j M.*

**Sig. Aufhailendes Mund-Wasser.**

℞ Balsam. Med. Mys. unc. ℥

Sig. Zahn-Balsamb.

Quorum cum hoc saltem quater de die ulceratas gingivas perungat, cum illo autem desuper os collvat; pro præservativo autem sumat saltem semel aut bis in mente pilulas cephalicas, & brachio fonticulum inuri curet.

§. LXXII. Alia itidem Ill<sup>ma</sup> Domina autem in octavam à partu septimanam eo lochiorum fluxu diffuebat, ut inde debilitata Medicum consilium implorare coacta fuerit. Fuere ipsi propte eà ordinata sequentia:

℞ Decoct. Rhab. Mys. dosim. unam.

℞ ung. Comitif unc. ij.

Quo perungatur bis de die infimus venter à post & ab antè.

℞ Troch. de ter. sig.

coral. rub. pp. aa. scrup. ij.

ocul. 69 pp. scrup. ℥. M. F. pulv.

De quo assumatur bis de die ex aq. plantag. quantum capiunt, tres cultri cuspides. Quàm cautè autem aliàs sint sistenda lochia? videre est in *Intric. Extric. nostro Medico part. 2. cap. 19.*

§. LXXIII. Admodum Reverendus Pater Robertus Ord. Cisterc. Sitticij Professor Vir non minùs pius, quàm doctus, doloribus non minùs podagricis, quàm nephriticis totus fractus sub exitu Sept. mihi prescripserat, se sinistro rene vehementer dolere, & quidem, quantum retur, ex latente ibidem calculo; & proinde supplicare, quatenus sibi & pro leniter pellendo aliquid, & pro renum regione externè perungenda transmitterem. Præterea sibi nuperrimis diebus inauditum quid accidisse; quòd nempe per superna, quam-



quatinvis nesciret unde, verum lapillum, quales subinde per urinarios ductus excernere solet, extussivisset. Ad quorum primum propterea ipsi sequentia ordinaveram :

℞ Elect. lenit unc. j  
 Rob cynosb. unc. ijs  
 Juniperi. unc. β  
 pulv. ad calcul. ʒij.  
 ocul. 69 pp. ʒβ.  
 alcohol. musc. ter. scrup. β  
 cum syr. de suc. limon. F. opiata  
 cestaneæ quant. sumenda.

Sig. Griesß: Lathweg Kesten groß zu nehmen.

℞. ung. refrig. Gal.  
 de alth. comp. aa. ʒVI.  
 suc. citr. ʒij.  
 troch de camph. ʒj M.

Sig. Abfühlende Miern: Salben.

Ad alterum autem ipsi responderam lapillum illum probabiliter ex pulmonibus fuisse rejectum. Tales autem ibidem generari, uti & in alijs corporis partibus, adeò rarum non esse. Pulmones siquidem ex meris vesiculis conflati sunt; facillimè propterea accidit, ut in eis lymphæ quæpiam deponatur, quæ interventu acidi cujuscumque austeri coagulata in similes lapillos, tophosve facessit, cum tempore tussis excreandos, cum non exiguo successu temporis exulcerandorum pulmonum metu.

§. LXXIV. Certa per illustri domina ex inordinata victus regula tota cachectica querebatur se menstruum fluxum quidem ordinatum habere, sed cum communiter dolorificum, & parvum; & propterea difficulter respirare, inflatum ventriculum gestare, &

totam lassam esse. Cui propterea sequentia utiliter à me ordinata fuere.

℞. pil. tart. Querc. scrup. j  
 fend. mai. gr. VI  
 coctr. castor. gr. j  
 troch. alband. gr. IV. M. cum  
 magist. tart. purg.  
 F. pil. N. ix. & dentur.  
 separatim tres tales earum doses.

Sig. Purgier = Pillen.

Quarum ab una dosi cura inchoetur. Hinc accipiatur 5. matutinis consequenter de sequentibus pulveribus semper unus ex aquamenthæ :

℞. Pulv. Cachect. Querc.  
 stomach. Wirchm. aa. scrup. β.  
 croc. Mart. aperit.  
 tart. vitr. aa. gr. v.  
 fec. bryon.  
 Eleosac. cinam aa. gr. iij.  
 M. F. pulv. Cui similes dentur No. X.

Sig. Eröffnende Magen = und Mutter = Pulverlein.

Desuper assumatur altera pillularum dosis rurus ei subjunctis reliquis 5 pulveribus : ac demum cura concludatur cum tertia pillularum dosi, vitatis interea præter nimiam repletionem omni modo crudis, acidis, & difficulter digestibilibus.

§. LXXV. Interea subintraverat Autumnus, tempus adhuc antiquitus pro adeò horrido habitum, ut testibus eis, quæ à nobis Anno 1. huius Chronol. s. XVIII. inducta fuere, ab illis æstimatum fuerit pro insaluberrimo.

Aquali

Aquali propterea & nos nobis pessima metuimus. Voluit tamen benignum Numen, ut omnia nobis per ejus decursum acciderint meliora. Is siquidem non solum quoad æris constitutionem fuit expectatione nostrâ ordinatior; sed & quoad hactenus grassantem Epidemiam clementior: imò & quoad sporadicæ huic tempori tamen familiarissimas indispositiones. Fuit autem, uti reor, talis (etsi suis pluvijs, nebulisque, imò & nivibus omnino non caruerit) primò propter solito ordinatiorem æris constitutionem, sæpe sæpius amoenissimis serenitatibus illustratam, utpote in qua teste Hip. 3. aph. 8. morbi solent esse *iudicatu faciles*. 2dò propter diætam ex metu grassantis epidemiæ solito exactius observatam. Tertiò propter à potissimis ex eodem non incurrendæ epidemiæ metu factas non minus nunc, quàm in Vere, præservativas curationes. Et demum quartò propter venenata illa miasmata partim à remedijs medicis jam utcumque correctæ, partim autem ab ipsa autumnali frigidiorè aura repressæ. Quod ipsum puta & de humoribus biliosis hactenus præ alijs in humanis corporibus dominantibus, suâque tum caliditate, cum acrimoniâ dicta maligna miasmata similiter acerrima exacerbantibus, nunc jam utcumque attemperatis, & per pituitæ prædominari incipientis admistionem infractis &c.

§. LXXVI. Omnium autem ex malignè decumbentibus pessimè se habuit Joannes Moser ætatis circiter 50 annorum. Præterquam enim, quòd alijs similiter continuè febricitârit, maculisque, non quidem morbillaribus, sed potius purpureis, toto corpore fuerit perspersissimus, insuper in frigido loco decubuit, diarrhæam, & vomitiones, nec non singultus passus est contumacissimos: taceo sitim,

vigilias, linguæ ariditatem, & similia febribus consueta accidentia, quibus non minùs, quàm alij acutè febricitantes simul torquebatur: qui demum tamen ad in principio clystere elutas primas vias, ad ei subjunctam venæ sect. & demum quotidie bis intro sumpta suo loco memorata alexipharmaca cum unicolor. foss. & bolo armen. diarrhææ ratione commissa; & externè ventriculi regioni calidè appositum, & sæpe sæpiùs renovatum cataplasma ex ablynth. menth. chamomfermento panis, sem. cumin. mastiche, zz. & similibus stomachicis in aceto frixis cum additione theriacæ confectû, feliciter convaluit: quæ theriaca quidè fuit etiã ad reprimendas vomitiones, & singultus, utpote opiata, aliquoties ad intrò accepta &c. Admiratus autem in eo præcipuè illud fui, quòd in eo ad toties partim ratione diarrhææ, uomitionumque, partim ob aliàs similiter constitutis familiarem inquietudinem necessariò perfrigeratum corpus exanthemata illa, quàm in ullo alio hætenus à me in cura habito, copiosiora non retrocefferint. Sed puto ejus duplicem causam fuisse; partim nimirum extraordinarium ejus naturæ, quæcunque gravia sufferre assuetæ, robur: partim exanthemata exactissimè, & quidem usque ad unguis ipsos, ad extremitates propulsa. Id quod semper pro optimo recuperandæ salutis signo habere solitus est etiam superius laudatus Ramazinus. Adeò horridè autem fuit is, præsertim in extremitatibus, variegatus, ut nunquam eundem absque exhorrescentia contpexerim, præcipuè non nihil magis refrigeratis manibus, & exanthematibus propterea cum maximo vitæ discrimine ad fulcum, & cervuleum colorem vergentibus.

§. LXXVII. Domina Sartoria insignis pharmacopœiæ nostratis Domini Sartorij honestissima Uxor eodem tempore

pore eâdem , sed cum morbillaceis & vix per transversum conspecto corpore advertibilibus maculis , stipatâ febre de- tenta ad similem symptomatum feritatem quidem non deve- nerat : nisi tamen adeò sollicitè fuisset tractata ; eam demum interiisse omnino necessarium fuisset , ob vires jam catenus prostratas , ut nec caput de uno latere in aliud gyrare , taceo reliquum corpus , valuerit. Illud mihi tamen in ea placuit , quòd deliria non habuerit sollicita , furibunda , terrificâ , melancholicave , sed temper hilaria : qualia pro bonis §. *L I.* de- claraveramus.

§. *LXVIII.* Organarius econtra ad ædes S. Floria- ni eâdem febre decumbens , vir extremè plethoricus , cras- tus , & obessus paucissimis post diebus non obstantibus qui- butcunque remedijs obire coactus fuit ob narium nimiam hæmorrhagiam 6. morbi die ipsi supervenientem , & cor- poris sub eâ perfrigerationem , adeoque exanthematum ante tempus regressum. Apud quos aliàs tales hæmorrhagiæ moderatæ fuère faciliè non obsuère. Ast teste Hip. 2. *aph.* 44 *qui natura admodum crassi sunt , magis expositi sunt ce- leri morti , quam graciles.* Quandoquidem enim illi ob va- lorum languiferorum exilitatem , & angustiam ; nec non corporis plurimo nutrimento ad sui incrementum indigen- tiam respectivè paucissimo sanguine , consequenter & spi- ritibus pollent ; si sanguineam massam in eum orgasmum , & ebullitionem devenire accidat , ut in valde copiosam hæ- morrhagiam incidant , faciliè contingit , ut is eis in ea quan- titate effluat , & cum eodem spiritus vitales , ut illi inde pla- nè deficiant ; reliquo , qui adhuc superest , in corpore lan- guine ex defectu spirituum eum vivificantium , & exagitan- tium necessariò in coagulationem tendente ; quemadmo- dum

dum sanguinem è maceratis animalibus emissum, n̄ sollicitè exagitetur arte spirituum vices supplente, mox in coagulum abire conspicimus. Tentata quidem ad eum sistendum sat tempestivè fuere varia tum interna, cum externa, sed frustra, nec sine periculo: eò quòd exceptis quibusdam externis aperta vala respicientibus naribus insufflatis, aut mediantibus turundis intrusis, qualis fuit *pulvis fuliginis vitriolica de fundo Cacabi anei veteris abrasa*, aliàs probatissimus, omnia eò tendebant, ut sanguinem increflarent, ejusque effervescentiam, consequenter tam celerem motum ad partem affectam inhiherent; quòd verò præsentem malignitatem est pessimum; utpote quæ aliâ ratione juxta s. *LIX.* dicta excludi non potest, quàm mediante tali sanguinis effervescentiâ, utpote sub qua spiritus vitales sanguini inexistentes particulas sanguineam massam constituentes eatenus exagitant, ut demum heterogenearum, seu malignarum illarum & naturæ omnino inconvenientium ab homogeneis segregatio, & exclusio necessariò succedat: eâ propterea per stegnotica illa sufflaminatâ, quid aliud expectari poterat, quàm subsistentia quidem illius hæmorrhagiæ, e contra simul non minùs, quàm hæmorrhagiæ continuatio, nociva malignarum illarum particularum in corpore retentio: quemadmodum istud ipsum etiam acciderat in nostro Patientem. Quòd si propterea Medicus in tali adeò intricato, complicatovè casu quid agere cum fructu cupiat, ut solis externis, & vasorum occlusionem respicientibus id tentet, suadeo: qualium bonum numerum ex varijs authoribus congeffit Thom. Bonetus in *Mercurij sui Compitalitij Tom. 3. tit. de Hæmorrhag. Narium.* Minimè tamen repercutientibus ad exemplum Chirurghi illius cujus à me in *Intric. Extric. meo*

*Med.* facta fuit mentio, qui patienti suo similiter febre pe-  
techiali detento frigida (saphium superfuderat; sed securis.  
Hinc absit venæ sectio revulsoria, absint refrigerantia, in-  
crassantia, & quæcunque fermentationem sang. sufflami-  
nantia.

§. LXXIX. Hujus ipsius organarij ternæ proles eo-  
dem tempore eâdem in domo ex eodem malo, sed citra  
talem hæmorrhagiam, decumbentes econtra feliciter ev-

§. LXXX. Sicut ad insigne aurei Bovis ex  
malo obiit hospitissa ipsa; ejusdem filia econtra f  
convaleuit, utraq; æquali sollicitudine tractata. Se  
dissimus Chirurgus Georgius Sturm, qui istis ambabus eâ n-  
delitate adstitit: ut ab eis infectus eodem malo objre de-  
buerit. Lepidissimus dico: quia apud nos communiter  
adeò exiguæ sunt nostrorum laborum recognitiones, ut  
nec ordinariæ (ad quas videlicet vi professionis obligamur)  
operæ nobis condignè persolvantur, taceo extraordinarias  
illas, quales ille ægrotos levando, invertendo &c. quòd ta-  
men suæ professionis nullatenus fuit, peregit. Ast præ-  
ceptum divinum est, *amare proximum, sicut se ipsum; &*  
*quæcunque cupimus, ut ab alijs nobis fiant, & alijs facere.*  
Verùm Respondeo, similiter præceptum divinum esse, *se*  
*non occidere*, neque vitam evidentibus periculis exponere.

§. LXXXI. Sed ista ad demonstrandas etiam, quæ  
autumno grassabantur, morbillarium Febrium diversitates,  
& curationes latis. Nunc adhuc quæpiam brevissimè de  
sporadicis, quorum non minorem frequentiam quilibet  
vel ex ipsa autumnii, etsi hoc anno minore, quàm commu-  
niter alijs quoad æris constitutionem inordinatione, facile  
conjiacet.

§. LXXXII. Illustriss. quispiam ex Valvasoriana familia L. Baro gravissimâ colicâ laborabat ; familiaribus tamen mihi remedijs tuit intra paucos dies in indubium sanitatis statum reductus ; sed ecce quid supervenit ! Habebat is rectè tunc singularis dispendij litem opinione suâ quidem indubiam , à certorum testium deponendo juramento tamen dependentem : qui comparuerant quidem in judicio ; simulaverant etiam se illud in Domini Patientis favorem deposituros : dum ad rem verò ventum fuit , ad ejus depositionem nullatenus adigi potuêre. Quo percepto catenus terretactus erat Dominus Patiens, ut mox rursus pristinis doloribus torqueri , & consuetum clysterem ab aliunde sibi assistente Chirurgo petere cæperit , hic autem eundem ipsi citra moram parare. Sed ecce cum quanto rursus infortunio ! Dum syringam in anum intrudere nititur , rectum intestinum , vel potius fortè hæmorrhoidalem aliquam in eo venam ita lædit ex vino temulentus , ut Dominus Patiens ano admotum digitum cruentum reportârit : unde de novo adeò perterritus est , ut exprobratâ cum maximis minis Chirurgi importunitate , mox conticere ; paulò pòst motibus convulsivis , quibus utpote ex natura iracundus , aliàs valde obnoxius fuit , prehendi , ac post bihorium actu animam agere cæperit. Tantùm valuit irati hominis apprehensio ! Dubius est omnis litis eventus : proptereâ priusquam quis litigijs se exponit , animum in utramque partem dispositum habere debet.

§. LXXXIII. Certus Patritius à longo tempore ferè continuis , etsi non usque adeò intolerabilibus torquebatur ventris corrosionibus , plurimis quidem intereâ ex ordinarij sui Medici consilio usus , sed cum eo effectu , ut demum ad me pro consilio refugere fuerit coactus. Quandoquidem autem



autem Ego istud ipsi accidere à fermento stomachico vitiato, & succo pancreatico nimis eucto (melancholico autem cholericus erat) iudicaveram, pro eodem dulcificando, inde oriundis flatibus discutendis, & doloribus leniendis ei sequentes pulveres ad tres cultri cuspides singulis matutinis ex aqua chamom, assumendos iuaveram :

℞. *Spec. diarrh. ab.*

*diacymin. aa. ʒj.*

*pulv. Marchi. scrup. ʒ*

*ocul. 69 pp.*

*crystal. pp.*

*Flaved. cort. aurant. aa. scrup. j.*

*sperm. ceti rec. ʒʒ*

*Elæosac. cort. aurant. ʒj.*

*cinnab. nat. pp. gr. V.*

*laud. op. gr. IV. M. f. pulv.*

Sig. **Abssiessendes Magen-Pulver.**

Ita tamen, ut eis singulis quinque diebus pro corpore leniter expurgando talis mitissima, & post se facile corporis constipationem non relinquens potio interponatur, intermisso eo die pulverum usu:

℞. *Passul. min. mund. & in mortar.*

*marmor. contus. unc. ʒ.*

*decoquantur in aq. com. lbjʒ. ad remanentiam lbj., in qua infunde*

*per noctem in loco tepido*

*fol. sen. l. st. ʒijj.*

*crem. tartar. ʒj.*

*flor. viol. ʒj. Mane F. cum lenissima expres. colatura, de qua bibat ager*

*bonum, Vij. vel Viij. unciarum haustum.*

Et demum mane & vesperi perungat univertum abdomen hoc linimento.

*R. ungu. de alth. comp.*

*carmin. ða. unc. ß*

*anodyn. ʒij.*

*ol. de bac laur. ʒj.*

*spir. lumbr. ter. ʒij M.*

**Sig. Schmerzenstillende Wind-Salben.**

*Superposito Empl. de bac. lauri. ol. cumin. stil. malaccato.*

Et convaluit ille penes observatam vivendi regulam absque ulla recidiva. Similibus corrosionibus aliàs per plures annos ferè continuò tortam novi vetulam, quæ ab eis nunquam fuit liberata.

s. LXXXIV. Certus Sartor cum sua uxore pro cæna assaturam vervecinæ carnis comederat, & postridie uterque feбри tertianâ intermittente laboravit: à qua post paucos paroxysmos quidem liberatus premissio vomitorio remedijs ordinarijs uterque, sed admirati, quòd ex carne com. univertè aliàs pro sana æstimata id eis adeò insperatè acciderit. Quibus ego verò respondi. 1. mò. Carnem vervecinam quidem, si castrata sit, omninò salubrem esse, utpote non castratâ longè teneriorem, & concoctu faciliorem, à succo spermatico castratione ab influxu in testes impedito, & propterea in sanguineam massam regurgitante veluti balsamata, & omnibus quibus sperma ipsium præditum est, prærogativis imprægnatam: adeoque teneritudine, digestibilitate, corpus obesum, agile, spirituosum, ad venerem promptum &c. reddendi facultate donatam: verùm à juvene venerem non experte, annum ætate non transcendente,

in bonis & siccis pascuis pasto , nec morboſo vervece eſſe debet ; non autem ab effœta ove ob viſcoſitatem , & humiditatem ; ab annoſo hirco caprævè ob ſpecialeſ acrimoniã , foetorem , ſpermatici ſucci diſpendium ; neque denique ab hiſcè morboſis , ob morboſas particulas teſte in Eph. Nat. Cur. dec. I. An. 6 & 7 obſ. CXCÍ. Jo. Michaelis Ferhio nec condimentis ullis , nec igne culinari, taceo ſtomachi calore unquam corrigibiles , qualis fortè caro illa comeſta fuit : id quod quidem vel ex eo credere pronum eſt , quòd à noſtris Lanionibus frequentiffimè una pro altera divendatur ; vel fortè ſatis elixa non fuit , aut alius quiſcunque demum cum ea error interceſſerit. Tot indiſpoſitiones tamen ex iſtis carnibus exortas meã vitã imple audivi ; ut non paucos homines ſciam , qui ab ea abſolutè abſtinent : præſertim à noſtratiſ caſtratis , utpote qui pascuis gaudent communiter humidis , paludoſisvè deſumpta. Quamvis nec ab eis deſumpta eſt contemnenda , dummodo conditiones ſuperiùs ad ejus bonitatem requiſitas habeat. Quales utcunque habent caſtrati ſuperioris Carniolie , & multò adhuc magis Carſtiani.

ſ. LXXXV. Admod. Rev. Pater Paulus Puzl Ord. Ciſt. Sitticij profeſſus ætatis 30 aliquot an. normi temperamenti Cholericò Melancholici , & propterea teneræ complexionis , picrocolus , & communiter palleteſcens , tonſillarum inſtummationibus , & anginis à natura valde obnoxius , in eadem etiam nunc ob capitis perfrigerationem incidit : poſtquam verò eis uſus fuiſſet , quibus illi , quorum ſimillimè affectorum hiſtorias Annis prioribus enarravimus ; convaluit , ut illi. Ut autem in futurum ab eis tantò ſecurior eſſet ; juſſus fuit brachio ſiniſtro fonticulum

injuri curare : corpus sibi eis , quibus in tale malum communiùs incidere solitus fuit , temporibus , pillulis cephalicis familiaribus expurgare : ab externo frigore corpus , præcipuè verò caput , pro viribus munire : neque ab ejus casuali susceptione mox calidum cubile , multò minùs in eo calefactam fornacem adire : in potu denique ipso frigus omni modo vitare &c. Et ab eo tempore sanus & incolumis perstitit.

5. *LXXXVI.* Certus Sacerdos Lithopolitanæ parochiæ Cooperator in excursionem ad ægròtos tempore Boreali & pluvioso facta perfrigeratus in hemicraniam sinistri lateris incidit cum dolore ad aurem ejusdem lateris, maxillam, & dentes sese exporrigente, tonitùque ejusdem auris per molesto. Propterea talibus pillulis purgatus fuit :

℞. *pill. de succin. Crat. gr. v.*

*extr. cephal.*

*pill. cochiar. áa. gr. XV.*

*Resin. jalap. pin. sub. gr. viij.*

*troch. alhand. gr. iij.*

*ol. mac. gut. j. M. cum aq.*

*beton. F. pill. no. ioc.*

Sig. Haupt-Pillen auff 1. mahl.

Hinc per scapulas deorsum versus ventosas trahi & dorsum scalpello scarificari curavit, sudavitque ter ad tales pulviculos :

℞. *cc. pbil. pp.*

*antim. diaph. áa. gr. xij.*

*succin. alb. pp.*

*flor. sulph. áa. gr. iij. M. F. pulv.*

Sig. Schweiß-Pulver.

Fumigavit etiam se cum succino albo, & auri sequens oleum guttatim immisit :

℞. *ol. amygd. amar.*

*de laterib. àa. ʒʒ.*

*absynth. stil. chamom. stil. aa. scrup. ʒ. M.*

Sig. **Dhl zu dem Dhr.**

Demum adhuc semel iteravit pillulas, & convaluit.

§. LXXXVII. Certa denique 20. circiter annorum puella ex mensibus iam pridem sudpressis tota cachectica cum crurum, imò & ventris aliquali tumore, difficili anhelitu, cordis palpitatione &c. sequentibus feliciter percurata fuit. primò purgavit hoc pulvere :

℞. *spec. diatal. Myns. scrup. ijʒ.*

*Cholagog. simpl. gr. ij*

*ol. mac. gut. j. M. F. pulu.*

Sig. **Purgir: Pulver auff 1. mahl.**

2dò Obstructiones sibi reseravit, simulque naturam ad pellenda menstrua disposuit hoc electuario per octiduum quotidie mane de eo assumendo bonæ castaneæ magnitudinem :

℞. *Elect. chalyb. unc. iij*

*Syr. de artemis. unc. ʒ M.*

Detur ad vitrum lati orificij.

Sig. **Eröffnende Stahl-Lathweg.**

3tiò Nonâ die ulteriùs purgavit sequenti bolo :

℞. *Rob. ebul. ʒj.*

*magist. jalap. pin. subact. gr. xxvj.*

*spir. sal. coagul. Myns.*

*sal. artemis. aa. gr. v.*

*ol. mac. gt. j. M. cum sacch. F. bolus.*

Sig. **Purgier: Lathweg auff einmahl.**

4tò.

4to. Desuper rursus continuavit electuarium præmemoratum Chalybeatum per 7 dies consequenter, eisque elapsis rursus reiteravit bolum purgantem, virésque sibi, præsertim stomachum, corroboravit intereà semper mediâ horâ ante pastum assumendo ex cultri cuspidè de hoc electuario stomachico:

℞. *Conserv. menth. unc. j.*  
*absynth.*  
*Rob. cynosb. aa. unc. β.*  
*cort. citr. condit. ʒiij.*  
*aurant. condit. ʒij.*  
*pulv. stomach. Wirchm.*  
*spec. diarrb. Ab. aa. ʒj. M.*  
*cum syr. conditura cort. aurant.*  
*F. opiata.*

Sig. *Krafft-Lathwerg.*

5to. Demum, quia neque ad ista menses redierant, crurum tumor verò tamen in tantum remiserat, emisit ex vena pedis saphæna sanguinis uncias circiter IV, vitatis in diætâ crudis quibuscunque, acidis, austeris, difficulter digestibilibus, & quocunque modo obstructions fovere valentibus. Et recollegit se successivè sat optatè.

Intereà subintravit Januarius primus anni 1700 Mensis: qui verò, uti & reliqui eum consecuti qualiter nam decurrerint, quidq; in eis notabile in usum medicum acciderit; Annus (si Deus vitam & sanitatem prorogârit) Quartus nostræ Chronologiæ Med. enarrabit. Intereà cedant ista DEO Ter Optimo Maximo in gloriam, proximo in commodum, & animæ nostræ in perennem salutem!

I N D E X

Rerum, & Verborum, quæ in hoc  
Tertio Chronologiæ Medicæ Anno conti-  
nentur.

A.

	Fol.	S.
<b>A</b> Cida nutricibus nociva. - -	42.	35.
Ægri sæpe sui interitûs ipsi causa. - -	66.	52.
Aëris non tam actuales, quàm prægressæ prævæ consti- tutiones morborum causa. - - -	54.	43.
Adulterorum corpora minùs alterabilia, quàm infantum, & puerorum. . . . .	35.	29.
Aranæ se assumentes lethaliter inflans. - -	38.	29.
Asparagi cum cautione manducandi. - -	28.	29.
Astra particulariter non influunt. - -	48.	37.
Astra in alterando aère plus valent, quàm Eclipses.	62.	49.
Astra ad Labacensem Epidemiam nil speciale contulère.	62.	49.
Astra quòque ipsa suos patiuntur manes. . . .	62.	49.
Auræ mutationes, nisi sint repentine, & valde per- ceptibiles, non admodum nocivæ. - - -	4.	4.
Austri effectus. - - - 3. 2. & 3. 3.		
Autumnus insaluberrimus. - - -	92.	75.

B.

<b>B</b> Accbanalia multis fatalia. - - -	28.	23. &c.
X		Brachi.

<i>Febris tertiana intermit. ex carnis vervecinae esu curata.</i>	-	-	100.	84.
<i>Flatus in venis.</i>	-	-	23.	20.
<i>Fraga nociva.</i>	-	-	37.	29.
<i>Frigus moderatum salubre.</i>	-	-	19.	16.
<i>Per accidens flatuum causa.</i>	-	-	22.	20.
<i>Fragalitas cibi &amp; potus, &amp; oportuna corporis exercitatio unica sanitatis, &amp; longevitatis causa.</i>	-	-	9.	6.
<i>Fragalitates contemnentis solium robustissimi ad aliquale senium pertingunt.</i>	-	-	9.	7.
<i>Fragaliter viventes communiter non aegrotant, aut solium leviter aegrotant, citò, &amp; facillè liberantur.</i>	-	-	11.	7.

## G.

<i>Gingivarum putredo cum dentium vacillatione curata.</i>	-	-	89.	71.
<i>Garruli Boëmici non semper pestis praesagi.</i>	-	-	41.	33.
<i>Gravida ex sanguinis profluvio mortua.</i>	-	-	46.	37.

## H.

<i>Hepar boni corporis habitus causa.</i>	-	-	16.	11.
<i>Hepatis dolor curatus.</i>	-	-	23.	21.
<i>Hemicrania curata.</i>	-	-	87.	70.
			Item	102. 86.
<i>Hyeme pra. alijs temporibus frugaliter vivendum.</i>	-	-	8.	6.

## I.

<i>Infantium morbi non minus cogniti, quam curatu difficiles.</i>	-	-	42.	34.
				Infans



	Fol. 5.
<i>Infans ventris corrosionibus &amp;c. detentus curatus.</i>	42. 35.
<i>Infantes ferro &amp; igne facile non tractandi.</i>	46. 36.
<i>Inordinationes temporum Caritatis annonæ causa.</i>	1. 1.
<i>Imbrium frequentiam, qui morbi consequantur?</i>	33. 29.
<i>Ischiadicus dolor levibus curatus.</i>	11. 8.

L.

<b>L</b> <i>Actucarum multus esus nocivus.</i>	39. 29.
<i>Lapilli per os excreti.</i>	91. 73.
<i>Loebiorum nimius fluxus curatus.</i>	90. 72.

M.

<b>M</b> <i>Aculeæ nigrae non semper lethales.</i>	17. 13.
<i>morbillares dolose.</i>	18. 15.
<i>Medicus cum ratione meticulosus bonus.</i>	14. 10.
<i>Medicamenta saepe non tam pro sua facultate, quàm pro naturæ inclinatione operantur.</i>	41. 32.
<i>Menstrua pauca, &amp; dolorifica curata.</i>	91. 74.
<i>Methlinga Terræ Motu concussa.</i>	57. 43.
<i>Morbi epidemici in principio communiter mitiores.</i>	72. 57.
<i>Morboforum animalium Carnes insalubres.</i>	101. 84.
<i>Mors quot modis obveniat?</i>	75. 60.
<i>Morborum instantium signa.</i>	31. 26.

N.

<b>N</b> <i>Ariumbæmorrhagia in petechijs quomodo tractanda?</i>	96. 78.
<i>Nepbritidis remedium.</i>	91. 73.

Nivium primarum cita dissolutio mitis hyemis futurae signum. - - - 2. 2.

O.

Obesi facilius intereunt, quam graciles. - 95. 78.

P.

Pestis Viennensis anni 1679. in principio larvata. 72. 57.  
 Petechiae nomen genericum. - - 52. 42.  
 Petechiarum exclusionis ratio. - - 78. 61.  
 Petechiae ter redeuntes, & in eis ob intercurrentem pleuritidem cum fructu celebrata venae sectio. - 85. 67.  
 Petechiae pessimis accidentibus stipatae curatae. 93. 76.  
 Phtisicae in utero gerentis anatome. - 15. 11.  
 Phtisica obesa, & florido corporis habitu praedita. 16. 11.  
 Pleuritis notha curata. - - 20. 18.  
 Prognosis febris morbillaris. - - 63. 51.  
 Purgans diaphoreticum. - - 41. 32.  
 Purgantium &c. in febre morbillari legitimus usus. 67. 54.  
 putredo vermiculis feta. - - 3. 2.

Q.

Quartanarum recidivae faciliè curantur. 13. 9.  
 Quartana acutissima curata. - 14. 9.

R.

Repletio cibi & potus potissima morborum causa. 8. 6.  
 Remissio

<i>Renum dolor acutus curatus.</i>	-	-	21.	19.
<i>Rosalia curata.</i>	-	-	32.	27.

S.

<b>S</b> <i>Anitas est nostri arbitrij.</i>	-	-	9.	6.
<i>Singultus curatus.</i>	-	-	94.	76.
<i>Scrophularum curatio.</i>	-	-	44.	36.
<i>Scrophule indolentes naturæ committendæ.</i>	-	-	44.	36.
<i>Sol vernus causa morborum.</i>	-	-	35.	29.

T.

<b>T</b> <i>Tempora suum temperamentum non servantia insalubria.</i>	-	-	2.	2.
<i>Temporum inordinationes malè temperatis, &amp; inordinatè viventibus fatales.</i>	-	-	8.	6.
<i>Terræ Motus Metblingensis.</i>	-	-	57.	43.
<i>Terræ motus epidemiarum causa.</i>	-	-	57.	44.
<i>Non sunt fertilitatis prænuncij.</i>	-	-	59.	46.
<i>Tonsillarum inflammatio curata &amp; præservata.</i>	-	-	101.	85.
<i>Trochisci pueriles singulares.</i>	-	-	43.	35.

V.

<b>V</b> <i>Ariolæ curata.</i>	-	-	40.	31.
<i>Venæ sectionem consecuta maligna excanthemata.</i>	-	-	72.	58.
<i>Venæ sectio etiam biliosis subinde necessaria.</i>	-	-	75.	60.
<i>Ex venâ sectâ omnes humores promiscuè educuntur.</i>	-	-	77.	60.
<i>Ventriculus ex inflatione dilaceratus.</i>	-	-	38.	29.

<i>Ventriculi dolor acutissimus &amp;c. curatus.</i>	-	Fol. 5. 24 22.
<i>Ventris corrosiones diuturnæ curatæ.</i>	-	98. 83.
<i>Demum factæ lethales.</i>	-	<i>ibidem.</i>

☉☉☉ : ☉☉☉ : ☉☉☉ : ☉☉☉ : ☉☉☉ : ☉☉☉ ☉☉ : ☉☉☉ : ☉☉☉

NB. Errores Typographicos B. L. ipse corri-  
get, inque Anno II. hujus Chronolo-  
giæ §. XXVIII. Fol. 17. loco æstate,  
& hyeme leget autumnò, & hyeme.



DEO TER OPTIMO  
MAXIMO.

CHRONOLOGICÆ  
MEDICÆ,  
ANNUS QUARTUS

SEU

*Constitutio Anni 1700. Philosophicè, historicè, &  
Medicè considerata, descripta, & in publicum  
commodum data,*

A

MARCO GERBEZIO Phil. & Medic.  
Doctore Labacensi, Inclytorum Carnioliz Statuum Physico &  
Medico ordinario, SAC. ROM. IMP. Academiz Imperialis Leopoldi-  
nz Nat. Curios. Collegâ dicto AGESILAO, & Operoso La-  
bacensi dicto INTENTO.

*Continens*

Exactam Anni 1700. Temporum, Auræ,  
Tempestatum, & Humanorum Corporum alterationum apud  
Labacenses descriptionem, cum suis historiis Medicis, causis,  
& curationibus, potissimùm ad Modernorum  
mentem umbratam.

---

AUGUSTÆ VINDELICORUM:

Apud Danielem Walder, Bibl. 1705.

ILLUSTRISSIMO

DOMINO, DOMINO

JOANNI ERASMO

LIBERO BARONI

Ab

ENGELSHAUS

*DOMINO in SONEG, & THURNIGG;*

Inclytæ provinciæ Carnioliaë prætoralium  
Judiciorum Assessori dignissimo &c.

*DOMINO, DOMINO PATRINO*

*GRATIOSISSIMO &c.*

SALUS ET FELICITAS!



ILLUSTRISSIMÆ DOMINE, DOMINE  
PATRONE GRATIOSISSIMÆ &c.



Onum Angelum oraturus,  
qui me inter alienas manus vel pe-  
riclitantem protegeret, vel quies-  
centem servaret, ad aras *Tuas* con-  
fugio; quas Illustrissimi sanguinis  
privilegio, *Tuo*, Majorumque *Tuo-  
rum* meritô comparatus gentilitus  
Angelus exornat, ut à felicibus calendis quartum  
Chronologiæ Mediæ Annum sub Angelici hujus Jo-  
vis auspiciis inchoarem: præfagus enim verebar, ne u-  
bi primam Annus hic lucem attingeret, in eos incide-  
ret, qui familiari sæculo nostro cavillandi licentiâ non  
modò

modò ægris eu in oculis in spicerent, sed & nubes exci-  
 tent, quibus eundem suis in principiis extinguerent;  
 At favor *Tuus* patrone Illustrissime, quem imploro, id  
 efficiet, ut Annus hic Medicus inter Zoilorum umbras,  
 velut inter tenebras sidera, clarior eluceſcet: probè e-  
 nim perſpectam habeo Aſtronomorum ſententiam, quâ  
 cœleſtia corpora ab intelligentiis cum Ariſtotele, ab  
 Angelis cum Catholicis regi gubernarique definive-  
 runt: quod ipſum cum in gentilitio *Tuo* Symbolo ve-  
 nerabundus aſpiciam, Angelum videlicet ſtellâ arma-  
 tum; lætus confido, fore, ut Angelus ille *Tuus* boni  
 ſideris moderator eum Anno meo Chrono-Medico  
 curſum efficiat, quo inter affiduos propitiorum plane-  
 tarum influxus adverſus omnia Eclipticarum linearum  
 discrimina clarus ſemper decurrat. Quod ut geſtum,  
 conſeſſumque gratus videam, favorem animi *Tui* libe-  
 raliffimi vehementer imploro, eoque ſecurius; quò  
 lætiùs recolo, talem *Te* mihi hucusque cuſtodem An-  
 gelum exhibuiſſe, ut me vigefimo jam anno Archia-  
 trum *Tuum* ſervare volueris, ſæpiusque teſtari, quo  
 præſidio, auxilioque lectiones medicas tueri benignè  
 ſtatueris. Proinde (ne enim proluxiori meritiffimarum  
 laudum Tuarum encomiò modèſtiæ Tux injurius  
 ſim, brevibus hic agendum cenſui) Vm bonis *Tuis* An-  
 gelici ſecurus, quod bonum, felix, fauſtumque ſit, An-  
 num hunc quartum alienas inter manus Scriptor Me-  
 dicus vivere incipio, poſt abſolutam *Tuis* favoribus  
 Chronologiæ Mediçæ periodum ita vivere deſiturus,  
 ut



Ut finem nullum faciam *Tibi, Tuæque* Illustrissimæ fa-  
 milix Angelos propitios apprecandi, animumque me-  
 um obsequentissimum gratisque *Tuis* devotissi-  
 mum contestandi.

**ILLUSTRISSIMÆ DOMINATIONIS TUÆ**

*Devotissimus*

**MARCUS GERBEZIUS MED. D.**

PRÆFATIO,

AD

LECTOREM



Ui citò dat, bis dat. Facile

proinde persuadeor Te Lector Benevole, & quo animo vix tuliffè tam tardam istam Anni hujus Chronologiae meae Medicæ quarti publicationem, Quòd verò tamen pro

me patrocinantia habeam, perturbata ista, quæ interea viximus, vivimusq; etiamnum tempora, quibus potius nobis de evaginandis gladiis, quibus undique nobis insidiantes hostes longè à patriæ confiniis propelleremus, quàm de acuendis pennis, quibus rem litterariam prosequeremur, cogitandum erat; facile me veniam consecuturum spero: uti & condonationem, si opus fortè non æque conditum, ac illud sive expectaveras, sive optaveras, legendo deprehensurus es. Non minori siquidem impedimento mihi & in eo ipso fuère bellicæ illæ perturbationes; quorum actualem feritatem etsi quidem (laudes supremo Tutori Numini) in-

tra patriæ limites experti nondum fuerimus; undique tamen circumdati non poteramus non magis de Marte, quàm de Arte esse Solliciti. Quantum verò interea Ego tamen in observandis temporum constitutionibus, auræque alterationum mutationibus, & inde ortis humanorum corporum indispositionibus operatus fuerim? sequentia lecturus percepturus es. Favente animo ea excipe, commodè utere, & constanter vale.





DEO TER OPT. MAXIMO.

MARCI GERBEZII

Philosoph. & Med. Doctoris

CHRONOLOGIÆ MEDICÆ

Annus Quartus

Seu

Constitutio Anni 1700. philosophicè,  
historicè, & Medicè considerata.

§. I.



Sanitatem humanam in genere consistere in singulari quadam partium totum corpus constituentium ad se invicem symetria, seu proportione, temperie, nemo non facile concipit; Sicut morbum è contra in illarum partium disconvenientia, improportione, & intemperie. Nemo similiter est, cui non constet ad temporum mutationes, seu ad temperiei aëris diversas alterationes, partes corpora humana præsertim sanguineam massam constituentes diversimodè affici, & alterari solere. Hoc siquidem adhuc olim docuit Hippocrates 3. Aph. 1. *Mutationes temporum potissimum pariant morbos.*

in ipsis temporibus magna mutationes aut frigoris, aut caloris &c. Docuimus in Annis antecedentibus hujus nostræ Chronologie. Et docet infallibilis rerum magistra experientia: quæ nunquam non sentimus nos ad australem, nubilam, pluviolosam, vel aliàs tetricam auram graves, ad motum inhabiles, tetricos, & totos quodammodo obfuscatos esse, juxta Hipp. illud: 3. aph. 5. *Auster auditum habet, caliginem inducit, caput gravat, pigros, & Languidos reddit.* Ad aquilonarem e contra, serenam, & lucidam leves, ad motum faciles, viribus robustos, & animo excitatos, juxta similiter Hip. illud 3. aph. 17. *Constitutiones aquiloniæ, cogunt corpora, & firma, agilia, benigna, colorata, ac auditu valentia reddunt &c.* Ut adeò mirari meritò liceat, quàm accidere potuerit, quòd stante quoad externam faciem fatis salubri, utpote sibi utcunque constante, & neque à multis pluviis, nivibusve, neque à singulari ventorum borealium, australiumvè si-ve vehementiâ si-ve perseverantiâ singulariter alteratâ aëris constitutione ingressus anni 1700. cujus constitutionem in præsentibus nobis medicè considerare statutum est, tamen adeò morbosus fuerit, & præsertim variolis obnoxius: longè siquidem plures variolis affecti infantes nobis mox ineunte anno occurrerant curandi, quàm unquam hæctenus. Morbillosi quidem non eò usque multi, uti neque peretichialibus maculis variegati; neque tamen isti ipsi adeò pauci.

§. II. Verùm enim verò si ad eam mentem reflectamus, quæ anno elapso à nobis in simillima difficultate absolvenda § XLIII. fuere prolata: quòd nimirum morborum origines non tam à præsentibus, quàm præteritis temporum constitutionibus veniant deducendæ; nec non, quòd non tam manifestæ aëris constitutiones sint causa in specie epidemiarum affectionum, quàm potius occultæ, id est sensibus nostris quidem non usque adeo manifestæ, re ipsa vero tamen, & effectum tantò perceptibiliores; facile acquiescemus, nobisque persuadebimus, causam dictarum indispotionum ab elapso adhuc anno fuisse in aëre relictam; vel certè mediante contagio in corporibus adhuc ab elapso anno latitante de corpore in corpus propagatam: quem-

admo-

admodum sæpe pestes novimus sub optima aëris constitutione fuisse mediante contagio in sanissima loca delatas.

§. III. Variolas autem fuisse copiosiores, quam morbillos aut petechias credere fas est propterea, quòd materia earum obstructos ab externo successivè intensiore factò frigore apud potissimos crassior evaserit, quàm esse soleat in morbillis, & petechiis, quæ simillimæ impuritatìs, & corruptionis sanguinis signum quidem sunt, cujus variolæ; consistentiâ tamen subtilioris, tenuiorisve; prout id pluribus dictum est anno nuperimè elapsò §. LXI.

§. IV. Fuère quidem, qui ex certis vermiculis, qui Martio mense cum nivibus delecti hinc & inde per compita, & agros visabantur, nescio quam aëris infectionem, consequentem inde memoratarum variolarum, morbillorum, & petechiarum causam, arguere voluère; quòd Ego verò vel ex eo mihi persuadere non valui, quòd scirem earum & generationem, & cum nivibus deiectionem fuisse naturalissimam; neque usque adeo raram, utpote citra singulare omen sæpius observatam. Deponitur videlicet talium vermiculorum factura æstate in arborum convolutis foliis, fovetur, & excluditur ineunte vere à subinde intercurrentibus ferventioribus Solis radiis, abripitur in aëra à super venientibus violentioribus ventis, & demum alicubi sparsim cum nivibus deponitur. Quid autem hoc portentum? Manet proinde ex vermiculis illis cum nivibus dejectis nihil singulare de aëris infectione, corruptioneve potuisse concludi; Uti & potuisse frequentes fuisse inter homines variolas, morbillos & febres petechiales non obstante, quòd aura quoad externam faciem nullam præsetulerit suspectam corruptionem; nimirum vel ob morbosa miasmata occultè, seu imperceptibiliter aëri à priori inexistencia, & cum eo inspirando attracta, aliterve excepta, vel ab elapsò anno in corporum humoribus abscondita nunc primò mediante contagio de corpore in corpus translata; sicut pestem subinde taliter citra ullam raris infectionem longè latèque propagari videmus mediante auro contagio.

§. V. Sicut autem aliorum quotidianorum & communiter hyemali tempore grassantium morborum origo potissimum à manifestis aëris hyemalis qualitatibus dependet; hæc autem fūere, uti diximus, utcunque sibi constantes, ita earundem numerus fuit utcunque tolerabilis; præsertim quòd homines ab elapsi anni insalubritate terrefacti in diæta solitos non facile commiserint errores, probè callentes eosdem non pauciorum solere esse causam indispositionum, quàm insalubres aëris constitutiones ex *Eccles. cap. 37. Ne te effundas super escam? in multis enim tibi erit infirmitas.* Fuerunt tamen, quibus molestæ erant gravedines, raucedines, tusses, tonsillarum inflammationes, pleuritides, atthritides, dentium, & coxæ dolores: imò unus alterve apoplexià tactus, & epilepsià exagitati aliquot.

§. VI. Quantumcunque enim paucæ fuèrunt nives, rari austri, & adhuc rariores pluvia, neque facilè multùm sensibilis aliqua & repentina frigoris in calorem, vel è contra (quod valde insalubre esse diximus alibi) accidit mutatio; tantum tamen humorum fuit saltem in inordinatiùs viventibus, ætate proventis, aut ex natura humidioris corporis constitutione præditis aggregatum; ut id à vasis sive sanguiferis, sive lymphaticis non captum facilè in hanc vel illam partem exundarit, præsertim sub improvisâ superveniente intensiore, quale non nihil in Martio erat. frigore insensibilem humorum per cutis poros perspirationem impediente, dicta vasa constringente, & in eis contentum sanguinem, lymphamve condensante, in crassantevè & vel sic à solita sua circulatione præpediente.

§. VII. Vere, quod similiter vel ipso Aprili mense de se aliàs inconstantissimo, fuit præter solitum ordinatum, & solo Junio excepto ob sæpiùs intercurrentes pluvias, & sæpissimè alternantes ventos inordinatiore, insuetè amænum, quoad variolas morbillos, & febres malignas, imò & quoad hyemales affectus quidem notabiliter saniùs degebat; probabiliter ob humorum discussionem per cutis poros jam rursus liberiùs procedentem; e contra ex febribus tertianis intermittentibus, narium hærhois,

rhegiis, scabièbus, & aliis vernalibus indispositionibus tantò frequentius laborabatur.

§. VIII. Aestate, quæ Vere adhuc regularior, & vel ex eo salubrior videbitur, quòd potissimo tempore blandissimis Etesias fuerit perflata, & quoties ferè vel nimius æstus fuerat attemperandus, vel nimia ariditas humectanda, placidis pluviis perspersa: exceptâ ferè solâ 13. Augusti, quæ adeò erat procellosa, ut fulmen in medullium Suburbiorum excussum 1; domos incendio deleverit: oriente sole pridie manè veluti cruento conspecto; fortè ob intensam siccitatem, & nubes sulphureis exhalationibus saturatissimas postridie partim per superuenientes pluvias depressas, partim per tot corruscationes exhaustas. Aestate inquam, utpote Vere adhuc regulatiore, & per jugiter ferè flantes Etesias, totiesque intercidentes moderatas pluvias ab omnibus fortè aëri adhuc eò usque innatantibus malignis atomis repurgatâ, de variolis, morbillis, & febribus malignis demum fuit planè rarissimè auditum, ( plurimum quantum credere licet, ad id faciente liberrimâ humorum per cutis poros transpiratione ) de febribus tertianis, intermittentibus, è contrâ tantò frequentius; imò versus Autumnum subinde etiam de quartanis. In biliosioribus subjectis etiam de colicis doloribus, cholericis, diarrhæis, & de dysenteriis.

§. IX. Quandoquidem enim aëri æstivo plurimæ atomi salino-urinosæ, alcalicæ, & sulphuræ igneæve sicut teste sagacissimo Etmüllero in *Med. sua Hippocratico-Chymica Dissert. 1. cap. 3. §. 2.* hyemali plurimæ salino-acidæ innatant: quid mirum, si eæ cum aëre intra corpora attractæ in eis salino-urinosas, alcalicas, & sulphureas, seu biliosas particulas plurimum adauxerint, exagitarint, exacerbarint & vel in febriles fermentationes incēderint, unde febres illæ; vel in hanc aut illam partem præcipitarint; unde cholera, diarrhæa, aut dysenteria, & hi aut illi variarum partium corporis dolores. Variola, morbilli, & febres malignæ tamen fuere adhuc, quàm vere rariores, ob insensibilem humorum per cutis poros perspirationem adhuc liberius, quàm



tunc procedentem, ob aërem à venenatis particulis adhuc magis, quàm tunc depuratum, & denique ob humores in corporibus idoneis alexipharmacis adhuc puriores redditos, quàm tunc fuere.

§. X. Autumno denique, qui sub ingressu æstivam amritatem æmulabatur, quidem planè nullæ ampliùs malignitates apud ægros observabantur, neque alii, præterquam æstivi quipiam affectus: in progressu tamen, & versus exitum, sicut ob sæpius intercurrentes, & quidem protractas pluvias, nebulas, & jam austrinorum, jam borealium ventorum prædominium aura reddita fuit varia, sic variis aliis, præcipuè defluxionibus vulgò ad scribi solitis indispositionibus fuisse affecta, præfertim inordinatiùs victitantia, & multis fructibus recentibus delectata corpora, fuit animadversum. Et hoc, quantum conjicere licuit, ob in ingressu Autumni in aëre adhuc potissimum prædominantes, salino-urinofas, in corporibus autem biliosas particulas; in progressu, & versus exitum autem in aëre aqueas, salino-urinofas-acidas, & salino-urinofas, in corporibus autem serofas, æruginofas, atrobilares, & melancholicas. Nullæ autem ampliùs observatæ malignitates ob malignas particulas hæctenus semper adhuc sive in aëre, sive corporum humoribus taliter qualiter gliscentes huc usq; radicitùs extirpatas.

§. XI. Videntur autem salino-acidæ illæ atomi citato loco Ettmüllero esse de prosapia armoniacali; alias autem de nitrofa, vitriolica, & aluminosa, propterea semper indispositionum acido peccanti adscribi solitarum, quales hyemali tempore sub ingressum Veris, & sub exitum Autumni solent esse frequentiores, propterea hyemales dictæ, & ab Hip. 3. aph. 23. enarratæ, causa: atomi salino-urinofæ autem de prosapia sulphurea, bituminosa, calcinosa, aromatica &c. propterea indispositionum peccanti bili adscribi solitarum causa, quales æstate, posteriore veris, & anteriore autumnii dimidio observantur frequentiores, propterea æstivæ dictæ, ab Hip. 3. aph. 21. recensitæ. Salino-urinofæ-acidæ denique de prosapia utrarumque parti-

particularum mediante singulari fermentatione in tertium sal compactarum propterea morborum vulgo porraceæ, æruginosæ, & atra bili impurari, & sub progressu autumnus domini solitorum, absque Hip. 3. aph. 22. enumeratorum causa.

§. XII. Unde autem aëri hæc vel illæ atomi? videtur, quod ex terræ visceribus maribus, stagnis, animalibus, vegetabilibus, metallis, & quibuscunq; aliqua effluvia de se emittentibus corporibus: partim etiam ex naturali aëris constitutione, quem DEUS omnium rerum Architectus à prima Univerſi Creatione, sicut omnium aliorum seminiorum voluit esse veluti matricem, & primum condum, ita & dictarum atomorum.

§. XIII. Unde autem, quod hæc hoc, illæ alio tempore potius prædominentur? videntur Solis radii potissimum facere, qui vere, præsertim posteriore ejus dimidio, & adhuc magis ætate, quam autumno præsertim posteriore ejus dimidio, & hyeme, nostris in oris copiosiores, vigoriosioresque sicut sunt cum atomis alcalicis analogi, & veluti connaturales, ita easdem eis temporibus tantò copiosiores è terræ visceribus, & quibuscunq; perspirabilibus corporibus attenuando, & poros eorum referendo evocant, & acidis validiores efficiunt: autumnali, & adhuc magis hyemali tempore, quo corpora ob externum frigus compactiora sunt, minusq; perspirabilia, verò contrà. Vere demum sicut Solis radii solent esse temperatioris ita hæc, & illæ atomi aëre minus prædominantes, propterea communiter salubris aëris causa.

§. XIV. Quomodo denique hæc, & illæ atomi intra corpora exceptæ ad horum, aut illorum affectuum generationem concurrant? alibi dictum est. Ut adeò aliud nobis hic & nunc de eis nil supersit quam tempus deveniendi ad curationes inde natorum affectuum.

§. XV. Auspicari autem lubet à variolis, utpote mox sub anni ingressu præ aliis affectibus frequentibus. Sicut autem earundem causam censueramus fuisse specialem sanguinis impuritatem sæcibus adhuc in uteris matrum ex impuriore earun-

corundem ibidem nutrimento communicatam, & rectè medicantibus hisce exanthematibus à natura occasione ex aëre, vel aliis similiter affectis subjectis suscepti venenosi, & singulariter fermentisiblis miasmatis expurgari incipientem: conatumque istum naturæ in bonum potius ejusdem tendere, quàm in malum animadverteramus; ita conati fuimus eundem potius secundare, quàm remorari: & ubi eundem rite procedere ex exacta exanthematum proruptione, tolerantia & conferentia advertimus: id agere adnisi sumus, ut omne id, quod talem conatum quocunque modo turbare, aut impedire posset, removeretur, negotio cæterum toto naturæ commisso juxta *Gal, 1. aph. Comment. 20. Naturæ tum totum permitendum, cum integrè judicat.* Ubi verò eandem segniorem esse videremus, similiter juxta ejusdem Galeni illud: *Ubi verò non integrè judicat, id, quod deficit, supplere nos convenit, ei cum expellentibus.* diaphoreticisvè opem ferre soliti fuimus remotà prius, si tempus permisit, leniente aliquo, crassiore, quæ malum deterius reddere, aut naturam in expellendo remorari poterat, Cacochymia. Subinde etiam plethorà, si adesse videbatur, proportionatà sanguinis emissionem imminutà: ne ea fortè vasa sanguifera nimium replendo, & spiritum vitalem veluti suffocando ab elasticâ suâ expansione, & motu, quo, & solito majore heterogearum sanguineam massam constituentium particularum fermentatione mediante similibus exanthematum expulsionem potissimum fieri anno elapso, Anno videlicet hujus nostræ *Chronologiae tertio §. IX. & LXI. Docuimus,* impediret: ad id à natura ipsa inducti, quæ similes sanguinis imminutiones perspontè concitatas narium hæmorrhogias eum fructu sapissimè molitur, juxta *Intric. Extricatum nostrum Medicum part. 2. cap. 2.*

§. XVI. Expellentia illa, diaphoreticavè verò fuere (prætermisissis innumeris, quæ ab aliis usurpari solent) potissimum *CC.* & ex eo parata, *unicornu utrumq., antimon., diaphor. ebur, coral. margar. ocul. S. ser. sigil. bel. armen, myrrh, rub. lap. bezoard.*

*bezoard. min. sal. afumar. card. ben. pulv. pan. rub. pulv. liber. spec. de hyacint. antim. tinct. bezoard, & essent. myrrh.* Interlaxativa autem ( quibus tamen non utebamur, nisi præservativè, & in eis, quos in consortio infectorum viventes credebamus certe etiam eadem labe proximè inficiendos ) facit præcipuè *mercurius dulcis cum aliquot granis jalap. acutatus.*

§. XVII. Methodus ea usurpandi autem fuit primò, ut in consortio plurium saltem illi, qui infecti nondum erant, metus tamen ne similiter inficerentur, aderat, leniter laudato *Mercurio dulci, & jalap.* expurgarentur. 2. sanguis solum eis, qui plethorici videbantur, & valde febricitabant, neque tamen adhuc actualibus variolis perspersi videbantur, imminueretur. 3. ut exceptis istis casibus ( nisi natura per se satis feliciter operari videretur ) curatio mox à memoratis diaphoreticis inchoaretur, non neglectis eis, quæ concomitantibus symptomatis corrigendis fortè necessaria viderentur.

§. XVIII. Sic ad nobilem 9. annorum adolescentulum 4. morbi die, & corpore jam hinc & ibi punctulis quibusdam instar varorum persperso mox sub anni ingressum vocatus, quia naturam per se ritè operari animadverteram, præter competens victus regimen, & pro oculis tuendis *aquam rosar. tantillo croci per infusionem tinclam* subinde guttatim oculis immittendam, proque tuendis faucibus lingendum *syrupum granat. dulcium* nihil ordinaveram ( quamvis domestici ejus quotidie ipsi duas cultri cuspides de pulvere Liberant. quem hoc in malo pro panacæa habent, ex aqua card. ben. propinârunt ) ille tamen successivè felicissimè convaluerat. Aliis autem porrigere solitus eram hunc pulverem :

*Rz. Pulv. pannon. rub, ʒj.*

*Cc. phil pp.*

*antimon. diaph. ʒa. scrup. ʒ.*

*lap. Bezoard. or. gr. iij.*

*sach. perl. scrup. ʒ. M. f. pulv.*

**Sig.** Hijs auß treibendes Pulver.

Dosis tres cultri cuspides ex aqua fumariz, vel card. ben. vel scabiofæ.

§. XIX. Apprehenderat autem ipsum malum, quantum referebant domestici, primo cum lumborum dolore, quem cum oleo Chamomil. & calefactis fumoque sem. cumini imprægratis linteaminibus leniebant illi. 2dò cum capitis gravativo dolore, 3iò cum horrore totius mox ab æstu febrili excepto & cum eo subinde reciprocante. 4tò cum oculorum rubore, palpebrarum tumore, & involuntaria illachrymatione. Et demum cum tussi, & vocis raucedine, quæ ordinaria sunt jam instantis hujus mali, dum benignum est, præludia. Id siquidem, dum malignius est, ei præterea etiam narium hæmorrhagiæ, deliria, & convulsiones (quamvis si ante aut sub exanthematum eruptione eveniant, adeò non metuendæ) accedunt. Subinde etiam planè dolose, & sub aliorum morborum larva apprehendunt: quemadmodum alium simillimæ ætatis adolescentulum. Exhorruerat ille primò cum mox subsequente æstu febrili? hinc de dolore punctorio lateris dextri pectoris lamentari cæperat; demum tussire, & subcruentum exspuere: ut adeò & à me, & ab adstantibus pro pleurítico haberetur; propterea etiam, ut pleuriticus tractatus cum venæsectione, & antipleuriticis remediis. Sed ecce 4 morbi die sub vesperum parvis punctulis instar varorum hic & ibi per corpus perspersus advertitur. Mutatum propterea consilium, & pleuriticis superiùs enarrata appropriata associata: & multiplicatis de hora in horam punctulis, auctisque, demum verò & successivè maturatis, æger felicissimè convaluit; egregio nobis relicto monumento, quò publicè grassantibus epidemiis quoscunque etiam alios morbos pro suspectis habeamus, tractemusque simul cum tali epidemiæ appropriatis. Cæterùm plura hunc affectum concernentia videre licet in *Intric. Extric. nostri Med. part. 2 cap. 2.*

§. XX. Morbillofì fuère valde rari. Malignè nunc cum,  
nunc

nunc sine petechiis febricitantes quidem plures, sed communitè methodo, & remediis anno elapso descriptis ad sanitatem perducti, quorum curationes propterea ibidem videri poterunt. Non tamen omnino hinc prætereunda videtur Authomatarii intortos oculos habentis uxor, quæ malignè febricitans, etsi totum jam periculum superasset, tamen nimis violentà lactis ex uberibus exsuctione interiiit. Lactarat videlicet illa propriam prolem, priusquam in morbum inciderat; hinc libenter & superato morbo idem profecuta fuisset; quod mammae verò utcunque effoeræ, & exluccæ evassissent, adsciverat studio ad id destinatam mendicam, quæ lac rursus ad mammam iteratâ exsuctione attraheret, quæ verò adeò indiscretè suxit, ut cum lacte cruorem, cum cruore exiles vires, & cum viribus animam ipsam extraxerit. Expectasset lepida mulier vires, & demum prolem iteratò mammae admovisset; si spontè ipsi lac ad mammam rediisset, quemadmodum redierat Sexagenariæ illi cuius in *Ephem. Nat. Cur. Dec. 1. An. 3. obs. x* meminit *Franc. Baughardus.*

§ XXI. Restionis uxor etiam videtur memoranda; eò, quòd illa omnia alia medicamenta averfata, etsi periculossime decubisset, ad solum CC. phil. quater de die cum aqua card. ben. poti usum convaluerit, propterea etiam variè laudatum in *Ephem. N. Cur. Dec. 2 An. 6 obs. 95. à Leberwaldo.*

§ XXII. Defluxionibus detentorum curationes autem vel propterea hinc prætereo. quòd ex passim insertæ fuerint Annis prioribus hujus Chronol. Hoc solum de eis insinuare lubet, quòd nimirum in omnibus illud agere conatus fuèrim, ut peccans humor ante omnia viribus proportionatis purgantibus ad alvum revelleretur, sique hoc pro eo integrè eradicando non sufficiebat, per cutis poros diaphoreticis partim intro sumptis, portim externè admotis, topicis discuteretur, ejus crassities, tenacitasque incidentibus & attenuantibus corrigeretur, & demum acrimonia absorbentibus, & præcipitantibus dulcificaretur.

§ XXIII. Sic dum Ego ipse ultimis Februarii diebus ex itinere redux genâ dextrâ cum Febre, & capitis dolore intumuissem, pro revellenda ad alvum peccante lymphâ mox istam  
B 2 : : : : :  
potionem

portionem quantitate paucam, qualitate facile sumibilem, & operatione blandam propterea aque mihi etiam in aliis casibus valde familiarem assumpseram :

℞. *Docost. aperit. min.*  
*cum fol sen. s. st. ʒiij.*  
*mecto ac. alb.*  
*agaric. alb. aa. ʒj.*  
*crem tart. ʒib. facti unc. iij.*  
*in expressione dissol.*  
*man. el. unc. i. ℞.*  
*cola & adde*  
*jalap. pulv. gr. XV.*  
*spir. mac. gt. i. M. F. potio.*

Sig. Purgier Franck auf 1. mahl.

Desuper pro ulteriore ejusdem lymphæ, discussione internè bis ex decocto herbæ Thè acceperam istum pulvisculum :

℞. *CC. phil. pp.*  
*antim. diaphor. a. scrup. ℞.*  
*ocul. ʒ. pp gr. Vj.*  
*succin. alb. pp. gr. iij.*  
*Sach. perl. gr. V. M. f. pulv.*  
 Sig. Schweiß Pülverl.

Externè autem admoveram tumidæ genæ emplastrum de meliloto capite lintea, fumo succini, & mastichis imprægnato involuto. Et convalueram intra quadriduum feliciter.

§ XXIV. Similiter certa biennis puellula ad dextrum oculum insignem defluxionem cum rubore, dolore, & lachrymarum profusione passa, postquam pro expurgatione accepisset :

℞. *syr. ros. ʒij.*  
*Magist. mechoac. alb. pin. subact. gr. IX.*  
*Cholag simpl gr. j. M.*

Sig. Exir Cassi auf 1. mahl.  
 pro discussione autem :

℞. CC. phil. pp.  
 antimon. diaph. a gr. V.  
 succini alb. pp. gr. j.  
 sach. perl. gr. iij. M. F. pulv.

Externè oculis quater de die instillatâ gutta. unâ hujus Chol-  
 lyrij :

℞. aq. plantag.  
 euphras.  
 chelid. maj. à auno. ℞.  
 siéf. alb. s. op. 3℞.  
 sach. saturn.  
 bol. arm. pp. à a gr. V.  
 camph. gr. IV. M. F. chollyrium.

Sig. Augenwasser.

Et noctu palpebris superposito emplastro e x unguento *Ni-*  
*bili ad oculos*, nec non temporibus emplastro de *tacumachaca*  
 convaluit.

§. XXV. Alia novennis puellula dentium dolore afflcta  
 quidem etiam purgata fuit, & diversa denti apposuit, (sola oleo  
*ligni buxi* cum levamine applicato) tamen convalescere nul-  
 latenus potuit. Verùm dentis corrosio usque ad fundum ob-  
 stiterat nullo alio medio corrigibilis, quàm dentis extractione  
 in similibus casibus propterea semper necessaria.

§. XXVI. Apoplecticum hæc vice nullum in curam nactus  
 eram. Epilepticos quidem plures nullum tamen cum tanto  
 fastidio quàm certam nobilem matronam ex nuperrimo puer-  
 perio valetudinariam, & ob pauló ante sibi inopinatâ mortē sub-  
 latum dilectissimum maritum ferè inconsolabilem. Huic si-  
 quidem sub ipso meridionali pastu epilepticè correnti et si  
 primum paroxysmum sequenti aliàs valde approbatâ mixturâ,  
 discussissem :

℞. aq. epilept. Lang.  
 hyrund. comp. à a. unc. i℞.  
 hysteric. nunc. ℞.  
 syr. flor. pean. unc. ℞. liquor.



liquor. CC. succin. Mich. ʒij.

Essent. castor. ast. IV.

laud. op. gr. j. M.

Sig. Fraijs und Mutter Mixture Zeffel weiß zu geben.

Oleo succini, rutæ, castor. & cran. hum. nuchæ, temporibus & vertici inuncto. Præferatsem ab ulteriore recidiva per integrum octiduum bis iteratâ aquâ laxativâ magistrali sæpius memoratâ, & quotidianâ porrectione unius *morsutorum cephalicorum Mysf.* aliâs multâ experienciâ approbatorum; impedire tamen non valui, quin non a primo paroxysmo die sub ipsa cœna malum de novo ei rediisset, continuassetque, non obstantibus vesicatoriis, pipionibus nec. macctatis capiti rasô iteratô admotis, & quibuscunque aliis specificis, usque ad postridie consecutam mortem. Tantæ pertinaciæ causâ autem videbatur fuisse partim tempore puerperii fortè imminutè consecuta lochiorum expurgatio, partim intensus, & diutius continuatus ob consecutam intensè dilecti mariti mortem mœror, qui, uti & lochia imminuta, quantum in inducendâ humoribus acrimoniâ, ex qua tandem in nervosum genus delatâ terrificæ illæ epilepticorum convulsiones, valeant; legere licet in *Intr. Extr. meo Medico*, & passim apud Scriptores Medicos, nominatim ap. *Sylvium de le Boë l. 3. Num. CCCVXIII.* & sequentibus.

§ XXVII. Undenam autem fiat, quòd similes epilepsiz sint apud nos adeò frequentes, in moribundis autem ferè ordinariz? hæret aqua. Certum interea penes me est, semper subesse singularem humorum, præsertim succi nervei acrimoniam, mediante quâ vellicati nervi, utpote partes maximè sensibilitatis, se inordinatè contrahunt, contracti spiritus animales in simillimam inordinationem concitant, & hitaliter concitati, dum jam hîc, jam ibi impingunt, motum illum tantò velociorem, inordinationemque reddunt: unde mira illa partium, ad quastales nervi exporriguntur, exagitatio, siquæ ad cerebrum ipsum pertingat, etiam rationis perturbatio, vel planè a. bolutiô tamdiu perdurans, donec discussâ, vel quomòdocunque correctâ illa acrimoniâ spiritus animales rursus pristinz quie

quieti restituantur : secus verò si spiritus prius dissipari, & in auras avolare, quàm acrimonia illa corrigatur, accidat ( quemadmodum fit communiter in moribundis maximam spirituum penuriam patientibus ) mortem supervenire est necessarium. Undenam autem tanta illa acrimonia? dico, quòd ex quibuscunque acribus, sive acidis, sive alcalicis assumptis : qualia sunt vina acida, acerba, seu austera, & quæcunque edulia simili qualitate prædita, mœstitia, metus, curæ, nimia studia &c. vina fortia, spiritus vini, aromata, & quæcunque aromatizata, aut alias acri, amaræve qualitate prædita &c. Paulus de Sorbait Cæsareus olim Medicus in sua praxi med. inter reliqua, quòd Austria sit talibus convulsionibus adeo obnoxia, culpat vina austriaca acerbiora, & petroselini nimium usum, Fortè idem & de nostra provincia simillimè victitante non absque fundamento arguere liceret? Hinc, qui ex parentibus tali modo obnoxii propagati ab utero similem humorum acrimoniam hæreditarunt vi poëtæ illius :

*Sic vitæ in foliis, venit à radicibus humor.*

*Sic patrum in natos abeunt cum semine morbi.*

Vinis acerbioribus vulgò Resche oder bekante Wein dictis, aceto, & acetosis, fructibus immaturis, aut acidis, vinis potentibus, spiritu vini, aromatibus, & quibuscunque acribus multum delectantur : in mærore, metu, curis, & assiduis studiis vivunt, sunt huic malo præ aliis obnoxii. Quæcunque autem talem acrimoniam corrigere nata sunt, tale malum curare idonea censentur, dummodo in eis debitus delectus observetur, neque usurpentur quæcunque in quocunque casu, quemadmodum de simili electione nos jam plura dedimus in *Intric. Extricato nostro Med.* & daturi sumus adhuc exactius opitulane DEO proximè, cum idem Intricatum extricatum medicum variis animadversionibus, & plurimis casibus auctum editurifumus. Quandoquidem dicta acrimonia duplex est; una videlicet ab acido, altera ab alcali : qui promiscuè acida, & alcalica usurparet, necessariò impingeret. Hinc

szpe

sæpe vidimus acriora purgantia, vesicatoria, & antiepileptica aromatica, & volatilia malum notabiliter exacerbasse, quemadmodum ante annos apud Caltenbrunensis Arcis Præfectum febris malignâ ardente detentum à porrecto sibi sale volatili *cranii hum.* mox epilepsiâ lethali prehensum, & apud certum mercatorem colicâ biliosa laborantem ab epota aqua carminativa repente motibus Convulsivis correptum, & denique apud Sacerdotem illum, de quo acidularum potu enecto Anno primo hujus *Chornol.* §. XC. facta fuit mentio &c. in quibus omnibus penes temperata permanisse, & alcali peccanti moderata acida, acido peccanti verò alcalica opposuisse consultius fuisset. Quamvis sæpe acrimonia illa tanta sit, ut ægros eâ refertos prius interire (quemadmodum accidit memoratæ nostræ ægrotx, & communiter diuturnis mœroribus deditis) contingat quàm ea quibuscunque etiam selettissimis corrigi queat.

§. XXVIII. Certa nobilis, & mihi affinitate cognata septendecim annorum sanguineo melancolica, filia, nescio quam occasione facta epileptica, ita ut ultimim ferè quotidie tali malo corripere, solis pillulis cephalicis ante singulas lunæ quadraturas iteratas, & intermediis diebus quotidie accepto scrupulo uno *specierum Diacinnab. Mysf. ex aqua ceras. nigr.* adeo feliciter & solidè coualuit, ut nunquam postea fuerit eodem modo afflictâ. Uta ausa autem fuit speciebus per mensem quotidie, postea autem solum ante lunæ quadraturas adhuc per duos menses. Desuper autem planè non vitato tamen toto eo tempore vino, & diu postea.

§. XXIX. Quàm curiosè autem Sartoris illa filiola, de qua in *Ephem Nat. Curiosf.* admirabile est, virgabatur videlicet illa acriter sub paroxysmo: & ab eo tempore nunquam amplius convellebatur. Sed de hyemalibus fatis.

§. XXX. Vere, uti dictum, utpote, excepto funio, qui sua intemperie ferè autumnî inordinationem æmulabatur, propterea autumnalibus defluxionibus obnoxius, valde regularè constituto, præter febres tertianas interm. & paucas morbillares,

narium hæmorrhagias, & scabies, vix alios curandos habuimus affectus: qui verò & ipsi communiter cessere remediis à nobis aliàs descriptis. In emissionibus sanguinis præservativis tamen illud fuit notabile, quòd fermè apud omnes phlebotomatos sanguis floribus, & penè omni phlegmate destitutus apparuerit: non innani, uti tunc ominabamur, augurio, venturâ æstate, nisi ea planè temperata fuerit, non solum easdem febres fore valde copiosas, sed & alios affectus prædominanti bili suam originem debentibus. Quoniam enim hujus modi sanguinis color est in ejus massa prævalentium particularum sulphurearum, ignearum, salino-volatilium, biliosarumvè indicium; intemperatus verò æstatis calor solet esse talium particularum, juxta § IX. dicta ferax: quid nî, si æstas consequeretur immoderatè æstuosa, sicut tales particulas copiosiores in sanguine aggregari accideret, ita in corporibus copiosiores à talibus particulis dependentes indispositiones, quales sunt præprimis febres, procrearentur? Quamvis Junii illa pluviosior aëris constitutio metum illum jam rursus eatenus imminuerat, ut ab æstate etiam æstuosiore adeò multum timeri non potuerit, sulphureis illis, igneisve particulis ab aqueis, acidisque utcunque correctis, suppressivè. Quamvis, uti dictum, æstas ipsa potiùs temperata fuerit, quàm valde æstuosa, propterea febribus quidem obnoxia; longè tamen non adeò, ac metuebamus. In Colicis doloribus, diarrhæis, & dysenteris, nec non in Cholericis illud erat notabile; quòd etsi ex, utpote æstivæ, potiùs biliosæ esse debuissent; communiter tamen potiùs acido-acri suam originem debuerint. Alcalicis siquidem, aromaticisq; opiatibus cautè copulatis potiùs vinctas dare manus solitæ sunt, quàm acidis.

§. XXXI. Undenam autem æstate illud acidum? quantum ex ipsa ægrorum confessione haurire licuit, potissimum ex multo acetariorum, fructuum horariorum præsertim austeriorum, vel aliàs immaturiorum, & quorumcunque crudorum eduliorum esu: nec non ex haustu glacie perfrigerato sive vini, sive cerevisiæ.

5. XXXII. Cur autem febres potius intermittentes, quam continuæ, & malignæ adeò frequentes fuerint? puto, quòd continuæ propterea fuerint rariores, quia æstas fuit utcunque temperata; malignæ autem, quòd malignitas illa, unde eæ dependebant, jam non minùs in corporibus, quàm in aère fuerit, valde consumpta; id est vel in meliorem qualitatem reducta, vel diaphoreticis, & aliis appropriatis discussa, plurimùm ad id cooperante liberâ humorum per apertos cutis poros transpiratione. Febres intermittentes autem propterea mihi videbantur esse tantò frequentiores, quòd, prouti id pluribus deducit *Franciscus de le Bòs Sylvius de Febr.* illæ ortum suum debeant succo pancreatico propter obstructos pancreatis laterales ductus justò acriori reddito & in intestino tenui cum bile similiter justò acriori vitiosè effervescenti.

Quòd si igitur, quemadmodum ita fuisse § rectè antecedente diximus, hoc anno in sanguinibus hominum præ aliis particulis præsertim sulphuræ, & biliosæ dominatum tenuere: quid nî ( si quandoque speciatim in Cholericis subjectis per inordinatam victûs rationem multæ cruditates fuere collectæ; & inde in pancreatis lateralibus ductibus memoraræ obstructions inductæ: per multum acetariorum, & immaturiorum fructuum esum autem simul succus pancreaticus acrior redditus ) is penetratis successivè obstructionibus ad intestinum duodenum delatus, cum allegata justò acriore bile febriliter effervescebat, inducebat que allegatas febres intermittentes tam diu recurrentes, quàm diu obstructions illæ incidentibus, & attenuantibus alcalicis non fuere sublatæ, & succus pancreaticus quoad excessivam suam aciditatem non correctus: & quidem singulis, alternis, vel ternis, quaternisvè diebus potius, quàm continuè, eò quòd memoratus pancreaticus succus propter obstructions non continuè, sed solùm per intervalla ad intestinum duodenum penetrabat. Penetrabat, autem citius vel tardius, seu frequentius, vel minùs frequenter, prouti obstructions fuere majores vel minores, & à materia facilius vel

vel difficilius penetrabili: & succus pancreaticus acrior, vel minus acris, & copiosior, vel minus copiosus; nec non bilis copiosior, vel minus copiosa, acrior, vel minus acris. Præ aliis autem nobis in memoratis intentionibus explendis satisfacere solitum est *Sal* illud ab effectu justè febrile dictum *Alysioti*, & *patrum* dictus *pulvis* toties in antecedentibus hujus Chronologiae annis à nobis justissimè laudatus: bili autem, succo pancreatico, & cruditatibus educendis *Triceps* ille *Cerberus pulvis febrifugus* *Comitis Dudley de Warbich*, Angli à *Marco Cornabino* tract. *particulari Methodus*, quæ omnes humani corpori affectus citò, tuto, & jucundè curantur, meritò intitulatus, quidquid adversus eum injustè obganniant alii, in specie *Rodericus Castrensis*. *Lusitanus* in *posthuma varietate*, qui, ut eum tantò abominabiliorrem redderet, Medicinamulo, qui eo familiariter apud ægros, & se uteretur, ex eoque perierat, hanc epigraphen inscripsit:

*Nondum pulvis eram, pulvere pessimo*

*Demens conficior pulverem in ultimum,*

*Quòd si non fierem, pulvere pessimo*

*Plures conjicerem pulverem in ultimum,*

*Evexit misero sic mihi talio.*

*Si nondum Medicus pulverens cavet,*

*Hospes tu Medicum pulverem cave.*

*Gaudent tartareo pulvere tartara.*

*Hanc escam, moneo, Dæmoniam voca;*

*Quam dat scammonium, quam sibi tibi.*

Potest esse, quòd is in partibus meridionalibus, ubi aura viget subtiliter, æstuosiorque, & victus ratio servatur tenuior, exactiorque adeoque corpora tantis cruditatibus, obstructi-  
onibusque non sunt infecta, ac apud nos, intutior sit, quàm apud nos: interea Ego cum veritate testari valeo, meò sexcenties absque ullo notabili nocumento fuisse usum; cum emolumento autem semper, & quidem dosi fatis intens à: apud pueros videlicet 12. & 15. annorum à scrupulo uno ad gr. XXV. In adultioribus à gr. XXV. ad 3β.

& ad gr. XXXVII. Imò in difficillimæ purgationis Restione ad scrupulos duos & gr. V, perse, vel cum gr. iij nitri perlati, vel florum nitri, ut scammonei acrimoniam nonnihil obtunderet. Rolfincius *in sua Chimia in Artis formam redacta* eum nec trimestribus infantibus dare reformidat ex lacte ad gr. iij, pueris unius anni ex jusculo ad gr. X. Warbich trium mensium infantibus dedit pulveris gr. VI. Ego dedi puero sex annorum gr. X. iij. Quin imò addere ausim & hoc; eum sæpius planè solum febres vernas & æstivas radicaliter sustulisse, non minùs, quàm quandoque vomitoria. Sed transeamus ad praxin.

§. XXXIII. Certus Carthusianus Freidnicensis sub initium Junii (ut plurimos similes silentio præteream) ex occasione fortè non decenter percocti, vel aliàs priùs corrupti piscis, postquam ex tertiana intermittente ter alternis diebus febricitasset, quò sibi oportuno quopiam remedio succurrerem, per litteras sollicitarat. Miseram propterea pro expurgatione *pulveris Cornachini* ʒ ss & gr. Vii, cum flor. nitr. gr. iij; pro extirpandis obstructionibus autem, & subigendo fomite febrili duas doses *salis febril. myns.* pro qualibet videlicet dosi *scrup. ii* una vel alterà horà ante paroxysmum, vel etiam sub ipsa paroxysmi apprehensione ex *aqua cardui bened.* sumendas. Et rescripsit se inde felicissimè reconvalescere.

§. XXXIV. Certus teneræ complexionis Juris Consultus autem Ju'io mense similiter febricitans primùm hâc potione die à febre libera purgatus erat.

*R. dec. aperit. min. cum*

*Fol. sen. s. β. ʒ iij.*

*Pulp. tamar. ʒ iij*

*Crem. tartari ʒ iβ facti unc. iiʒ*

*in expres. diss.*

*man. el. unc. iβ*

*Cola & adde*

*pulv. Cornach. scrup. ʒ*

*flor. nitr. gr. iij.*

*spir. mac. gt. ij. M. f. potio.*

Sig Gall Franc auf 1. mahl

postridie unâ circiter horâ ante paroxysmum assumpserat *salis febr. Myns. ʒ. ss.* ex aqua plantaginis similiter febrî fugâ, quod verò adhuc acrius, quàm prioribus paroxysmis febricitasset, capiteque doluisset, postridie die rursus à febrî libera ex vena interiore brachij dextri uncias V. sanguinis emiserat, postridie rursus iterato laudato sale febrili, sed similiter frustra, quintus siquidem ille paroxysmus nihil benignior fuit, quàm anteriores. Quare à me ipsi ordinatum fuit electuarium antipyreticum ex pulv. patrum cum syr. Rub. Idæi confectum, & eo ter solum accepto liberatus est æger. Et sic alii plures.

§. XXXV. Certa illustrissima ʒo. circiter annorum temperamenti phlegmatici matrona ex natura debilissimo ventriculo prædita, & ad quævis acia, aut cruda dolere, & inflari assuetæ sub initium Maij inter reliqua fortè etiam nociva se conditura illâ piscium vulgò Zelodia dicta acidissimâ ad nos circa illud tempus frequenter à mari afferri solita adeò infercierat, ut paulò post ventriculo ferè usque ad intolerantiam dolere, mox autem etiam quæcunque assumpta per superna, & inferna cum eis anxietatibus rejicere incepisset, ut ab aliò meo Collega in mea absentia ipsius curam gerente venenum assumpsisse iudicata fuerit: postquam tamen præter binos ad elluendum alvum injectos clysteres, frequentes jusculorum caponis, & cremoris hordei sorptiones talem bolum acido, cui soli fortè aut priùs corpori inexistenti, & à dicta conditura magis adaucto, aut recens inducto Ego potiùs malum esse imputandum censueram, dulcificando, acutiori ventriculi sensui obrundendo, & relaxatis ejusdem, uti & intestinorum, quæ per consensum etiam affecta videbantur, constringendis dicatum ter intro sumpisset, eodem ventriculo ab extrâ *ob. nucisæ, & mastichino* peruncto, atque Catplasmate sequenti contacto felicissimè convaluerat. Cataplasma autem fuit tale:



℞. Herb. menth.

absynth.

chamom.

panis siligin. attriti aa. m̄j.

mastich. ʒj.

garyophil aromat. ʒij. M.

grasso modo contussa decoquantur in vino rubro ad  
consist. catapl.

& dentur usui.

Sig. Magen Pflaster.

Bolus autem talis.

Conserve menth.

Elect. diastard. Frao.

spec. diacret. M̄j̄s, aa. scrup. β.

crystal. pp. gr. V. M.

cum syr. menth. f. bolus saccharo per spargendus.

Sig. Magen Zucker auf 1. mahl

Quòd verò tamen postea diu de ventriculi dolore querere  
tur, inflationeque ipsi, postquam nonnihil vires reassump-  
sisset, pro cruditatibus, quæ ventriculi plicis immeritè credebantur  
& dictorum dolorum, uti & in flationum causa, radicaliori ex  
purgatione fuit ipsius sequens potio evetico-laxativa cum fru-  
ctu ordinata:

℞. Aquæ laxat. Manag. ʒjβ.

syr. emet. Angel. Sala ʒV.

aq. cinam. scrup. β. M. f. potio.

Sig. Exirendes Brech. Cassit auf 1. mahl.

Et pro ulteriori ventriculi corroboratione, nec non vitiosi  
acidi attemperatione sequens pulvis suavis:

℞. pulv. Stomach. Birchm.

spec. diacret. M̄j̄s, a. scrup. β.

*Sal. asymb. gr. iij.*

*Elaosac. citr. gr. V. M. f. pulv.*

Sig. Magen Pulver allezeit Morgens frühe zu ne hmen

Et demum se quoque quoad ista optatē sensit.

§. XXXVI Alij quidem, dum vomitus venit instruendus potius tartareo emet Mercurio vitæ, & similibus acrioribus utuntur: Ego verò tamen potius memoratâ potione utendum esse censueram, ob facilem ejus sumptionem, & blandam operationem, & quod cum singulari tolerantia id solum per superna evacuare soleat, quod veluti sponte suâ sursum vergit, reliquum verò per inferna.

§. XXXVII. Hic Labaci aliâs ægrotis vomitoria facile non suadenda; eò, quòd à quo certus hic aliâs famosus Medicus, sed non minùs in exhibendis, quàm elaborandis medicamentis valde infausus Chymicus aliquot suorum patientùm, eò, unde nunquam reversi sunt, dimisit, adeò invisa facta sunt omnia chymica remedia (intelligit autem vulgus noster per chymica vomitoria quæcunque) ut qui eis suos ægros curare vellet, hoc ipso se omnibus invisum redderet, & publicè chymici nomen adipisceretur, quasi verò chymici nulla alia remedia elaborarent, quàm vomitoria. Testimonium autem a memorato Medico antè paucos annos infeliciter propinati vomitori, fortè Mercurji mortis potius, quàm vitæ dicendi etiamnum legitur in Ecclesia Iggenfi proximè ad pulpitem.

§. XXXV. Famosus sanguineo-melancholici temperamenti 26. annorum Mercator ex meraciorum vinorum, & non rarò cerevisiæ glacie perfrigeratæ potu, nec non frequentissimo acetariorum, & horarium fructuum esu circa dimidium Julij in ea abdominis tormina inciderat, ut eis sufferendis ferè impar aretur, expurgato tamen corpore istâ mihi in coelicis doloribus familiari potione;

*R. fol. sen. s. fl. 3 iij.*

*mechaac. alb.*

Rhab. àa. ʒj.

erem. tartar ʒ. iʒ.

flor. chamon.

conciſa de coquantur in aq. com. ſ. q.

ad colat. unc. iij

in quibus diſſolve

mann. el. unc. iʒ.

cola & adde

jalap. pulv. ʒ. xv.

flor. nitr. ʒ. v.

ſpir. mac. eſti M. ſ. potiò

Sig. Purgier Franck auf 1. mahl.

Et deſuper veſperi ante ſomnum accepto hoc paregòrico :

R. conſeru. Menh.

ſpec. diacret. Mynſ. àa. ſcrup. ʒ.

crystal. pp. ʒ. v.

laud. op. ʒ. iʒ. M.

cum ſyr. papav. er. ſ. bolulus.

Sig. Gall dämpfendes Magen Lathweg.

eatenus allevatus fuit, ut poſtridie exceptà debilitate ferè non habuerit, de quo queretur. Sed adfuit Mater, quæ ipſi à Monialibus ſibi datam aquam carminativam bibendam obtulit.

Et ecce, ut primum eam ebibit ille, coram omnibus de eo prorfus nihil tale ſuſpicantibus epilepticus concidit : ſucceſſivè ad ſe reverſus nihil magis execratus, quàm illam aquam, & moniales, quæ eandem ſibi in perniciem tranſmiſerant ; utpote ad quam mox aſtum quendam circa præcordia perſenſiſſet, poſtea verò capite perſtriçtus totus ſeſe perdidiffet. Hinc non immeriò quæſierat, quonam pacto id ita ſibi ex tali aqua accidere potuerit, ſiquidem carminativa in ſimilibus torminibus aliàs ſolet eſſe commendatiſſima ? cui verò Ego citra moram

reposita, carminativa quidem omnino in similibus tormi-  
nibus alias communiter solet esse proficua, si tormina illa à flatibus,  
& puro acido peccante de pendeant; si autem à bile prædomi-  
nante, qualiter in præsentè casu, secùs. In hoc enim casu a-  
romatica illa, & multo sale volatili prædita aqua, etsi quidem  
obtrudendo illi ab acetariis, fructibus horariis fortè immatu-  
rioribus, & glaciato hauſtu in corpus introducto, vel si ab antè  
in corpore abundarit, magis acuminato acido non nihil contu-  
lerit; adèo tamen interea intendit bilis unà, & quidem cum  
prædominio peccantis tum acrimoniam, cum volatilitatem, ut  
inde per interventionem singularis effervescentiæ (cujus æ-  
ſtus ille præcordiorum manifestum fuit indicium) ea succis  
in præcordiis inducta fuerit acrimonia, à qua vellicati nervi di-  
ctò modo sese primùm in præcordiis, mox verò & in capite, &  
reliquo corpore contraxerint: ad eum ferè planè modum, quo  
in sacerdote. *An. 1. hujus Chronologiae* § XC memorato, ad acidu-  
larum potum simillime inopinatè affecto: cum eo solùm di-  
scrimine, quòd in Sacerdote ab acidulis acidum potiùs fuerit eà  
ratione efferatum, in nostro casu autem alkali biliosum ab aqua  
illa carminativa. Quemadmodum responsum hocce meum  
paulò post ulterior eventus confirmarat: vix siquidem à me-  
moratis torminibus sese recollegerat æger, cum ad comestio-  
nem uvarum in eam dysenteriam inciderat cum æruginosæ bilis  
dejectionibus, ut inde vix vix salvatus fuèrit.

§. XXXIX. Remedia autem fuere sequentia, vel propterea  
hinc memoranda, quia exquisita, & plurimo usu etiam in aliis si-  
milibus casibus approbata. Omnium primò autem purgaba-  
tur corpus hinc potione,

*R. Dec. Rhab. Myns. dosim integram.*

*Sig. besònderes laxir Tràncklein.*

Hinc abstergebantur intestina hoc clystere:

*R. decoct. hordei cum*

*flor. hyperic.*

verbas. àa p. j. facti ʒlX.

mel. rosar. col. unc. iʒ

tereb. vitel. ovi sol. ʒij. M. f. clyster.

Sig. Cylstir.

Desuper detundebatur materia peccantis acrimonia, ventriculique, atque intestinorum tonus relaxatus corroborabatur hoc pulvificulo ex jure duobus matutinis consequenter introsumpto:

ʒ. troch. de ter. sigil.

de carab. àa. scrup. ʒ.

smaragd. pp.

crystal. pp. àa. gr. V.

opobals. veri. gr. j. M. f. pulv.

Sig. abstessendes Pulverlein.

Externè simul peruncto bis de die abdomine hoc linimento

ʒ. unz. Comitit. ʒj.

ol. nucist. expres.

mastich. àa. ʒij. M.

Sig. anhaltende Salben.

Ast omnia frustra. Hinc ulterius purgabatur memorato decocto Abab. Mysf. xger, abstergebantur etiam intestina aliquoties injecto hoc clystere:

ʒ. dec. hard. cum

flor. hyperic.

verbosc.

rosar. rub. àa p. ij. facti ʒVij.

adde

ʒacch. thom. unc. j.

vitel. ovi pp. j. M. f. clyster

Et pro ulteriore acrimonia humorum obtusione, ventriculique, atque intestinorum corroboracione memoratorum pulverum

verum loco sequens opiata mane & vesperi, & semper ante partum castaneæ magnitudine assumenda ægro porrigebatur;

℞. Conf. ros. antiq. unc. β.  
menth

Prob. mespil.

forbar.

cinosb. āa. ʒij.

cort. citr. condit. ʒiβ.

Elect. dias. Frac. ʒj.

troch. de ter. sig.

de carob. āa. ʒβ.

priap. cerv. ʒj.

crystal pp.

smaragd pp.

unic. foss. āa. scrup. β.

laud. op. gr. j. M.

cum syr. coral. f. opiata.

Sig. anhaltende Rathweg.

Ventre more solito memorato unguento mane & vesperī calidē peruncto cum superpositione talis Emplastri:

℞. theriac. unc. iβ.

croci Mart. astring.

bol. armen. āa. ʒj. M.

Sig. Vermischter theriag.

Et subinde interiectis talibus clysteribus anodynis:

℞. Juris capit. vervec. pingu.

cum flor. verbasco.

hyperic. a. m. β. fact. ʒix.

sevi cervin. unc. i.

vitel. ovi IV. i. M. f. clyster.

Sig. Elyssir.

vel, ut simul adstringeret;

℞. Lact. chalyb. cum  
 herb. menth.  
 flor. verbasco.  
 ros. rub. aa. p. j facti unc. Visj  
 sevi cervin. unc. j.  
 terra sig. ʒj. M. sp. clyster.

Sign. Elystir

pro tenesmo præterea etiam anus, quoties exonerabatur, trochissis de verbasco Myns. suffiebatur. Unde dolores quidem alleviati, & dejectiones naturaliores factæ, malum tamen nondum omnino subactum, præcipuè quoad tenesmum. Hinc loco memoratæ opiata, quamvis eandem præ cunctis aliis laudârit æger, fuit bis porrectus scrup. β opobals. veri cum sacch. in bolulum subacti, clysteribusque anodynis ʒj ejusdem balsami addita; & theriacæ loco abdomini sequens cataplasma appositum,

℞. fol. querc.  
 equisset.  
 centumn.  
 menth.  
 flor. hyperic.  
 chamom.  
 verbasco. aa, mj. M

Concisa decoquantur in aceto.

Et in sacculos indita applicentur

à post, & antè : à post tamen

Ita, ut anum cooperiant.

Et demum primò omnino superatum malum jam veluti desperatum.

Potus erat decoctum rad. torment. & gran. mastich subinde cum tantillo vini cydon. acidulatum, subinde verò etiam cum conserva rosar. emultum,

Cibus

Cibus oryza, panatellæ, pultes ex ovis & pane: ex cydoniis & pane: ex farina tritici, ovis, & nuce moschata in vino rubro coctis, & tantillo sacch. perspersis: & demum jura ex lacte chalybeato. Quod lac chalibeatum quidem cum priapo cervi decoctum etiam pro potu offerebatur, item tinct. rosar. cum vino cydon, extracta, cum syr. coral. ad gratiam dulcificata, quæ verò abhorrebat æger. Febre omnino extinctâ demum ad vinum rubrum deventum.

§. XL. Certus nobilis ex omnis generis eduliorum excessiva in eodem pastu comestione, & vini, cerevisiæque glacie perfrigeratorum potu in Choleram morbum incidere, ita, ut omnia per superna, & infernare jiceret cum ventriculi incredibili dolore, & præcordiorum anxietatibus. Pro consilio requisitus ei alia non suasi, quàm à talibus abstinentiam, in lecto quietem, & applicationem ventriculi regioni *herbar. absynth. menth. & choram. in vino & aceto frisarum.* Et convaluit citra alia remedia. Varietas siquidem tanta eduliorum impossibile est ut à fermento ventriculi præterea etiam à nimia eorum quantitate obruto, quantumcunque id inculpabile sit, æqualiter digeratur. Hinc priusquam concoquantur cruda, & quæ durioris digestionis sunt, jam corrumpuntur, quæ facillioris sunt concoctionis, acrique, & naturæ inimicâ qualitate ab aliis simili qualitate præditis una ingestis imbuuntur: quæ proinde ventriculi fibras, præcipuè utriusque ejus orificiî, pungendo easdem in eas contractiones concitant, quibus intra ventriculum contenta partim per unum, partim per alterum ostium necessariò exprimuntur; & quidem cum memorato dolore, & anxietatibus, ob continui solutionem, ab acri illâ qualitate inductam, spirituumque animalium violentam exagitationem. Accessit præterea etiam vini, & cerevisiæ glacie perfrigeratorum ingestio, quibus non solum quâ frigidis ventriculi infusus calor ad digestionem plurimum conferens, fuit repressus, verum & acrimonia ingestorum aucta. Frigida siquidem, uti alibi diximus, sunt intendendo acido vel maximè idonea; ut taceam



quod cerevisia nostras aliàs ad acefcentiam fit pronissima, quæ proinde & in hoc subjecto corrumpit, & reliqua ingesta suo calore inficere valuit.

§. XLI. Neque juvat dicere, quòd fructus horarij, cerasa, fraga, poma, pepones, cucumeres, lactuca, pisces, & similia, quæ in conviviis communiter cum aliis ferculis mensis apponuntur, utpote mollis, & friabilis substantiæ, texturæque videntur esse facilis digestionis, adeoque si citius è ventriculo egeruntur citra allegatam spirituum confusionem, & fibrarum ventriculi irritationem, sicut juscula, & aliæ forbitiones cum durioribus edulis ingestæ citra talem confusionem, & irritationem digeri, & egeri solent. Respondeo siquidem non omnia, quæ in ore vel mollia videntur, facileque digestibilia, ventriculi fermento æque parere, ac dentibus: quin imò rectè propter illam mollem, & nimis facile disgregabilem eorum substantiam, texturamque fermenti vim eludere, corrumpi, inque acre quid converti: quod priusquam egeratur, irritat, & violentas illas egestionem causat, secus, ac juscula, & memoratæ forbitiones simili acrimonia expertes.

§. XLII. Non absimili ratione in Septembri in eandem affectionem, nisi, quòd plus per interna, quam per superna purgaretur, inciderat certus Capitaneus ex Castris Cæsareis in Italia Venetiis huc Labacum profectus, ibidemque aliquoties plurimis ostreis refertus. Simillimè siquidem & apud eum ostreæ, quamvis mollissimæ texturæ, fuere corruptæ? quæ propterea irritando fibras ventriculi & intestinorum non potuere non frequentiones, dolorosioresque egestionem causare. Ut taceam, quòd ostreæ alias falsuginosæ, adeoque irritativæ qualitate sint præditæ, ob mollitiem autem, & friabilitatem facillimè corruptibiles. Huic pro subsidio requisitus similiter aliud non ordinaveram, quam internè acrimoniæ illius per *decoctum Rabbarb. Mysf.* expurgationem, externè autem ventriculi, intestinorumque corroboracionem per superius dictarum *herbarum absinthii, menthae, & chamomil.* in vino, & parte culti fri-

xarum calidam applicationem. Et similiter quoque is citra alia convaluit. Alias autem recordor me subinde in talibus casibus internè *conseruâ mentha, & theriacâ cum syrpo de suc. mentha* in bolum compactis feliciter fuisse usum.

§. XLIII. Postrema eorum, quorum curationes hâc ætate ad chartam posueram, fuit Hermanni Etike Chirurgi nostratis conjux, quæ pridem & pectore, & abdomine ascitica, quia versus extrema præ aliis miseriis præsertim de hepatis dolore lamentata erat? hoc autem in Ascite à veteribus præ aliis partibus offendi credebatur, curiositas me inuaserat videndi, qualiter nam igitur viscus istud in hac fœmina esset constitutum? Apertum propterea fuit paulò à consecutâ morte, cadaver; ast nihil minus offensum deprehensum, quàm hepar, bene verò paulò sub eo mesenterium ab ulcere palmâ manû lato horridè exesum: sub cujus propterea suppuratione exortus fuisse ille dolor injustè hepatis à patiente imputatus à nobis credebatur: ex unâ exesis, corrosivè ductibus lymphaticis, & inde destillante in abdominis cavitatem lymphâ autem ascites abdominis adauctus: sicucti pectoris ille à lymphâ ex ductibus lymphaticis pulmonum, qui universi corrupti, & putrilaginosi apparebant, eò destillante. Corrosio illa autem à lymphâ justò acriore undecunque demum tali effecta. Curiosissimum tamen, quod eo in cadavere mihi videbatur, fuit uterus pyramidum majus suâ mole vix adæquans, in dissectione perquam durus, & quoad cavitatem adeò compactus, constrictusve, ut omnino vacuus, seu omnifensibili contento expers vix setam porcinam intrase admiserit; taceo quòd humorum cloaca, quod tamen communiter fit, sexcentorumque malorum mater vocari mernisset. Id quod quidem in fœmina plurimum antehâc prolium matre, à dimidio ferè anno maximâ feri illuvie & in abdomine, & in pectore inundatâ, & non multò antè ordinario suo menstruo fluxu destitutâ mihi videbatur apprimè rarum. De similibus mesenterii abscessibus alias, uti &

de

de hydropo inde exorto *Wartonus in sua Adenographia cap. XI. & XII.*

§, XLIV. Autumnus denique, sicut in principio juxta dicta fuit quoad aëris constitutionem utcumque commodus, in progressu, exituque autem more suo ob pluviarum frequentiam, ventorum vel quotidianam alternationem, & successivè irrepentia frigora valde horridus; ita in principio fuit satis saluber, neque ferè aliarum, quam æstivarum indispositionum ferax, solis exceptis variolis, morbillis, & febribus petechialibus, quæ ob superius adductas rationes planè jam exspirârunt: in progressu autem, exituque præsertim defluxionibus dives, & in inordinatius viventibus, fructibusque autumnalibus nimis fidentibus, neque aëris jam asperioris factæ inclementiam curantibus, in appetentiis, nauseis, vomitionibus, & longis nunc tertianis nothis, nunc quartanis febribus, colicis, & arthriticis doloribus, diarrhæis, dysenteriis, obstructionibus hypochondriacis &c. obnoxius: rectè asserente *Hip. 3 apb. j. Quòd mutationes temporum faciant morbos.* Quandoquidem enim sub ingressu autumnus adhuc nullæ singularis fuit facta temperiei aëris mutatio; verùm persistit non multò remissior, quam qui æstate fuit, æstus; ab aëre non poterat alia corporibus induci dispositio, quam qualis fuit æstate, consequenter nec aliæ indispositiones: postquam autem successivè respectivè salutaris illa aëris constitutio fuit in insalubriorem permutata, non poterant non ab ea aliter, ac elapsâ æstate affici humores in corporibus humanis, consequenter aliarum indispositionum causa evadere: defluxionum præcipuè, alvi fluxuum, dolorum, obstructionum, febrium longarum &c. & defluxionum quidem, quatenus aqueæ particulæ cum aëre inspiratione attractæ, & alias per cutis poros ad interiora corporum penetrantes omnes cavitates, ductusque inundârunt: alvi fluxuum, quatenus præterquam, quòd corpora nimia humiditate repleverint, simul fibras cum ventriculi cum intestinorum nimium laxarant, adeoque tonum eorum, seu retentricem enervârunt. Dolorum cum

cum intestinalium, cum arthriticorum, quatenus contractâ aliunde singulari acrimoniâ intestina, aut articulos lancinârunt, tristèque affecerant. Obstructionum, quatenus ductus, per quos humores qualescumque circulari debuerant, repleverant infarferantvè. Februm deniquè longarum, tertianarum puta notharum, vel planè quartanarum, quatenus ab iis & aliis causis obstructi fuère ductus laterales pancreatis, & propterea succus pancreaticus redditus justò acrior, qui postmodum cum bile ad tenue intestinum delatus ibidem febriliter effervescebat, minùs intensè quidem, quàm æstate ob bilem mitiorem redditam, pertinacius tamen, seu cum durabilioribus paroxysmis, ob obstinatiores, quàm æstate erant obstructions, & sic de aliis tunc grassantibus indispositionibus.

§. XLV. Non minimùm contulisse ad jam enarratam insalubritatem quoque probabile est fructuum autumnalium indiscretum esum propterea adhuc olim à schola Salernitana vetitum.

*Autumni fructus caveas, ne sint tibi luctus,*

Quandoquidem enim isti multâ cruditate abundant, nisi que planè maturi sint, etiam aciditate, acerbitate, austeritateque: præterea etiam juxta §. XLI dicta communiter talis substantiæ texturævè sunt, quæ digestivo ventriculi fermento facilè non paret; facilè ex eorum indiscreto esu tantum indigestionis pituitæve in ventriculis aggregari potuit (cooperante ad id simul frigidiorè jam, & inæquali factâ æris temperie, & inde impeditâ insensibili per cutis poros humorum perspiratione) quantum ad obtundendum ventriculi digestivum fermentum, & introducendam inappentiam, nauseam, vomitum &c. sufficit; vel si alicubi fermentum illud præterea acrius redditum fuit, consequenter fructus illi ab eo potius corrupti, quàm ritè digesti fuere, introductæ fuere ventris corrosiones, coli dolores, cholera, diarrhæa, dysenteria &c.

§. XLVI. Neque refert, quòd fructus sint corrigendis particulis salino-urinosis, sulphureis & biliosis per prægressam æstatem

æstatem in corporibus aggregatis perquam idonei, adeoque a deo non metuendi: Respondeo siquidem istud beneficium quidem ex eis æstate, & parcè, nec non exactè maturis comestis demum sperari posse; quin imò & alia commoda præsertim fitis excedivæ extinctionem, & corporis lubricitatem: minimè verò autumno (quo dictæ particulæ à contraria aëris temperie absque eo corriguntur) & ex eis indiscretè aut non satis maturis comestis. quia potius ex eorum indiscreto esu metuendum esse, ne obtusis nimium suppressivè particulis sulphureis, biliosisvè eatenus acuantur particulæ salino-acidæ, ut ex earum cum illis speciali fermentatione producatur tertia illa acrimonix species, quæ vulgo bilis porracea, æruginosa, & atra dicitur, ex qua lethales illæ diarrhææ, dysenterixque, de quibus *Hip. 4. aph. & sequentibus*, vomitiones, corrosiones, epilephix, arthrides &c. autumnali tempore propterea valde familiares, ortum ducunt.

§. XLVII. Quod nunc dixi de fructibus, siuillimâ ratione accipiendum volo de musto, conchylibus marinis, nominatim de ostreis, farciminibus suillis, & de vinis dulcibus minimè defæcatis apud nos hoc tempore usitatissimis. Non minore siquidem ratione quoque ista ipsa indiscretè & in eodem pastu ingesta ventriculi digestivum fermentum facilè eludunt, corrumpuntque, consequenter siuillimas perturbations in corporibus cient. Quamvis farcimina suilla, & aliæ carnes porcinx non tam quòd corruptibiles sint, sicut reliquæ, sed quòd ob multam humiditatem, & substantiæ lentorem tenacitatemve à fermento difficulter subigantur. Quantumcunque eas extollat Galenus 3. *de aliment. fac. cap. 2.* utpote carni humanæ siuillimas.

§. XLVIII. Curationes autem peragebantur more consueto contrariis remediis. Sic dilectissima uxor mea ex porraceæ (quantum spontanea ejus per vomitum rejectio arguebat) bilis in corpore aggregatione ventre, & cruribus intolerabili-

tertorta, postquam clystere sibi corpus eluisset, purgassetque per superna syr. emet. Angelæ. Salz 3V. hanc misturâ correctâ dictæ bilis a rimonia, intra modum, oborto desuper largissimo sudore, convaluit.

*Rx. aq. beton.*

*syr. papau. er. aa. ʒij.*

*oss. microc. phil. pp.*

*antim. diaph. aa. gr. Xij.*

*cinnab. nat. pp.*

*crystal. pp. aa. gr. iij.*

*laud opiat. gr. β. M. f.*

**Sig.** abscessend, und Schmerzenstillendes Cäßtel auf 1. mahl.

5. XLIX. Iisdem remediis convaluit paulò post etiam certus Sacerdos intolerabili crurum, brachiorumque dolore tortus, aucta tamen laudani opiatî dosi ad granum annum.

5. L. De epilepticis jam superius. In Eggianæ arcis præfecto ex colicis doloribus facto epileptico tamen hoc tempore illud erat singulare, quòd is post superatos jam proximos convulsivos apertis oculis se planè nihil videre asseruerit, secus ac epileptica illa, de qua superius, quæ objecta saltem multiplicata viderat: noscere se adstantes ex voce; cæterùm verò prorsus non videre, qui verò demum tamen ad applicata brachiis, cruribusque vesicatoria, capiti raso pipiones à mactatione adhuc calidos, & introsumpta cochleatim antiepileptica ex aqua epilept. Langii &c. nec non humore peccante partim per clysteres appropriatos, partim per varia laxativa à capite revulso demum feliciter convaluit: pro præservativo tamen adhuc aliquamdiu continuato hoc specifico;

℞. *spec. diaorb. Abb.*  
*pulv. march.*  
*flaved. cort. aurant. aa ʒ B*  
*crystal. pp*  
*smaragd. pp.*  
*cinab. nat. pp aa ʒB*  
*laud. op. gr. i*  
*Eleofac. citr. ʒi m. f. pulv.*

dosis tres cultri cuspides ex aqua ceras, nigrorum.

Sig. besonderes Haupt Pulver.

& viniloco poto decocto ligni visci quere. & rad. poconia.  
 s. LI, Dicitur aliàs:

*Hydrops, & quartana medicis ludibria plana.*

Convaluit tamen à quartana feliciter certus Sacerdos, postquam jam tredecim paroxysmos ex ea perpessus fuisset, his pillulis expurgatus

℞. *pil. tart. Schr. ed. ʒ B*  
*Resin. jalap. pin. sub. gr. Vij*  
*troch. alband. gr. ij*  
*ol. mac. cont. j. m. cum tinctura.*  
*tartari f. pil. IV. IX.*

Sig. Purgier Püllulein auf einmahl.

Hinc pro cruditatum digestionem, obstructionum reseratione, & aciditatis, austeritatisque succi pancreatici correctione quotidie mane ex cochleari vini assumpsisset gutt. XXX. de hac mixtura:

℞. *essent. absint.*  
*agrimon.*  
*Elix. propr. parac. f. acido*  
*tinct. tart. a. ʒj*  
*spir. sal. armon. scrup. j. M.*

Sig. Eröffnende Magen/ und Milch tinctur.

externè in lienis regione gestato gum, ammoniaco acetosquil. soluto per modum emplastri. Elapso octiduo iterâisset pillulas subjuncto eis iterum per aliud octiduum restè jam descriptæ mixturæ usu, & huic similiter pillulis: demum autem devenisset ad regulatum usam antipyretici nostri jam al. quoties prioribus Annis hujus Chronol. descripti, nominatim An. . . §. XCII. & Anno 2. §. CXV.

§. LII. Jmò convaluit ab eadem febre paulò pòst, circa dimidium scilicet Decembris, etiam plauzia in sextum mensem gravida. Purgata autem fuit per septem continuos dies quotidie assumpta sequenti potione.

*Rx. folsen. s. st. 3. ij.*

*polypod. querc. 3. B.*

*passul. min. mund. 3 ij.*

*salistart scrup. j.*

*spir. sulph. cont. iij.*

*Flor. viol. p. i.*

*conclisa infundantur per noctem in*

*aquæ scolopendr. unc. vii. in loco*

*calido. mane F. colatura cum expressione pro una dosi.*

*Sig. besondere larir auf einmahl.*

De super emisit ex salvatella manûs finistræ sanguinis unc. IV. & desuper mox transierat ad usum laudati antipyretici: quo postquam vix per octiduum semper mane, paroxysmi diebus autem etiam sub paroxysmorum declinatione usâ fuisset, à febre liberrimam se sensit. Recuperato appetitu etiam pristinum corporis habitum, ac si nunquam ægrotasset recuperaverat: quòd tamen ultimatim victûs regulam non observasset, pyris, pomis, & farciminibus suillis; nec non castaneis comestis; in meritam pœnam sexta ab emanatione febris hebdomada recidiva facta erat. Quòdque partui jam vicinior fuisset, consultûs



videbatur curam recidivæ usque post partum differre. Quatuordecim à partu diebus autem repetitis bis intra septem dies *pillulis tartareis Schrad. cum extr. gentianæ* : & intermediis diebus *Elixir propriet. parac. cum tinct. tartar.* & desuper iterato, uti priùs, usu antipyretici, convaluit constanter. Ut adeò inde appareat Imo etiam gravidas, quomodo cautè cum eis procedatur, citra ullum abortûs periculum à gravissimis indispositionibus percurari posse, perbene sentiente *Varandæ lib. 2. de morb. mul. cap. 2.* quòd *natura in tali casu ex remediis etiam valentioribus (taceo ex benignis istis, quibus nos usi sumus) non tam damnunum, quàm levamen percipiat: quia concurris simul cum illis ad conflictum perficiendum, & post partam victoriam felicius conquiescit, quam si pessimarum illarum dispositionum insultibus ad finem usque impregnationis conflictetur.* Prouti de eo etiam nos pluribus *Anno 2. hujus Chronolog. § CXXVII.* 2do qui semel à quartana liberatus recidivam metuit, eum oportere præter diutiùs continuatum antipyretici nostri usum saltem per duos menses exactè victûs regulam observare. Etdemum tertio puerperas elapsis 14. à partu diebus, imò decem, securè, saltem benignioribus purgari posse. |

§. LIII. Certus Liber Baro sexagenarius circa idem tempus quidem sequenti modo sibi præscripto eodem antipyretico ab eadem quartana liberatus fuit : sed perinde est, qualitercunque id ordinetur. Patrum pulvis tamen est præcipua ejus basis.

*℞. Pulv. patr. ʒx.*

*ocul. ʒij.*

*eboris pulv. ʒiij.*

*theriac. Androm. nuc. iijʒ.*

*syr. absynth. q. s. F. opiata.*

*Dividatur in X. partes æquales, quarum VI. dentur sex matutines consequenter, die paroxysmi tamen declinan-*

te jam paroxysmo : post 14. dies au-  
tem dentur reliquæ quatuor doses.

Sign. Besondere Latwergl. in.

§. LIV. Chlorosis est etiam affectus ab incauta victûs re-  
gula communiter in puellis produci solitus : communiter cum  
mensium aut omnimoda obstructione, vel saltem imminutio-  
ne, colore vultûs pallido, & veluti inflato, difficili anhelitu  
præcipuè in ascensione scalarum, cordis palpitatione, ventri-  
culi dolore, & inflatione, pedum gravitate, & inhumescencia.  
Tali pridem detenta nobilis Virgo percurata :

℞. pil. tart. querc. scrup. j.

fætid. maj. scrup. β

trach. alhand. gr. IV. M. cum Eli-

xire propr. parac. F. pil. N. IX.

quæ dentur in duplo.

Sig. Purgier Pilslein/deren 9. aufeinmahl zu nehmen.

℞. Elect. chalyb unc. IV.

Sig. Eröffnende Stahl Latwerg täglich höchst groß zu neh-  
men.

℞. Aloës optim. ʒVI.

trach de myrrh.

de Eupat a. ʒj.

extr. sabih.

croci aa. ʒβ.

tart. vitriol. scrup. β.

M. cum Elixir. prop. f. pil. instar.

pisi.

Sig. Eröffnende Püllen zu 5. alle Morgen zu nehmen.

Assumpserat illa autem omnium primò novem pillulos pur-  
gantes. Desuper continuaverat usum electuarii, usque dum  
illud absumpsit. Hinc purgata erat reliquis novem pillulis  
purgantibus. Octo diebus ante solitum menstruationis tem-  
pus

pus quotidie mane accipere quinque pillulas menstruis procurandis dicatas inceperat, & continuarat, usque dum illud tempus transisset, & demum ipso menstruationis tempore non solum ex saphæna uncias V. sanguinis emiserat, verum & quovis mane, & vesperi utero vaporem decocti pulegii in propria urina facti, & lateri ignito superfusi suscipere solita erat. Super quæ tamen omnia menstrua non comparuere. Quare iussa erat quoque altero mense saltem pillulas menstruis referendis dicatas, & susceptionem vaporis iterare, vitatis interea omnimodo crudis quibuscunque, acidis, & austeris. Et demum saltem imminuta comparuere menstrua. Tertio mense autem rursus continuatis pillulis ante idem tempus, comparuere planè debite, successivè transeuntibus singulis, de quibus prius lamentabatur, symptomatibus. In alia non multò levius affecta præmissis præmittendis *Magisterium aperitivum martis mynsichti* profuisse novi.

§. LV. Hydrops est similiter ingluviei effectus. Hinc certi cursoris uxor, quia graviditatis tempore (quo communiter utero gerentes sibi omnia licere pessimè autumant) omnia susque deq̃ voraverat ascitica facta fuerat adeò ut præ abdominis, & crurum tumore, vix gressum facere, præ respirationis difficultate autem vix non suffocata fuerit. Pepererat verò demum tamen feliciter, sed ægrum sætum, & mox à baptismo vitæ functum ipsa autem similiter post partum tumefacta relicta sine solita lochiorum expurgatione, & sine alia sensibili evacuatione, præterquam per aluum; ex cujus solitò frequentiore dejectione se tamen saltem taliter qualiter tolerantius habere asserebat: Vocatus proinde ego fui in subsidium qui ratus eam plus incommodi percipere ex ulteriore intra abdomen stagnantium humorum illuvie, quam ex tempestitiva ejus per idonea remedia expurgatione, ipsi sequentia cum optato effectu ordinaveram: levia quidem, & vulgaria, efficacia tamen, & patientis egestati proportionata;

℞. rad. ialap. unc. ℞

spir. salis coag. scrup. ℞ M.

f. pulvis, qui dividatur in quatuor  
partes aequales.

Sign. Purgier Pulverlein.

℞. troch. de Eupat.

de lac. a. scrup. ℞

spir. sal. coag.

sal genista

junip. aa gr. V. M. f. pulvis

dentur similes doses Num. Xij.

Sign. eröffnende Pulverlein.

℞. conserv. absynth. ℥j.

meliss.

menth. aa. ℥iij M.

Subigantur cum tantillo syr. condi-  
tura ZZ. & dentur unâ horâ ante pa-  
stum castaneæ magnitudine.

Sign. Magen Latweg Rhesten groß zu nehmen.

℞. ungu. de althæ. comp.

deopil. rub.

uterini.

de arthanit. aa. unc. ℞ Mj

Sign. Eröffnend/ und erweichende Salben.

Ufus horum autem fuit, ut curam inciperet ab uno pulve-  
ram purgantium: subjungeret ei quatuor pulvisculos deopila-  
tivos quatuor matutinis continuis: quintâ die prosequeretur  
corporis expurgationem altero purgante pulvere: huic simili-  
ter per quatuor matutina submitteret totidem pulveres dige-  
stivos; post hos tertio purgaret, & per quatrimum rursus ite-  
rearet reliquos quatuor pulveres deopillativos, & demum pro

coronide ( nisi prius tumor abscederet ) adhuc quarto pulvere purgante sibi radicatus corpus expurgaret, semper ante partum unâ, vel mediâ circiter horâ assumptis pro corroboratione castaneæ magnitudine præmemoratis conservis, & abdomine mane, & vesperi unguento calidè peruncto. Et in usum tractis taliter singulis, nec non victus ratione fideliter observatâ, convaluit ægra felicissimè. Qualiter autem præallegata ingluviæ, ad mali productionem fecerit, qualiterque idem emanentia post partum lochia nisi ea præmemoratis remediis suppleta fuissent, adhuc magis confirmassent, radicassent, conijcere licet ex eis, quæ tum in *Intric. Extric. nostro med.* cum jam in hac nostra Chronologia hinc & inde de nocumentis ex ingluvie, seu inordinata victus ratione, & lochiorum retentione in ægros redundantibus pluribus protulimus. Sed ista & de Autumno satis, uti & de constitutione universi anni 1700. dummodo adhuc prius quæpiam de observatione in Barometro me à gaudiosissimo Salvatoris nostri Natali usque ad Epiphaniam ejusdem Salvatoris facta, utpote, ex cujus temporis constitutione vulgus nostrum totius anni singulorum mensium constitutionem dimetitur, coronidis loco, & in gratiam talis instrumenti observatoribus, in medium proferam.

§. LVI. Observaveram autem, quòd 25. Decembris, quæ fuit Natalis Salvatoris nostri, die austrina, & pluviosa Mercurius in barometri phiala contentus, qui pridie aura existente boreali, frigida, & serena ferè supremum. ad quem eum unquam pertingere accidit, locum occupat, ferè ad infimum depressus fuerit. Postridie, seu 26. Natalem Christi immediatè consecuta protomartyri divo Stephano dicata. quoad omnia ferè eodem modo, ac hesternus dies, constituta Mercurius in phiala altiùs non nihil ascendisse visus est.

27. Similiter austrina, & nubila, non tamen pulviosa, adhuc magis, & quidem cum notabili convexitate, seu bulla in supremitate.

28. Ex leni Borea asperâ, & nebulosa adhuc magis similiter cum bulla,

29. Subserena, & tenuissimè nubila, & eodem modo, ac heri, ex leni borea aspera mercurius ferè in hesternâ exaltatione, sed ferè absque bulla.

30. Mane densius non nihil, ac heri nubila cum floccis nivosis, noctu facta pluviosa eodem modo ac heri aspera mercurius nonnihil demissior, & omnino sine bulla.

31. Nubilâ & fere, ut heri, aspera, absque tamen nivis floccis, pluviae, mercurius ferè in eodem, quo heri, videlicet ferè in medio suæ solitæ ascensionis, & descensionis loco constitutus.

1. Januarii ejusdem quoad auram, cujus hesternâ erat, constitutionis, mercurius eodem, quo heri loco persistens mane cum aliqua bulla, post meridiem sine ea.

2. Jan. uti hesternâ, frigida, & tota nebulosa, Mercurius eandem, quam jam a triduo, stationem servans sine bulla.

3. Ex prægressis noctu nivibus nonnihil lucidiore facta, quoad frigus, uti aliquot antecedentes, frigidulâ, Mercurius eodem, quo heri, loco persistens.

4. Ante meridiem serena, à prandii tenuiter nubila. mercurius mane notabiliter altior, ad vesperum rursus depressior visus est.

5. Serena mercurius adhuc altior.

5. LVII. Undenam autem ista? herebam, demum verò considerando, quod frigori, ventisque borealibus juxta à nobis *Anno primo hujus nostræ Cronologiæ §. XXII. & XXIII. dicta* vis adstrictiva, coagulativa, compressivaque ex natura insit, mihi persuaseram, propterea 25. Decembris mercurium in Barometri phiala respectu antecedentis, quoad auræ temperiem oppositæ diei adeò notabiliter depressum fuisse, quòd mercurius extra phialam in supposito vase contentus fuerit ab externo aère boreali, frigido, & sereno heri magis compressus, quàm hodie ab aère austrino, nubilo, & pluvioso, simili vi compressiva carente: consequenter mercurius in phiala seu tubulo contentus heri sursum magis propulsus, quàm hodie.

26. Austrinâ, nubila, & pluviosâ propterea mercurium in phiala contentum nonnihil altiùs ascendisse, quòd auræ licèt adhuc ad sensum austrinæ, nubilæ, & pluviosæ jam parùm quid boreæ subfuerit, à quo propterea tantum quantum compressus mercurius in vase extra phialam contentus mercurium in phiala contentum tantum quantum sursum propulerat.

27. 28. & 29. Mercurium propterea in phiala adhuc altiùs ascendisse, quòd de die in diem magis prævalere incepisset aura aquilonaris, & sicca mercurii in vase supposito magis compressiva, consequenter e jus, qui in phiala est altiùs impulsiva. Bulla autem, seu superficiiei mercurii intra phialam convexitas propulsione mercurii sursum versus soboles fuit. Quæ propulsio propterea, quia 29. minor fuit, quàm antecedente biduo ob se jam in sensibilibiter insinuantem austrum, bulla quasi nulla in supremitate mercurii phialæ inclusi inspecta fuit.

30. Mercurius demissior, & absque ullâ bullâ inspectus, propter auram jam rursus sensibiliùs austrinam, minusque prementem.

31. Mercurius ferè in eadem, quâ heri statione inspectus; eò, quòd ab heri in æere nulla adeo sensibilis quoad temperiem facta fuerit mutatio.

1. Januarii, quæ fuit ferè e jusdem cum hesterna constitutionis, nisi quòd ad vesperum videretur nonnihil humidior? mercurius propterea fuit in eadem, quâ heri statione, mane tamen cum aliquali bulla, à meridie autem absque eâ; eò quòd fortè mane subfuerit in æere insensibilis quispiam auster, qui verò à meridie, & versus vesperum rursus evanuerat.

2. & 3. Jan. quia fuere paris constitutionis quoad auræ temperiem, pariter habuere constitutum mercurium in phiala barometri contentum.

4. Jan. quia mane ab insensibilibiter sublante borea erat nonnihil serenata, mercurium habebat quadantenus altiorem, qui verò versus vesperum mox rursus descendisse visus est, ob vim prementis boreæ à contraria constitutione rursus debiliorem factam;

§. Jan. denique mercurius in phiala rursus altius ascendisse visus est, eò, quòd aura exorta fuerit mercurii extra phialam rursus prementior, borealis scilicet, & serena. Boreali auræ autem inesse vim præ austrina comprimentem jam superius dictum est, & comprobatur eam etiam maxima illa ejus subtilitas, mobilitas, & ut ita loquar, elasticitas, quæ quælibet corpora jugiter impetit, & perniciosè pervadit: id quod verò de austrina, nubi, & pluviosa æquè dici non potest, ob particulas aqueas ipsi admixtas, eamque in sua mobilitate, penetrabilitate, & elasticitate impediens: quæ propterea lentior crassior & subinde planè veluti stagnans percipitur:

§. LVIII. Neque juvat dicere, quòd particulæ illæ aqueæ ponderosæ sint; adeoque mercurium in phialæ supposito vase contentum tanto magis premere deberent; consequenter mercurium in phiala contentum tanto altius propellere. Respondeo, enim verum quidem esse, quòd particulæ aqueæ aërem pluviosum ponderosorem reddant. quàm serenus, & is, qui eis expers est, sit; per ideum tamen non efficere prementio-rem mercurii in supposito vase contenti; eò quòd illæ in columnis aëris vas illud suppositum lateraliter ambientibus contentæ columnam aëris vasi incumbentem veluti suspendant, vel potiùs instar fornices sustentent, quòd is, etsi ob tales particulas gravior, tamen minùs comprimere valeat mercurium sibi substratum: Sicuti, ut res exemplo clarior evadat, propter simillimam rationem hominem aquæ immersum non premit aqua corpori ejus superveniens, seu homo aquæ immersus non percipit gravitatem aquæ sibi incumbentis, etsi aqua illa de se gravis sit, columnis lateralibus aquæ columnam aquæ corpori incumbentis per modum fornices sustentantibus. Sed plura ista de re *Laurentius Goborat. soc. Jesu in tractatu speciali de Barometro.*

§. LIX. Interea ex præmemoratis observationibus Ego sequentia addidici: quòd videlicet, quò altius in phiala seu tubo ascendit mercurius tantò melioris temporis sit indicium: quò verò profundius descendit, tantò deterioris in medio sui descensus & ascensus mediocri: Bulla compa-



rens est signum instantis melioris temporis constitutionis: perseverans duraturæ, & quidem si mercurius simul sit in majori exaltatione adhuc melioris: remittens, & adhuc magis omnino evanescens, præsertim cum notabili mercurii descensione instantis, vel planè jam præsentis deterioris; austrinæ videlicet, nubilæ, pluviosæ, vel si hyemale tempus sit, nivosæ aëris constitutionis. Qualia tamen multò priùs prævideri haud possunt, autumnali præcipuè tempore, quo auræ alterationes solent esse perquam frequentes. Infallibiliter autem inde vel le pluviàm, nives, vel grandinem conjicere, mihi vanum esse videtur; quidquid gloriantur nonnulli. Sicut &, quamdiu sit hæc, vel illa tempestas duratura. Quamvis paulatinus, & celer mercurij ascensùs quid conjecturæ de eo dare possit.

§. LX. Notavi tamen æstate aliquoties ad mercurii in supremate bullæ loco ad alterutrum latus veluti decussati in infimo solitæ suæ descensionis loco subsistentiam consecutas fuisse, horridissimas tempestates cum tonitru ventis corruscationibus, fulminationibus, & grandine. Uti & dum mercurius ita decussatus profundè constitutus reliquit post se veluti ad hærescentiam aliquam sui in lateribus phialæ. Item æstate præsertim interdiu mecurium communiter demissiore loco stetit, & eo ferè quo hyeme, & autumno aliàs pluere solet, vel saltem nubilum, & varium esse, & tamen non pluuisse, neque nubilum, nisi sparsim, fuisse. De quo verò & ipso, & pluribus aliis præcitatus *Gobart*. Interea ego quoque huic anno 1700. una cum sæculo à nato Chr. XVII. paucis hisce finem impostum volo, medullitus optans, ut quoque iste talis qualis litterarius conatus meus cedat DEO Ter Opt. Max. in gloriam, eum lecturis in commodum & mihi ejusdem authori in animæ salutem.



# INDEX.

Rerum, & Verborum, quæ in hoc quarto Chronologiæ Medicæ Anno continentur.

## A

	fol	§.
ACidularum in Colica infelix usus	16	27
Acidum etiam quandoque æstate peccat	17	31
Aeris alterationes alterant sanguinem in homine	1	1
Æstatis anni 1700. constitutio	5	8
Antipyreticum singulare	38	53
Anni 1700 constitutio	1	1
Annus 1700. variolis obnoxius	2	1
Aquilonaris constitutionis affectus	2	1
Aquæ carminativæ in colica infelix usus	24	38
Aromatica in colica non semper tuta	25	38
Arthricis curata	35	49
Asciticæ anatome	31	43
Atomi aëri innatantes unde?	7	12
Aura æstiva quibusnam atomis foeta?	5	9
Aura austrina, & pluviosa, etsi per accidens saltem ponderosior, quàm borealis, &		

seren.

seren, minus tamen gravitat, quàm illa	45	58
Aura autumnalis quibusnam atomis facta?	6	10
Aura hyemalis quibusnam atomis facta?	5	9
Austinae constitutionis effectus	2	1
Autumni anni 1700 constitutio	32	44

B.

Barometri observationes ab Authore ipso factae	42	56
Barometer est index tempestatum	44	59
Bulla in Barometro est serenitatis indicium	44	59

C.

Cæcitas ex epilepsia orta curata	31	50
Caro suilla difficilis digestionis	54	47
Cerevisia habacensis ad acescentiam prona	29	40
Chlorosis curata	39	54
Cholera curata	29	40
Colica æstivæ non semper biliosæ	17	30
Colica cum arthritide curata	34	48
Colica malè aquâ carminativâ curata.	25	27
C. C. philosophicum insigne in malignis re- medium	11	21

D.

Defluxiones curandi methodus	11	22
Dentium dolor extractione dentis curatus	13	25
Diarrhœa ex ostreis, curata	30	42
Diarrhœa, & dysenteriaë ab acido peccante	17	30
Dysenteria curata	25	39

E.

Epidemiarum causæ occultæ aëris constitutio nes, seu qualitate	2	2
---	---	---

	fol	§
Epilepsiæ causa succi nervei acrimonia	14	27
Epilepsiæ quinam præcipue obnoxij?	15	27
Epilepsiæ quare moribundi adeo obnoxij	14	27
Epilepsiæ ex diuturno mœrore causatæ communiter incurabiles	13	26
Epilepsia curata	16	28
Epilepsia virgis curata	16	29
Epilepsia frustra curata in puerpera	13	26
<b>F.</b>		
Februm intermittentium causa	18	32
Februm intermittentium appropriata remedia	19	32
Febris tertiana intermittens curata	20	33 & 34
Febres quare fuere æstate potius intermittentes, quàm continuæ?	20	32
Febris maligna solo usu CC. phil. curata	11	21
Februm longarum in autumnno causa	32	44
Febris quartana curata	36 & 38	51 & 53
Febris quartana in gravida curata	37	52
Frigida acidi productiva	29	40
Fructus horni difficulter digestibiles, & facile corruptibiles	29	40
Fructus horni æstate salubriores	33	46
Fructus autumnno cautè comedendi	33	45 & 46
Fulmen in suburbia Labacentia excussum	5	18
<b>G.</b>		
Glacie & nivibus perfrigerati haustus noxij	29	40
Genarum tumor curatus	11	32
Gravidæ etiam valentiora remedia innoxie ferunt,		
<b>G</b>	<b>H.</b>	
	30	52

H.

Hepar in ascitica sanum deprehensum	-	31	43
Humorum acrimonia unde, & quotuplex?		14	27
Hiemis anni 1700. constitutio	-	4	6
Hyemales affectus dependent à manifestis aëris hymalis qualitatibus	-	4	5
Hydrops ab ulcere mensenterii	-	31	43
Hydrops in puerpera curatus	-	40	55
Hydrops pectoris & abdominis in phthifica lethalis	- - - -	31	43

I.

Ingluvies plurimorum morum causa	-	40	55
----------------------------------	---	----	----


L.

Lac solâ succione ad mammas in saxagenaria prolectum	- - -	11	20
Lactis violenta exsuctio lethalis	-	11	20
Lochia imminuta epilepsiæ in puerpera causa		13	26

M.

Mæror epilepsiæ lethalis causa	-	13	26
Mesenterii ulcus hydropis causa	-	31	43
Mercurii in barometro ascensus, & descensus tempestatum indicium	-	45	59
Mollites ciborum non est signum facilis digestionis	- - -	33	45
Morborum vernalium causæ	-	6	11
Morborum æstivarum causæ	-	6	11
Morborum autumnalium causæ	-	6	11

	fol	§
Morborum hyemalium causæ -	6	11
Morborum causæ non tam ex præsentī, quam præterita aëris constitutione derivandæ	2	2
Mutationes temporum faciunt morbos	32	44
Mustum in salubre. - -	34	47
<b>N.</b>		
Naturæ motus quandoquàm secundandi?	8	15
<b>O.</b>		
Oleum ligni buxi in dentium dolore approbatum - - -	13	25
Ophthalmica curata - - -	12	24
Ostreæ sunt facilè corruptibiles -	30 & 34	42 & 47
<b>P.</b>		
Pestis quandoque sub optima aëris constitutione grassatur - -	3	2
Petrofelinum epilepticis insalubre	15	27
Pulveris Cornachini, seu Warbichiani infribus felix usus - - -	18	32
Purgantium in variolis usus -	9	17
<b>Q.</b>		
Quartana curata in gravida -	37	52
Quartana curata in Sacerdote -	36	51
Quartana curata in saxagenario -	38	53
<b>R.</b>		
Resche Wein vina acida, & acerba insana	15	27



## S.


Sanitas hominis in quonam consistat ?	1	1
Sanguinis floridus color prædominantis bilis indicium	7	30
Salis cranii humani volat, in febre maligna infelix usus	6	27
Spec. diacinnabaris Myns. in epilepsia felix usus	17	28
Solis orientis facies veluti cruenta visa	5	8
Sol est causa potissima atomorum harum & illarum, hoc & illo tempore in aere	7	13

## T.

Tempestatum conjecturæ quomodo formandæ ex Barometro	45	59
Temporum mutationes faciunt mutationes in sanguine	1	1
Tenesmus curatus	25	39
Tormina ventris curata	25	38

## V.

Varietas ciborum noxia	29	40
Variolæ in quo differant à morbillis, & petechiis	3	3
Variolarum salubrium & malignarum signa	10	19
Variolarum causa	7	15
Variolæ & morbilli, tui & petechiæ quandoque mediante solo contagio propagantur.	3	4
Variolarum excretio est promovenda	15	8
Variolæ cum pleuritide complicatæ	10	19



	fol	§
Variolæ curatæ	9	17
Venæsectionis in var iolis usus	9	17
Verni aëris salubritas unde?	7	13
Veris anni 1700. constitutio	4	7
Ventriculi dolor curatus	21	35
Venti boreales & austrini ascensionis & de- scensionis mercurii in barometro causa	43	57
Venti boreales magis compressivi, quàm au- strini	43	57
Vermiculorum cum nivibus decidentium causa est naturalissima	3	4
Vermiculi hyeme cum nivibus decedentes non sunt signum infalubritatis aëris	3	4
Vesicantia in epilepsia non semper proficua	16	27
Vina acerba, & acidula vulgò <i>Nesche Wein</i> insa- lubria	15	27
Vina dulcia, & non defæcata nociva	34	47
Vomitoria Labaci exosa	23	37
Vomitùs nimius curatus	21	35
Uterus malè dictus sexcentarum ærumnarum author mulieribus	31	43
Uteri mira constitutio in hydropica	31	43
Ulcus mesenterii asceticis causa	31	43



Z.

Zelodix usus infalubris

fol 5  
1535

Errores Typographicos B. L. ipse  
corriget.

FINIS.

